



P. E. IABLONSKII

OPVSCVLA.

TOMVS I.

PAVLI ERNESTI IABLONSKII

OPVSCVLA,

QVIBVS

LINGVA ET ANTIQVITAS AEGYPTIORVM,

DIFFICILIA LIBRORVM SACRORVM LOCA

ET HISTORIAE ECCLESIASTICAE CAPITA

ILLVSTRANTVR;

MAGNAM PARTEM NVNC PRIMVM IN LVCEM

PROTRACTA, VEL AB IPSO AVCTORE

EMENDATA AC LOCVPLETATA.



TOMVS PRIMVS.

EDIDIT ATQVE ANIMADVERSIONES ADIECIT

IONA GVILIELMVS TE WATER.

LVGDVNI BATAVORVM

APVD A. ET I. HONKOOP.

MDCCCIV.



ERVDITO LECTORI

S. P. D.

IONA GVILIELMVS TE WATER.

Saepenumero perhumaniter rogatus, ut aliorum ſcripta lectoribus praefatione mea qualicumque commendarem, non una de cauſſa hanc operam rogantibus, quamvis amicis, ſemper denegavi; exiſtimans, nihil laudis ex adiecto nomine meo libris acceſſurum, qui ſua ſe praeſtantia et utilitate idoneis rerum arbitris facile approbarent, at vero reliquos minus dignos eſſe, quibus veluti pretium quoddam a me ſtatueretur.

Ne quis igitur miretur, quae mihi mutati conſilii cauſſa exſtiterit, cur tamdem ad ſcribendam hanc praefationem acceſſerim, breviter dicam.

Ante triginta amplius annos, ad *Davidem Ruhnkenium*, Virum praeclarum et de literis politioribus ita meritum, ut vix alius magis, pervenerunt non disputationes modo orationesque, a *Iablonskio*, V. Cl., ſubinde conſcriptae editaeque, quarum pars magna aut dudum ſic evanuit, in ipſa quoque Germania, vix iam ut comparerent, aut ab Auctore diligenter recognita eſt et eximie aucta, verum etiam opuſcula alia varii generis, nondum edita, perdigna tamen, quae in lucem protraherentur, et ab omnibus germanae eruditionis ſtudioſis legerentur. Pleraque cum vel ad inter-

pretationem locorum Sacri Codicis difficiliorum pertineant, vel ad praecipua quaedam Historiae Ecclesiasticae capita, vel ad illustrandam linguam antiquitatemque veterum Aegyptiorum, curam editionis istiusmodi libellorum minus ad se suumque studiorum genus spectare iudicabat Vir summus, et consultius ducebat, eamdem commendare *Henrico Alberto Schultens*, discipulo quondam suo, tunc collegae aestumatissimo, cuius summa in literis Orientalibus erat auctoritas. Auctore ac suasore *Ruhnkenio*, provinciam istam lubens suscepit *Schultensius*, paternae et avitae eruditionis famaeque heres, rempublicam literariam munere tam praeclaro, ut videbatur, non ita diu post donaturus. Atqui per tria lustra et amplius, sive ob negotia alius generis, temporisque penuriam, sive quia hac in urbe deerant formae literarum Copticarum, de quo defectu questus sum in Narratione de rebus Academiae Lugduno Batavae p. 109, 110, sive propter rationes alias, nescio quas, impediebatur Vir Cl., quo minus propositum perficeret. Post immaturam ipsius mortem, quam Pallas Batava diu et graviter luxit lugebitque, ad me venit *Ruhnkenius*, magnopere petens, ut curam meam ad opuscula *Iablonskiana* edenda convertere haud recusarem. Qua quidem in re amicum eius in me animum et benignum de meis conatibus iudicium extemplo gratus agnovi; post vero, quam rem animo circumspexissem, in eam descendi sententiam, non minus de bonis literis me meriturum, si praestantis doctrinae viri exquisitiores lucubrationes in publicam notitiam perferrem; quam ingenii mei laborisque monumenta qualiacumque, at certe industria et arte multum dispari ornata ac limata, ex propriis depromerem scriniis. Haec est origo et occasio praefationis; cuius tamen consilium, ut quisque, me tacente, facile perspicit, neque est neque esse potest, ut vel Opuscula vel eorumdem Auctorem cuiquam approbare annitar et de me-

meliori nota commendare. Vt enim *Iablonskius*, sua doctrina immortalitatem famae consecutus, omni meo praeconio maior est, ita fugit neminem, nisi ingenio hebetem et impolitum humanitatisque plane expertem, quo numero et loco scripta eius ad unum fere omnia debeant haberi.

Ne autem nihil praefatus videar, pauca dicam, primum, de *Iablonskio*, deinde, de *Glossario*, quod hac parte continetur, tum, de opera in vulgando eo a me navata, postremo, de editione reliquorum Opusculorum, in unum corpus congestorum, quae duabus posterioribus huius syntagmatis partibus comprehendentur. Vnde apparebit, qualis et quantus fuerit *Iablonskius*, quamque insignem sibi suis laboribus compararit nominis gloriam; quantas debeamus gratias illius filio *Danieli Siegfrido Iablonskio*, a parentis eximii laudibus haudquaquam degeneranti: hic enim, si recte memini, ipse est, qui illa κειμήλια, partim edita ac patris studio post editionem correcta et locupletata, partim nondum edita, huc misit, ut typis describerentur ac frequentarentur; quantas item gratias habeamus *Ruhnkenio* nostro, qui, ut in lucem vocarentur, bonarum literarum caussa a longo tempore optarat, et sua tamdem commendatione effecit.

PAVLVS ERNESTVS IABLONSKIVS natus est *Berolini*, anno seculi XVII nonagesimo tertio, patre *Daniele Ernesto*, Theologo literis et memoria celebrato, atque per annos complures Academiae Scientiarum Berolinensis Praeside, de quo *Saxius* V. Cl. part. v Onom. Lit. p. 510, *Dan. Henr. Hering* part. I Relationum Biographicarum doctorum et celebrium virorum, testante editore Bibliothecae Germanicae Generalis (*Allgemeine Teutsche Bibliothek*) tom. CVII part. 2 p. 573, inprimis *Iac. Bruckerus* in Pinacotheca virorum literis illustrium, decade II n°. 4, meritorum

eius non parcus laudator. Dignissimus tanto patre filius aequales plerosque memoria, discendi ardore, diligentia, modestia, ingenii solertia, iudicii acumine, puer adhuc et adolescentulus longo post se reliquit intervallo, nec spem magnam laetamque, iam tum exortam, postea fefellit. Quos enim et quam uberes sibi legisset fructus ex accurate fundata disciplina, cum parentis optimi, tum praeceptorum in Gymnasio Regio, tum praestantium doctorum, qui Academiam Viadrinam tunc ornabant, disquisitione *de Lingua Lycaonica* abunde comprobavit: quem librum inscribens perillustri *Printzenio*, affirmat, „ se sanctiori divinoque studio totum vitae suae tempus addixisse, hactenus tamen literas humaniores pro ingenii modulo didicisse et excoluisse, sed ita, ut ipsius Theologiae, tamquam principis studiorum suorum partis, non oblivisceretur". *Persuasus enim semper fui*, haec ille addit, quae utinam! una omnium nostra aetate Theologorum vox esset ac studiorum ratio, *idque hortatu etiam S.* Basilii, *literis humanioribus Sacras non modo mirifice exornari, verum etiam optimo more superstrui, atque illis ceu fundamento cuidam, bene recteque posito, secure inniti.* Verissimum effatum! Hanc iuvenis ingressus est viam, quae paucis tantum grata, ad raram Theologi eruditi laudem contendentibus.

Domum ad parentes reversus, disputationem modo laudatam a. 1714 in lucem emisit; brevi post in ordinem Candidatorum Regiorum, quos vocant, summo cum applausu omnium bonorum receptus est; illico sibi conciliavit favorem et consuetudinem virorum insigni eruditonis laude florentium, et in his *La Crozii*, cui quantum debuerit, praesertim in addiscenda lingua Aegyptiaca, centies significavit, sigillatim in libro de *Remphah*, *Aegyptiorum deo*, qui a. 1730 prodiit, et in *Glossario*, quod nunc primum editur.

Cum

Cum esset *Iablonskio* facultas, studiorum caussa, sumtibus Regiis, faciendi iter per regiones externas, bibliothecas locupletissimas illic asservatas lustrandi, et adeundi ad viros quosque literatos, invisit non exiguam *Germaniae* partem, *Batavam* terram, *Britanniam* et *Galliam*. Celebritas famae paternae haud magis, quam propria eruditio et singularis comitas sermonisque affabilitas, facilem ei parabat aditum ad amicitiam familiaritatemque intimam doctorum hominum, veluti *Relandi*, *Alb. Schultensii*, *Hemsterhusii*, *Heymanni*, *Hudsoni*, *Montfauconii*, *Fourii Longeruei*, *Renaudotii*, *Bouhierii*, multorum aliorum, quorum hic locus non capit recensionem. Talium tamque illustrium virorum amicitia fueritne dignus homo mediocriter doctus? In Bibliothecis publicis *Germanicis*, *Lugduno Batava*, *Londinensi*, *Oxoniensi*, *Parisiensibus*, multis aliorum privatis, codices MSS. vetustos, tam Copticos, quam Graecos Romanosque, eos inprimis, qui ad literaturam Aegyptiacam pertinent, diligentia incredibili legit, excerpsit, cum editis comparavit, quosdam suum in usum suique *La Crozii* totos descripsit. Testes huius studii sunt mutuae *Iablonskii* et *La Crozii* aliorumque epistolae in Thesauro Epistolico, quem *I. L. Vhlius* magno historiae literariae emolumento edidit. E peregrinatione redux, ab anno 1719 ad breve tempus munere Ecclesiastae perfunctus est *Liebenbergae* in Marchia media, quae vocatur. Quid tunc *Iablonskius?* Vixitne immemor studii literarum politiorum, quarum dulcedine in iuventute captus erat? Is mos est plurium Homiletarum, quod vehementer omnes liberalis studiorum rationis amantes dolemus.. Non ita *Iablonskius* noster. Testor epistolas, *Liebenberga* ad *La Crozium* missas, et in tomum 1 Thes. Epist. p. 176 ac seqq. illatas: e quibus item apparet, quantopere eodem isto tempore desiderarit proficisci in Italiam, ac Romae uti codicibus Copticis

MSS.; quod tamen, quantum novi, numquam ei contigit.

„ Magnam eruditionis et futurae celebritatis ſpem, quam exercitatione de *lingua Lycaonica* ſuſcitarat, non modo non extenuavit poſtea, ſed etiam pluribus eiusmodi libris diſputationibusque ſuperavit": quae ſunt ipſa verba idonei iudicis, Cel. *Saxii*, part. VI. Onom. Lit. p. 242. Igitur merito ſuo conſtitutus eſt Profeſſor in Academia Francofurto-Viadrina, a. 1721 Philologiae ordinarius, Theologiae extraordinarius, huius autem anno ſequenti ordinarius. Diverſa utramque provinciam oratione habenda auſpicatus eſt, altera *de Linguis Sacris Hebraica Graecaque coniungendis*, altera *de Stylo Theologico*. Rectoris dignitatem ſemel iterumque, a. 1725 et 1735, adeptus eſt, poſtea ſemper iſtum honorem deprecatus; nec ultra annum 1742 munus Eccleſiaſtae obiit.

Qui ſcriptis eruditis non unius generis haud vulgarem nominis celebritatem conſecutus eſſet, ecquid mirum, eum in ſodalitium Academiae Regiae Scientiarum Berolinenſis, Societatisque Latinae Jenenſis, adſcitum eſſe, et Academiam Franequeranam ſibi eumdem vindicare voluiſſe. Quo enim tempore cathedra Theologiae vacabat, ſemel iterumque a Senatu Academico in numerum candidatorum referebatur *Iablonskius*; verum anno 1740, ad iſtam provinciam ſuſcipiendam vocabatur ab illuſtribus Academiae Friſiacae Curatoribus, oblato annuo ſalario luculento ad duo millia florenorum. Quod cum factum eſſet inſcio et invito Guilielmo IV, Principe Auriaco, tunc Friſiae Gubernatore, Academiae Curatore Magnificentiſſimo, aegre hic rem ferebat, ac brevi poſt, pariter inconſultis Curatoribus, tres alios proponebat Delegatis Ordinum Friſiae, qui unum ex iis eligerent Profeſſorem. Praeplacuit his

Pe-

Petrus Couwenburg du Bois, isto tempore Ecclesiastes Leidensis, sed postea Collegio Theologico eadem in urbe Praefectus vicarius, vulgo Subregens, et ab anno 1762 Theologiae Professor in Academia Batava. Querelas mox suas ad Ordines Frisiacos detulere Curatores, simulque in literis *Iablonskium* vindicare sategerunt ab accusatione Principis, opinantis, nimis favere eum caussae *Universalistarum*, qui in scholis Theologicis vocantur, adeoque discedere a formula doctrinae, quam Theologi Reformati in Patria nostra probant et tenent. Quocirca vocationem *Iablonskii* ad munus professorium Princeps existimabat periculosam publicae rei Ecclesiasticae et Civili, iniquam iuventuti studiosae, Academiae noxiam. Petebant e contrario Curatores, ut electio *Boisii* auctoritate Ordinum fieret irrita, *Iablonskius* vero iterum vocaretur. Is enim, dum hae lites agebantur, interim recusarat oblatam conditionem accipere, idque ob interpositam quamdam speciem sive aliquem praetextum; ut scripsit in epistola ad Curatores, quae si adhuc superesset, seu autographa, seu transscripta, nam frustra ubique quaeritur, nos plenius fortasse doceret, qua praecipue de caussa aut noluerit, aut potius non potuerit, Viadrinam Academiam relinquere, et transire ad Franequeranam. Alia aliorum de difficili isto negotio fuere iudicia et plane contraria, de quibus me dicere nihil attinet. Vero proximum videtur, a Rege Borussorum non potuisse *Iablonskium* impetrare veniam discedendi Francofurto atque peregre proficiscendi, aliis etiam aliquando negatam. Vnde factum opinor, ut Curatores opem Ordinum Frisiae implorarent, efflagitarentque, ut Ordines Reipublicae Batavae per Legatum Borussicum, Hagae commorantem, *Iablonskii* caussam apud Regem agerent, atque efficere conarentur, ne Franequerani tanto doctore diutius carere cogerentur. Rem altius re-

repetii ex annotatione, quam debeo humanitati Viri Amplissimi *Scheltema*, non e levibus rumoribus ducta, sed ex ipsis Curatorum commentariis. Rectius indidem intelligitur, quid significarit *F. Stoschius*, scribens, *Iablonskium* oblatam docendae Theologiae in Academia Frisiaca provinciam *debuisse* recusare. Vide Novam Eruditam Europam part XI p. 560, quo in libro p. 555 — 593 Vita *Iablonskii* narratur, atque opera accurate recensentur. Nonnulla inde in hanc praefationem intuli, omissis reliquis, quae illic malim legi.

Ab eo inde tempore apud Francofurtanos voluit permanere, permansitque ad mortem usque suam, quae contigit die 13 Septembris mensis a. 1757, a laudatissimis quibusque viris, et dudum, et eo tempore, et postea, maximopere laudatus et celebratus. Etenim sive *Germanos* audias, sive *Gallos*, sive *Italos*, sive *Batavos*, eorum omnium de *Iablonskio* unum idemque est honorificum iudicium.

Testantur eruditi scriptores, Diarii Gottingensis (*Göttingischen Zeitungen von gelehrten sachen*) a. 1752 p. 1089, 1090, esse eum „ ab aliquo tempore unicum, qui linguam Copticam, quantum per reliqua monumenta fieri possit, bene intelligat, atque per hoc literarum genus Francofurto tantum afferre decus et ornamentum, quantum Academiis ceteris in Germania ac per universam Europam desit". *Gesnero*, in commentario ad Isagogen in Erudit. univ. t. 1 p. 188, dicitur „ auctor classicus in parte eruditionis Aegyptiacae", et p. 400, „ promus rerum Aegyptiarum, vir desiderabilis, cuius Pantheon est monumentum aeternum, cum dolendum sit, quod non plura scripsit", *cet.* An *I. D. Michaëlis* obsecundare potuerit consilio *Gesneri*, suadentis ipsi, ut se

ſe conferret ad *Iablonskium*, ſimulque promittentis, ſe ei ſumtus aliunde eſſe ſubminiſtraturum, non habeo dicere. Attamen in Supplementis ad Lexica Hebr. p. 371 *Iablonskium* vocat „ magnum virum ſuumque in multis doctorem". Laudat in eo *La Crozius* „ ingenii ubertatem et amoenitatem, excultiſſimam eruditionem, admirabile ingenium, peritiam linguae Aegyptiacae, quam non pateretur veteri ſuo ſitu ſqualere, praeclaras ingenii et animi dotes; t. I Thes. Epiſt. p. 97, 101, 184, ubi his ſimilia paſſim alibi legas. Comparetur Bibliotheca Bremenſis Cl. V. faſc. 4 p. 711, 712. Vnum nequeo tacere, quo certe nihil gravius, nihil magnificentius de iuvene praedicari praedicique poterat, idque a tanto viro, quantus fuit *La Crozius*. Ita vero ad *Iablonskium* iam a. 1717 ſcripſit: „Quidquid a te elaboratum in lucem exibit, id tibi omnino conciliabit plauſus omnium eruditorum, in ea praecipue literarum luce, in qua modo verſaris. Homines nactus es aequos aeſtimatores rerum, qui de te ita iudicabunt, ut dignus es, eruditionique tuae pretium illud ponent, quo accendaris ad litterarum ſtudia feliciter perpetuoque colenda et illuſtranda. Praerogativam inſignem habes, cum eam viam ingreſſus ſis, quam nemo adhuc trivit, in qua illa praeſtaturus mihi videris, quorum nihil venit in mentem eruditorum, tam ſuperioris aetatis, quam noſtrae". Vide Theſaur. Epiſtolic. t. III p. 157, 158. *La Crozio*, quem ſpes non fefellit, adiungatur *Vignolius*, cuius haec verba ſunt, t. II Chronologiae S. p. 734: „ C'eſt un Savant d'une érudition étenduë, & d'un goût exquis. Aimable d'ailleurs, par la douceur de ſes moeurs; par ſes maniéres obligeantes; & par ſa converſation libre & aiſée". Intelligimus ex his pariter, qua fuerit *Iablonskius* morum ſuavitate, doctoribus umbraticis et auſteris minime annumerandus. Iure meritoque in Novis Actis Eruditorum Lipſienſibus, ad quae ſuas quo-

que,

que, etsi pauciores, subinde contulit symbolas, eapropter appellatur „ Vir et singularis humanitatis et egregiae doctrinae laude celeberrimus", A. 1739 p. 606.

Et ne quis autumet, solos *Germanos*, vel qui inter ipsos fortunarum sedem invenissent, tam honorifice de cive suo iudicasse, ex *Gallis* duo adsint testes, centenis aliis praestantiores, *I. I. Barthélemy* et *A. I. Silvestre de Sacy*. Quorum quidem alter, in Commentariis Academiae Regiae Inscriptionum Parisiensis tom. XXXII p. 217 sqq., multus est in celebrando *Iablonskio*, cuius opuscula scribit „ omnium eruditorum laudatione esse digna". Alter vero in Epistola de Inscriptione monumenti Rosetani Aegyptiaca p. 24, etsi etymologias vocum generatim iudicat partem Panthei tenuiorem, profitetur tamen, „ idem illud opus admiratione eruditorum omnium dignum esse, valdeque aptum ad conciliandum celebri scriptori gratum eorum animum ac venerationem".

Ex *Italis* testem unum excitabo, at magnae illum et locupletis auctoritatis. Est is *Aug. Ant. Georgius*, cui, in praefatione ad Fragmentum Euang. Iohannis Graeco-Copto-Thebaicum, dicitur p. XIV „ admirandae doctrinae scriptor", et p. XVII, „ ob id maxime celebratus, quod Aegyptiacae linguae peritia et usu de Aegyptiorum antiquitatibus opera omnium praestantiora ediderit". Qua laude *Iablonskium* non defraudavit, quamquam saepe dissentiens in illustrandis nominibus deorum et locorum Aegyptiacorum, eruditissimus *Georg. Zoëga*, cum alibi, tum in libro de Numis Aegyptiis Imperatoriis, in Museo *Borgiano* asservatis, de lingua et antiquitate Aegyptiorum optime meritus, et dehinc multo magis meriturus, edendo indice copiosiore codicum MSS. Copticorum circiter

tre-

trecentorum, seu Memphiticorum, seu Sahidicorum, qui sunt in Bibliotheca Cardinalis *Borgia*: cuius catalogi spem laetam nobis nuperrime factam esse gaudemus.

Imprudentis et ingrati sit silentio praetermittere testimonia, quibus *Iablonskium* viri summi ornarunt, apud *Batavos* omnis humanitatis et eruditionis laude seculo proximo vel adhuc ipsi florentes, fugientium literarum politiorum statores, meritorum alienorum idonei existimatores, quales cum dicam *Hemsterhusium*, *Wesselingium*, *D'Orvillium*, *Valckenarium*, *Ruhnkenium*, *Saxium*, *Wyttenbachium*, contra me dicturum confido neminem. Hos ergo audiamus. *Hemsterhusius* non modo significat, t. 1. Thes. Epist. p. 153, *Amstelodami* se ante plures annos familiariter cum eo vixisse, verum etiam in epistola MS. ad *Fr. Oudendorpium* a. 1718 appellat *Iablonskium* „ virum iuvenem omni doctrinarum genere supra aetatem imbutum ac perpolitum, dignumque adeo, cui omnes boni singulariter faveant, et in stadio literarum, quoties opus fuerit, comites se adiungant". Laudibus *Iablonskii* frequenter suffragatur *Wesselingius* in notis ad *Herodotum*. Nolo ex iis cumulare testimonia. En aliud, aliunde ductum. Scribit in Syll. Nova Epistolarum *Vhliana* vol. 1 p. 160, „ Tu, quaeso, me eruditissimo *Iablonskio*, quem merito suo maximopere amo, eiusque amicitiae trade". Fatetur *D'Orvillius*, ibid. p. 92, se „ certe horarum, quamvis paucarum, commercium *Leidae* et *Oxonii* cum eo habitum saepe recoluisse libenter, nihilque gratius fore, quam ut eius conatibus egregiis aliquid attribuere posset; sed neque in *Plutarchi* libellum de Iside et Osiride, neque in *Martianum Capellam* quidquam adminiculorum sibi esse ad manum". *Valckenario*, numquam assentatori Graeculo, sed solos bene merentes ornate laudanti, di-

dicitur „ Vir maximus et supra reliquos sui ordinis homines longe excellens, qui unus omnium veteris Aegyptiacae linguae peritus", in Observat. Phil. Crit. MSS. ad Act. Apost. xiv. 12. Editionem horum Opusculorum mihi persuasurus, candide testificabatur *Ruhnkenius*, „ non alium se novisse Theologum, qui, per integrum seculum, prae doctrinae copia vix credibili exquisitaque eruditione *Iablonskio* potuerit comparari, nedum anteponi". Non raro de eruditis aliter iudicare solemus adhuc iuvenes, aliter viri facti, aliter in summa senectute. Quid autem omni vitae tempore de *Iablonskio* Cl. *Saxius*? Multis abhinc annis ad me scripsit, pergaudere de consilio editionis Opusculorum magni *Iablonskii*, dudum se, cum adhuc Lipsiae degeret, istiusmodi syntagma desiderasse, certumque fuisse, multum lucis ex eo Historiae Christianae et Civili literisque humanioribus accessurum. Quid parte vi Onomastici Literarii testatus sit, supra monui. Nec mutavit mentem praeclarus Polyhistor in eiusdem libri parte viii p. 184, quam nuper anno aetatis nonagesimo, cuiusmodi exempla in omni Historia Literaria quarumcumque gentium perpauca inveniuntur, in medium prodire iussit. Desinam, quid enim plura? in testimonio *Wyttenbachii*, Viri Cl., *Iablonskium* vocantis *unum omnium Theologorum eruditissimum*, in Vita *Ruhnkeniana* p. 191.

Sed quorsum haec omnia? ut intelligatur, quod ab initio posui, viros quosque vere magnos magnam *Iablonskio* impertiisse laudem, quae, aut me omnia fallunt, aut non evanescet, immo vero adaugebitur; perlectis Opusculis: de quibus nunc ex instituto meo dicendum.

Ante tamen, quam id agatur, admonitos Lectores velim, in hoc syntagmate non typis repetitum iri libros,

bros, qui aut sunt in bibliothecis plerorumque doctorum hominum, aut facile acquiri possunt ac necessario debent, veluti Phidiacum opus, *Pantheon Aegyptiacum*, erudita *Syntagmata de Memnone Graecorum et Aegyptiorum*, utilissimas *Institutiones Historiae Christianae antiquioris et recentioris*, perdoctas *Annotationes in* Eratosthenis *catalogum regum Thebaeorum Aegypti*, quas *Vignolius* tomo posteriori Chronologiae p. 735—765 inserere non dubitavit. Neque iterum hic comparebunt aut *Dissertationes de Athor*, *Phtha*, *Neitha* et *Cneph*, editae in Miscellaneis Lipsiensibus Novis, vol. VI part. I p. 47-92, part. II p. 236-271, part. III p. 447—488, part. IV p. 619—649, auctiores vero emendatioresque in Pantheo; aut *Observationes de Anubide Aegyptiorum*, atque *de regione Pathros*, ibidem recusae, ut in notis monui p. 32, 198, 199; aut *Cogitationes de Lacedaemoniorum cum Iudaeis cognatione ad locum* 1 *Macch.* XII. 7, 21, quae exstant in Symbolis Literariis, ab *Ikenio* collectis, tom. I p. 241—269; aut *Epistolae* ad viros doctos scriptae, vulgataeque tomo I Thes. Epistolici *La Croziani* p. 163—211, in Nova Sylloga Epistol. *Vhliana* vol. IV p. 180—207, item in Commercio Literario *I. D. Michaëlis*, Gottingae a. 1794 ab *I. G. Buhle* edito, et fortasse alibi. Omnia ea, sigillatim memorata, non meum propositum est formis typographicis repetere, multoque minus praefationes, quibus a. 1730 et 1750 commendavit *Samuelis Strimesii* opus posthumum, cui titulus: Visitationes IV in visitatórios IV articulos Saxonicos de anno 1592, et *Georgii Henr. Kanz* Compendium systematis Biblico-Chronologici 6000 annorum. Notitiam utriusque libri, mihi numquam visi, debeo *Stoschio* in Vita *Iablonskiana*.

Ad Opuscula, quae cum maxime eduntur edenturque,

que, quod attinet; damus ante omnia *Glossarium vocum Aegyptiarum*, quae in Libris Sacris et apud scriptores veteres Graecos Romanosque dispersim inveniuntur. Non meo tantum iudicio, sed et, quod maius est, *Ruhnkenii*, *Schultensii*, *Scheidii*, hisque similium idoneorum iudicum, non diutius illud in obscuro latere et eruditis subduci oportebat.

Diu ante existimarat *Ludovicus Picquesius*, omnia λείψανα linguae Aegyptiacae, in libris Graecorum ac Romanorum ubique sparsa, colligi oportere; non dissentiente *Thoma Eduardo*, sed ex huius sententia seorsim potius collocanda, quam Copticis in Lexico miscenda. Vide Commercium Epistolicum, subnexum dissertationibus *Ludovici Fourii Longueruei* de variis Epochis et anni forma veterum Orientalium, p. 285, 292. Consilium simile placuit *Hadriano Relando*; qui indicem vocum Aegyptiarum, undique conquisitarum, misit ad *Davidem Wilkinsium*, a quo editae sunt a. 1715, et illustratae in dissertatione de Lingua Coptica p. 94—112, ubi addit, potuisse se adiicere plus ducentas alias voces priscorum Aegyptiorum, sed earum explicationem peculiari libro de λειψάνοις veteris Linguae Copticae reservare. Meminit eiusdem *Wilkinsius* in Thes. Epist. *La Croziano* t. I p. 372, 374. In publicam lucem, quod sciam, non prodiit. Eodem tempore animum adiecit *Iablonskius* ad colligendas illustrandasque voces Aegyptiacas, quotquot in codicibus aliarum gentium possent inveniri. Anno seculi praeteriti quinto et decimo ad *La Crozium* haec scripsit: „ Maximam partem indicis vocum Aegyptiarum a me in ordinem redactarum et ad te missarum cum ex appendice *Dioscoridis* et *Apuleii* de herbis libro depromserim, fateor quidem ea ut plurimum esse mirum in modum depravata; verumtamen si aut secum invicem, aut cum aliis etiam scriptoribus illa comparentur, ne du-

dubito quidem, quin aliquid visurus sit, qui in lingua Coptica aliquantum est exercitatus. Neque postremo loco commemorandum est, multa herbarum genera, quae in his occurrunt, commemorari in S. literis". Sedecim post annos ita idem ad eumdem: „Catalogum meum vocum Aegyptiacarum, quas partim ex mente tua, partim ex coniecturis meis explicui et illustravi, tantum non ad umbilicum perduxi. Insunt huic indici quidam articuli, qui in magnitudinem fere iustarum dissertationum excreverunt: quae omnia, ubi semel etiamnum *Berolinum* excurrere licuerit, tuae censurae lubentissime subiiciam". Conf. Thes. Epistol. t. I p. 163, 164, 187. Ad literas priores respondit *La Crozius*, ibid. t. III p. 151: „Quas voces Aegyptiacas misisti, eas fere omnes habebam, exceptis tamen iis, quae ad Botanicam spectant, pro quibus, ut et pro aliis, gratias habeo". Perrexit deinceps *Iablonskius* in legendis utriusque linguae scriptoribus antiquis, Poëtis, Geographis, Chronologis, Historicis, item Theologis veteribus, Patres vocant, et recentioribus itinerum descriptionibus, ut ex iis summa cum cura vocabula quaeque Aegyptia recolligeret. Monet ipse in scidula, „filum laboris huius, per complures annos interruptum et neglectum, se resumsisse anno 1732 mense decembri". In alia scribit, „collectionem vocum Aegyptiacarum describi coeptam esse anno 1722, absolutam anno 1740". Quantum temporis huic operi datum est! Facilius profecto erat, multos et magnos de quolibet disciplinarum genere per tantum temporis spatium conscribillare libros, quam hunc unum.

Ex codice autographo, quo usus sum, apparet, *primum*, dimidiam fere *Glossarii* partem ab Auctore recognitam esse, limatam, emendatam, manu diligentiore descriptam; *deinde*, multa illic, praesertim in

parte posteriore, aut mutata esse, aut erasa, aut etiam exscissa, cum remittantur lectores ad Pantheon et disputationes in Miscellaneis Berolinensibus, *cet.*; *porro*, non pauca subinde et ad extremum usque vitae tempus marginibus codicis ab Auctore, alleta esse, vel ad finem *Glossarii* posita, vel scripta in chartis sine iunctura errantibus, quae suis locis, quanta fieri potuit, accuratione reposui; apparet *insuper*, citari saepe testimonia quaedam Coptica, e codicibus MSS. ducta, brevi tamen ante aut deinde typis descripta, ex. gr. ex interpretatione Psalmorum Coptica, e fragmentis N. T. Sahidicis sive Thebaicis, aliisque; *denique*, provocasse nonnunquam *Iablonskium* ad sua scripta, quae fortasse non supersunt, ad me certe non pervenerunt: ex quo genere sunt *Curae Secundae in Prolegomena ad Pantheon Aegyptiacum*, dissertationes *de Syringibus* et *de Phanete*, quarum fit mentio p. 332, 374 et alibi.

Novimus aliunde, plura eum molitum esse, digna sine dubio, quae, si alicubi lateant, ad communem usum proferantur. Pertinet huc *Index vocum Scythicarum, Thracicarum, Parthicarum et peregrinarum aliarum*, cuius facit mentionem in Thes. Epist. t. 1 p. 182, 183, quem non displicuisse *La Crozio*, laetus intellexerat. Loquitur ibidem p. 194 de sua *Historia Anathematismorum Cyrilli*, Alexandrini Episcopi, in qua, ut scribit, opinionem hominibus eximeret, quae multorum pectora occuparat, Anathematismos istos publico Concilii Ephesini iudicio probatos esse, ostenderetque, *Cyrillum*, etsi honesto modo, quaedam in iis incommode et duriter dicta revocasse et correxisse. Sed de hac re dicam in praefatione ad eam Opusculorum partem, qua continebuntur libelli varii ad controversiam Nestorianam pertinentes. In Anecdotis, mihi ignotis, numeranda quoque *Introductio in Linguae Aegyptiacae cogni-*

cognitionem, de qua *Stoschius* l. c.; item *Disputatio de Therapeutis*, quos neque Christianos fuisse autumat, neque Iudaeos, sed Sacerdotes Aegyptios. Rem paucis tangit in *Glossario* p. 279, plenius autem argumentum libelli exponit in literis ad *La Crozium* t. I Thes. Epist. p. 178—181; qui quidem hanc sententiam arbitrabatur verissimam, non item, nomen eorum Aegyptium fuisse ϣⲉⲛⲛⲟⲩϯ, quod fortasse ⲥⲏϩⲛⲥ, id est, Ἰατροί, unde et οἱ Ἐσσηνοί appellati fuerint. Vide eiusdem Thesauri tomum III p. 168—170. An *Calendarium Festorum Aegyptiacum MS.*, memoratum in *Glossario* p. 197 et 376, diversum fuerit ab iis, quae scripsit in Miscellaneis Berolinensibus, explorate dicere non habeo, quamquam valde dubito. In praefatione ad partem priorem Panthei promiserat Auctor *Aegyptum antiquam Sacram*, sive dissertationem de Templis Deorum, per totam Aegyptum constructis, et sacris inibi fieri solitis, *Explicationem Tabulae Bembinae* sive *Isiacae*, etiam *Schediasma de diebus Festis Aegyptiorum*, cuius utriusque specimina quaedam exstant in Miscellaneis Berolinensibus, denique *Syntagma de Sacerdotibus Aegyptiorum, eorumque variis ordinibus*; at vero in praefatione ad Panthei partem posteriorem exponit caussas mutati consilii. Ad *Aegyptum Sacram* quod attinet, ait, *Richardum Pocockium* quasi messem fecisse, quae posteris vix spicas relinqueret. De *Tabula Bembina*, *Festis Aegyptiacis* ac *Sacerdotibus* abunde se dixisse monet, cum in Pantheo, tum in Prolegomenis cap. 2 et 3, quae lectoribus iterum apponi nec oportere, nec opus esse existimavit. Cur non, quod promiserat, ediderit *La Croziana*, de quibus saepius in hoc *Glossario* et in libro de Memnone p. 100, copiose docet in praefatione ad eumdem librum p. 6 ac seqq.

Ceterum, non nescio, anno 1753 *Iablonskium*, Syntagmata de Memnone inscribentem *Menckenio*, haec po-

fuisse: „ Non ignoras, me anno superiori, gravissimas ob rationes, chartarum mearum, ad res veteris Aegypti sacras et civiles spectantium, quas ab annis quadraginta et amplius, horis quibusdam subcesivis, in usum meum congesseram, iacturam sponte et ultro fecisse. — Vnicam tamen hancce ex illo naufragio tabulam servavi, eo quod iuris mei non esset, verum tibi omnino deberetur". Quae calamitatis tam fatalis tamque deplorandae caussa fuerit et origo, si plena fide hic narrarem, nihil inde lucri ad nos remque literariam proficisceretur. Est igitur, quod vehementer laetemur, ex miserrimo isthoc naufragio servatum quoque esse *Glossarium Aegyptiacum*, de quo mihi hoc dicendum superest. Si *Ioanni Reinoldo Forstero* data est occasio inspiciendi eruditum *Iablonskii* opus, de qua re dubites, videtur alio eius exemplo usus, siquidem coniectura nobis facienda est ex iis argumentis, quae in annotatione p. 216, 217, animadverti. Cum iam factum esset initium edendae huius partis, recordabar primum, legisse me ante hos viginti annos *Christiani Scholtzii* Expositionem vocabulorum Copticorum, in scriptoribus Hebraicis ac Graecis proditorum. Exstat in libro Germanico, qui est inscriptus, *Repertorium fur Biblische und Morgenländische Litteratur, Leipzig* 1783, tomo XIII p. 1—31. Bene is de literis Copticis meritus censetur, quoniam non tantum a. 1748 per libellum supplicem ab illustrissimis Academiae Lugduno Batavae Curatoribus veniam petiit et impetravit, ut *Carolus Godofredus Woide*, Polonus, tunc in Collegio Ordinum Hollandiae Theologico literarum studiis operam dans, describeret partem Lexici MS. Aegyptiaci, a *La Crozio* confecti, atque Liturgiae Copto-Arabicae librum ἀκέφαλον, verum etiam idem illud Lexicon in compendium redegit, Oxoniique a. 1775 prodire curavit. De quo ipse *Scholtzius* plura dixit in praefatione. Tantum tamen abest, ut in *Repertorio*, quod

quod modo citavi, nova dixerit, ut, praeter pauca, quae ex *Forsteri* Mantissis Aegyptiacis accesserunt, sua fere omnia iisdemque verbis a *Iablonskio* traxisse videatur. Vsus autem *Scholtzius* est exemplo operis alio, seu autographo, seu apographo, certe minus accurato perfectoque, ut hic illic a me observatum esse monui. Nonnumquam *Iablonskiana* ad verbum descripsit; aliquando summas rerum dedit; passim observationes Auctoris probavit, rarius ab eo dissentit, dicam an? dissentire visus est; paucis in locis nomen illius apposuit, p. 4, 16, 17, 23, non item alibi. *Iablonskio* igitur, non *Scholtzio*, debetur arduus labor, in tot vocibus Aegyptiis in unum congerendis illuminandisque praeclarum in modum conspicuus.

Sequitur, ut de opera, in edendo *Glossario* a me praestita, breviter dicam. Loca scriptorum veterum, ab Auctore citata, comparavi pleraque cum exemplis editis praestantioribus, quae aut ad eius notitiam non pervenerant, aut post ipsius mortem primum prodierunt. Haec loca, qua pagina, qua item lectionis varietate, legantur in illis optimarum recensionum exemplis, monui vel in ipso opere, vel in annotationibus. In his autem, nonnumquam aliorum meoque iudicio longioribus, quam oportuerit, id mihi inprimis negotii datum credidi, ut e libris rarioribus, vel paucis abhinc annis in *Italia*, *Gallia* et *Britannia* editis, quorum usu plurimi in Batavia huc usque carent, ea conquirerem, quae ad illustrationem emendationemque *Glossarii Iablonskiani* apta viderentur. Ordinis mei hominibus, Theologis, non omnino displicebunt, ut spero et confido, quae aliquantum conducant rectae interpretationi Sacrarum Literarum. Rem Botanicam, cuius frequens mentio in *Glossario*, cur vix ausus sim attingere, sed aliorum industriae commendatam malim, opus non est, ut dicam. In Geographia veteri cum non

non plane hospes mihi viderer, de ea dixi plura, si non nimia. Critici aegre ne ferant, quaeso, laudari coniecturas, quas viri eruditiores sua manu antiquis quibusdam scriptoribus alleverunt, item collationem codicis MS. Medicei, quam ad exemplum *Strabonis*, iure emtionis nunc meum, *Abrahamus Gronovius* adscripsit. Bene novi, virum doctum in Variis Geographicis, anno 1739 hac in urbe vulgatis, dedisse animadversiones in *Strabonem*, e MS. codice Mediceo depromtas; sed hae desinunt in libro nono. Itaque nihil illic de varietate lectionis in libro decimo et septimo, ubi potissimum Aegyptiaca pertractantur. Ad finem huius partis accedit Auctarium vocum nonnullarum, recte vel secus pro Aegyptiacis habitarum, quarum numerus, si ita videretur, ab hoc ipso tempore posset augeri. Errores *Iablonskii*, haud raro nimis sibi indulgentis in coniecturis Etymologicis, hic illic verecundius indicavi; meos vero, forsitan longe plures ac graviores, emendent alii, multarum rerum imprimisque Aegyptiarum cognitione me multum antecellentes, quibus idcirco, quod candide profiteor, maximas habebo et agam gratias, nec detrectabunt, quotquot hoc studiorum genere delectentur. Denique, *Glossario* subiungendos putavi complures Indices, e quibus Theologi, Antiquitatis, Geographiae, artis Criticae, Botanices aliarumque disciplinarum studiosi intelligant, *Glossarium* hoc *Iablonskianum* cura omnium et attentione dignum esse.

Plus satis dixi de argumento partis prioris. De reliquis hic pauca adiungam, ne ignoretur, aut quae Opuscula deinde in hac collectione exspectari debeant, aut quae mihi adhuc desint, adeoque ad me, si fieri possit, perferri optem.

Comprehendentur ergo partibus posterioribus

I. Rem-

I. *Remphah*, Aegyptiorum deus, ab Israelitis in deserto cultus, ex lingua et antiquitate Aegyptiaca erutus et illustratus. Rarissimi libelli exemplum, ab Auctore emendatum auctumque, penes me esse, iam monui p. 231.

II. Dissertationes VIII de *Terra Gosen*, notis MSS. Auctoris egregie auctae, quarum editionem, a doctis hominibus diu desideratam, promisi p. 59.

III. Specimen novae interpretationis Tabulae Bembinae sive Isiacae. — Coniectura in clausulam eiusdem Tabulae. — Commentatio de diebus Aegyptiacis. — Leguntur in Miscellaneis Berolinensibus tom. VI p. 139 sqq., t. VII p. 373—443. Recognovit ea et correxit Auctor.

IV. Disputationes, quibus Sacri Codicis loci difficiliores illustrantur, ab Auctore pleraeque emendatae, et locupletatae,

1. de Redemtore stante super pulverem, Iob. XIX. 25.
2. de genuina et propria significatione τῆς Διαθήκης in scriptis N. T.
3. de verbo otioso, Matth. XII. 36.
4. de salsura ignis, Marc. IX. 49.
5. de Lingua Lycaonica, Act. XIV. 11. Primum hoc eruditionis non vulgaris specimen, editum a. 1714, etsi typis repetitum Traiecti ad Rhenum a. 1724, iterumque in Thesauro Novo Dissertationum ex Museo *Hasaei* et *Ikenii*, t. II p. 638 ac seqq., locum tamen hic suum tuebitur, cum sit ab Auctore altera parte et amplius locupletius factum.
6. de genuino sensu capitis IX Epistolae ad Romanos.
7. de futura Iudaeorum conversione, Rom. XI. 25.
8. de cognitione Christi, 2 Cor. V. 16.
9. de epistola ad Laodicenses, Col. IV. 16.

10. de Iezabele, Apoc. 11. 20.

V. Exercitationes ad Antiquitatem et Historiam Ecclesiasticam pertinentes, cum notis MSS. Auctoris,

1. de ultimis Pauli laboribus, a Luca praetermissis. Prodieritne disputatio de eodem argumento *posterior*, me fugit.
2. duae MSS. de origine Festi nativitatis Christi, in Ecclesia Christiana quotannis stato die celebrari soliti. Vtramque Batave vertit nescio quis, multos ante annos.
3. de origine imaginum Christi Domini in Ecclesia Christiana. Ex MS.
4. de Sanctis quibusdam incognitis, quorum memoriae cultuique anniversario in Fastis ecclesiae Romanae dicatus est dies XIX Ianuarii. Ex MS.
5. duae de regno millenario Cerinthi.
6. de miraculo Legionis Fulminatricis.
7. de Alexandro Severo, Christianorum Sacris per Gnosticos initiato.
8. de nominis Abraxas, vel Abrasax, in plerisque Basilidianorum et Gnosticorum Gemmis obvii, vera et genuina significatione.

   Quae tria Opuscula sunt inserta Novis Miscellaneis Lipsiensibus VIII. 3 p. 417—454, IV. 1 p. 56—94, VII. 1 p. 63—99, sed emendatiora et auctiora hic prodibunt.
9. de Baptismo Arianorum veterum in S. S. Trinitatem.
10. de Nestorianismo.
11. de origine et fundamento Nestorianismi.
12. de meritis Nestorii deque controversiae Nestorianae genuinis fontibus.
13. de Henotico Zenonis. Disputatio de eodem *posterior* an exierit in lucem, ignoro, sed tamen dubito.

14. de

14. de morte tragica Imperatoris Anastasii Dicori.
15. de Indulgentiis Pontificiorum ex Ecclesia per Reformatores recte et legitime eiectis.

VI. Disputationes Theologicae, ab Auctore emendatae,
1. de peccato originali per lumen rationis etiam Gentilibus cognito.
2. de creatione ex nihilo.
3. de ordine decretorum Divinorum. Ex MS.
4. de actu Christi naturali et personali. Ex MS.
5. de resurrectione carnis futura, ex sola revelatione Dei cognita.

VII. Orationes.
1. de Stylo Theologico.
2. de Sanctitate Academiarum.
3. de vinculo veritatis et pacis.
4. in memoriam Confessionis Augustanae.

Has tantum servo manu Auctoris scriptas et emendatas. Nescio autem, an eae omnes, item reliquae Orationes, publice habitae, literarum formis impressae sint.

Finem praefationi faciam commemorando Opuscula *Iablonskiana*, quorum mihi factum est indicium a Clar. *Saxio*, vix credibili Historiae Literariae scientia usuque praedito, atque a *Stoschio* in Vita *Iablonskii.*

1. Observationes de origine Festi Paschatis.
2. Dissertatio de Θεοπνευςίᾳ Scriptorum Sacrorum, Novi praecipue Testamenti, in rebus, quas narrant, Historicis, edita a. 1738.
3. Theses Theologicae ad illustrandam Confessionem Electoris Brandenburgici Ioannis Sigismundi, a. 1738.
4. Oratio de Linguis Sacris Hebraica Graecaque coniungendis, a. 1721.
5. Programma ad orationem inauguralem a. 1722, in quo breviter agitur de Eloquentia necessaria Ecclesiastis.

6. Ora-

6. Oratio funebris in obitum *Sam. Strimesii*, a. 1731.
7. Oratio Secularis in memoriam repurgatorum in Marchia ante ducentos annos feliciter Sacrorum, a. 1739.

Quae et cetera omnia, ante memorata p. xx, xxi, si quis possideat, atque ut ad me perveniant, operam dare velit, rem mihi et aliis gratam acceptamque faciet. Vale, Lector, ac fave.

Scripsi in Academia Lugduno Batava, d. 20 Aug. a. 1804.

COLLECTIO ET EXPLICATIO

VOCVM AEGYPTIACARVM,

QVARVM MENTIO APVD SCRIPTORES VETERES OCCVRRIT.

A.

Ἀβλαβύνιον, σειρὰ πλεκομένη παρ' Αἰγυπτίοις ἐκ βίβλων πρὸς κάθαρσιν οὖσα, *Hesychius*. Originem vocis ἀβλαβύνιον in Chaldaea quaesivit *Bochartus*, in defensione contra *Salmasium* (*a*) p. 830 et 832. Non satis feliciter. Quaerenda potius videtur in Aegypto. Vide, an huc spectet ⲧⲃⲉⲛⲛⲏ, ὁ σαθμός, postis ianuae, Exod. XXI. 6. ⲗⲁⲓⲃⲩ est porro κοσυμβωτός, Exod. XXVIII. 4. Vix audeo huc referre Copticum ⲛⲓⲉⲣⲃⲓⲛⲟ, quod in Scala Copto-Arabica explicatur *Byblus*, *iuncus*, *papyrus*. Quid, si legatur Ἀβλαβύριον in *Hesychio*? Nam ⲃⲓⲣ videtur Aegyp-

(*a*) Inserta opusculis *Bocharti* ad calcem Geographiae Sacrae. Praeter ipsius opinionem de origine vocis Chaldaica, *Alberti* ad *Hesychium* nihil notavit, immemor item observationis *Harkenrothii*, in Miscellan. Observat. Criticis vol. X p. 316, vocabulum Ἀβλαβύνιον derivantis ex אב לבניון *fructus albescens* vel *albans*. Quae coniectura neque Cl. *Ruhnkenio* videbatur digna, quam in Auctarium Emendationum referret.

Aegyptiis designasse πλέκειν, unde, ut credo, formatum est ϐⲥⲡ, quod in Novo Testamento Coptico *corbem*, σπυρίδα, significat. Forte eiusdem originis est quoque Βάρις, quam vocem vide infra suo loco. Σειραὶ hae sine dubio erant sacrae, et, nisi fallor, illae catenulae sive corollae, collum ambientes, quibus in Tabula Bembina simulacra Deorum toties ornantur. Credo easdem a Sacerdotibus quoque gestari consuevisse. In vitis Patrum et Monachorum Aegypti saepius mentio fit huiusmodi Σειρῶν. Ita in apophthegmatibus Patrum, in *Cotelerii* Monumentis Ecclesiae Graecae tom. 1, pag. 340, *θεωρεῖ τινὰ ὁ Ἀντώνιος ὡς ἑαυτὸν καθεζόμενον καὶ ἐργαζόμενον —— καὶ τὴν σειρὰν πλέκοντα*, p. 520, *καθέζομαι σὺν Θεῷ βρέξας τὰ μικρά μου θάλλια, καὶ πλέκων αὐτὰ σειρὰν λέγω*, p. 675, *ἀγαπῶ τὴν σειρὰν καὶ οὐ δύναμαι αὐτὴν ἐργάσασθαι.* *Iohannes Moschus* (*b*) in Prato Spirituali cap. 156 scribit, *ἔμεινεν σιωπῶν καὶ πλέκων σειράν.* Apud *Palladium* in Historia Lausiaca (*c*) cap. 2, *ἔπλεκεν σειρὰν τὴν ἐκ θαλλῶν φοινίκων*, et cap. 28 p. 942, *καὶ βρέξας θαλλοὺς ἐκ φοινίκων, λέγει αὐτῷ, δέξαι, πλέξον σειρὰν, ὡς βλέπεις ἐμέ.* Auctor Etymologici Magni in v. *Ἀμπλάκημα* haec habet, Ἀμπλάκημα, *τὸ ἁμάρτημα, παρὰ τὸ ἀναπλέκεσθαι τῷ ἀνθρώπῳ, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ σχοινίου· σειρὰ γὰρ τὸ σχοινίον λέγεται· ἐκ τοῦ πλέκειν πλακῶ, ἀναπλάκημα καὶ ἀμπλάκημα.* Scriptores Latini Σειρὰς, quia nempe πλέκονται, *Plectas* vocare consueverunt. *Cassianus* Collationum lib. XVIII cap. 15, *Codicem suum, inter eius Plectas, quas de palmarum foliis solebat intexere, latenter abscondit*, et interiectis non-

(*b*) Extat in Magna Bibliotheca Patrum tom. XIII, Parisiis edita.

(*c*) Invenitur ibidem *Palladii* Historia. Primum Graece edita est a *I. Meursio*, ac repetita in editione operum ipsius Florentina a. 1746, tom. VIII.

nonnullis, *inter Plectas palmarum, quas illi Siras vocant* (*d*). In hisce locis indicatur, *Plectas* illas a Monachis e foliis palmarum contexi solere. *Hesychius* (*e*) vero meminit Plectae ex byblo, sive iunco, specie quadam papyri, confectae. Et omnino adhibebatur etiam vulgo iuncus: unde recte in Glossario, quod *Cassiano* subiungi solet, *Plectae* explicantur, *quas Aegyptii*, nempe Graece loquentes, *Siras vocant, habenae sunt, e palma, iunco aut sparto contextae, ex quibus sportae, canistra aliaque similia conficiuntur.* Nescio, an non Plectae eaedem *restes* sive *resticulae* quoque appellentur a *Cassiano* lib. I de habitu Monachi cap. 6 p. 8, *Gestant etiam resticulas duplices, laneo plexas subtegmine, quas Graeci analaboys* (*ἀναλάβους*), *nos vero succinctoria, seu redimicula, vel proprie rebrachiatoria possumus appellare. Quae descendentia per summa cervicis, et a lateribus colli divisa, utrarumque alarum sinus ambiunt, atque hinc inde succingunt; ut constringentia latitudinem vestimenti ad corpus contrahant atque coniungant.* Moris Aegyptiaci deprehenduntur hodieque vestigia apud Brachmanas, quorum Theologia et instituta religiosa cum Theologia et institutis sacris Aegyptiorum

mi-

(*d*) Confer notas ad *Cassianum* p. 687.

(*e*) *Hesychii* verbis lucem aliquam affert observatio *Casauboni* ad *Athenaei* lib. IV cap. 3. p. 392. ed. novae, sed clariorem locus *Strabonis* lib. XVII p. 1179, *τὰ κόκκινα δὲ πλέγματα Αἰγυπτιακά ἐϛι, φυτοῦ τινος, ὅμοια τοῖς σχοινίοις ἢ φοινικίνοις.* Pro *κόκκινα* *Casaubonus* malebat *κοΐκινα.* An recte, controvertitur a doctis hominibus, *Almeloveenio* ad *Strabonis* locum, *Iungermanno* ad *Pollucem* X. 179, *Sopingio* et *Alberti* ad *Hesychium* v. *κοΐκες*, aut potius *κόϊκες*. Annotatio *Hemsterhusii* ad *Pollucem* a nemine negligetur. Pro vulgato *σχοινίοις* apud *Strabonem* legendum sine dubio *σχοινίνοις*. *Polluci* pariter *σχοινίνας* l. c. reddiderunt eruditi, ubi antea *σχοινίας*.

mirifice (*f*) conspirant. Vide de his Brachmanum corollis *Abr. Rogerii* portam apertam part. I cap. VIII p. 45, 46, *Petri Vallensis* Voyages part. IV p. 80 edit. Gall., le Récueil des Voyages faits pour la Compagnie Orientale tom. VI, p. 415, tom. VII, p. 70, les Voyages de *Vincent le Blanc* part. I p. 90, 228, 232, le Voyage de *Gautier Schouten* tom. I p. 540.

"ΑΒΡΑΜΙΣ. *Athenaeus* Lib. VII p. 312. inter pisces Niloticos hunc quoque numerat. Cum nomina reliquorum aut indubie graeca sint, aut ad hanc linguam referenda videantur, hicce "Αβραμις, piscis forsitan Aegypto vicinisque proprius, τύπον Αἰγύπτιον prae se fert. Opinor vocem esse originis Aegyptiacae (*g*). Piscis vero huius meminit et *Oppianus* Halieut. Lib. I v. 244.

ABRECH, אַבְרֵךְ. Vox haec, et quidem, uti videtur, ceu peregrina adfertur a *Mose* Genes. XLI v. 43, ubi de Iosepho, Aegypti Prorege, legimus: *Et Pharao vehi fecit eum in curru suo secundario, et clamarunt ante eum* אַבְרֵךְ *Abrech.* Interpretes Alexandrini vocem illam in sua interpretatione omiserunt,

(*f*) Pluribus id docuit *Iablonski* in Pantheo Aegyptiorum part. I p. 285. sqq. part. III p. 101, et in Prolegomenis p. 20, 98, inprimis vero *Paullinus a S. Bartholomaeo* in Systemate Brahmanico ex monumentis Indicis Musei Borgiani Velitris, a. 1791 Romae edito, p. 86, 102, 103, 112.

(*g*) In descriptione animalium, avium, amphibiorum, piscium, insectorum, vermium, quae in itinere Orientali observavit *Petrus Forskål*, edita a *Carsten Niebuhr*, Havniae a. 1775, non memini aliud piscis nomen huic simile invenire, nisi Mulli auriflammae, cui hodie nomen est Arabicum عمبيس, quondam forte non dissimile Aegyptiacum. Describitur illic p. 30.

runt, id tantum indicantes, praecones ante currum Iosephi aliquid populo edixisse (*h*). Nimis prolixum esset, omnes virorum eruditiorum de hoc nomine coniecturas, et interpretationes adferre. Possunt, si cui volupe est, *Pfeifferi* Dubia vexata ad h. l. (*i*) aliique hic consuli. Vt vero meam hac de re sententiam proferam, non dubito, quin cordati rerum arbitri mecum sensuri sint, 1) quidem, vocem hanc *Abrech* ex lingua Aegyptiaca (*k*) esse explicandam. Res agebat-

(*h*) In nova versione Graeca Pentateuchi, ex unico S. Marci Bibliothecae codice Veneto primum edita a *D'Ansse de Villoison* a. 1790, אַבְרֵךְ vertitur γονυπετεῖν. Qui autem non ignoret, auctorem versionis Copticae Pentateuchi ita secutum esse interpretationem Graecam Alexandrinam, ut verbum verbo redderet potius, quam sensum dictionis Graecae recte verteret, nihil mirabitur, vocis Hebraice אַבְרֵךְ rationem nullam ab interprete Coptico habitam esse.

(*i*) Tom. 1 Operum Philolog. p. 94—97.

(*k*) Non aliter iudicarunt *Ludovicus Picques* et *Ioannes Reinoldus Forster*, diversam tamen ambo tenuere viam, atque a *Iablonskiana* longius digrediuntur. *Picquesius* originem vocis אַבְרֵךְ quaerebat in Ⲃⲣⲉϫⲓ, ἅμαξα, *currus*. In epistola ad ipsum data, *Thomas Eduardus* scribebat: ,, Ego nullos manuscriptos codices linguae Aegyptiacae habeo penes me (Oxoniensi in bibliotheca cum blattis et tineis rixantur) unde tibi probarem Ⲃⲣⲉϫⲓ pro *curru vectorio* legi, aut contrarium ostenderem. Equidem si genuinum vocabuli sensum attigeris, felix et pulchra tibi obvenit coniectura de origine vocis אַבְרֵךְ in textu Hebraeo *Genes.* c. 41, nisi dissimilis sonus ךְ et ϫ diversi organi literarum obstare videatur." Recte postea monebat *Picquesius*, Ⲃⲣⲉϫⲓ significare *currum*, Num. VII. 3, nec scrupulum esse circa ךְ et ϫ. Vide Commercium Literarium *Picquesii*, *Eduardi* et *Acoluthi*, adiectum dissertationibus *Ludovici du Four* de

batur in Aegypto, praeco vocem hanc ad Aegyptios proferre iubebatur. Et in tricas se coniiciunt, quae exitum non habent, qui linguam Hebraicam in subsidium vocant. 2) Praeconem nomine regis populo iniunxisse, ut aliquod profundae reverentiae signum Iosepho ederent. Bene igitur *Pfeifferus* monuit, in voce *Abrech*, posteriorem partem aperta satis vestigia servare vocis Aegyptiacae ⲡⲉⲕ, quae *inclinare* significat. Sic Ioh. VIII. 8. verba haec *κάτω κύψας*, inter-

de Longuerue de variis epochis et anni forma veterum Orientalium, p. 283, 286, 287, 295, 296. Notius nunc omnibus est, ⲃⲣⲉⲍⲓ de *curru* frequenter poni, Genes. XLV. 19, 21, 27, atque alibi, non tamen Genes. XLI. 43, ubi ⲃⲉⲣⲉϭⲱⲟⲩⲧⲥ. *Forster* in Mantissis Aegyptiacis, subnexis libro de Bysso antiquorum, p. 111 et 112, observat, similem Iosepho contigisse honorem, quo Mordechai Iudaeus, regis mandato, affectus dicitur, Esth. VI. 11, similem quoque verborum sensum esse in אַבְרֵךְ. Pharao annulum sibi detractum dedit Iosepho, veste byssina eum amiciri, torque aureo ornari, currui secundo regio imponi, et ante eum voce praeconis proclamari iussit, *Abrech!* Qui annulo regio, torque, byssina veste regia ornatus amictusque et *cinctus* esset, summo honore summaque a rege auctoritate afficiebatur. Verba igitur proclamari iussa, ex opinione *Forsteri*, sunt ⲍⲁ — ⲡⲣⲏ — ϧⲏⲕ *Haprechek*, *a rege cinctus*, vel *vestitus!* i. e. En hominem regiis vestibus cinctum! quia rex eum toti praeficit Aegypto, eum unico rege, praetereaque nemine inferiorem vult esse, sed id praecipit, ut ipsi quilibet in omnibus morem gerat. Quamvis adiungat *Forster*, se neutiquam dubitare, quin vocem אַבְרֵךְ recte interpretatus sit, quisque tamen eam sententiam eligat, quae maxime placeat. Mihi hactenus arridet *La Croziana*, *Iablonskio* etiam probata, nec reiecta a *Michaëlis*, in Biblioth. Orient. vol. IX p. 214, *Dathioque* in notis ad Genes. XLI. 43, ad q. l. eadem in Scholiis *Rosenmullerus* repetiit.

terpres Coptus reddit ⲁϥⲣⲉⲕ ϫⲱϥ, *inclinavit caput suum.* Totam vero vocem Aegyptiacam. ex duabus compositam, optimus meus et doctissimus *La Crozius* Aegyptiace sonuisse censebat ⲟⲩⲃⲉ ⲣⲉⲕ, *ube-rek*, ⲣⲉⲕ, quemadmodum dixi *inclinationem* corporis, ⲟⲩⲃⲉ vero *contra* significat. ⲟⲩⲃⲉ ⲣⲉⲕ igitur erit, *Inclinate*, nempe corpus vestrum, *contra* Iosephum. *Varenius*, a *Pfeiffero* citatus, rem hanc divinando assecutus est. Existimat enim, praecones nomine regis populo indixisse γονατισμὸν, tanquam clamassent: *Ita dixit magnus Pharaoh: Ego omnibus impero genuflexionem.* In eadem sententia fuit *Aquila*, qui, teste *Hieronymo*, in Quaestion. Hebr. in Genesin, Opp. Tom. II col. 541, verba Mosis sic transtulit: *Et clamavit in conspectu eius adgeniculationem.* Vide *Montfauconii* Hexapla *Origenis* tom. I p. 49. Quae Pater hic videtur habuisse ab *Origene.* Is enim in Catenis MSS. Bibliothecae regiae Parisiensis observat, Δηλοῖ δὲ οὐδὲν ἡ λέξις, ἢ τὸ γονατίζειν· φανερὰ γάρ ἐστιν ἡ φωνὴ τοῦ κήρυκος. *Haec vox autem* Abrech *nihil aliud significat, quam genua flectere. Clara quippe est vox praeconis.* Quod *Origenes* in Aegypto potuit ab Aegyptiis discere. Et cum his sentit vulgatus interpres Latinus; nam is vertit: *Clamante praecone, ut omnes genu coram eo flecterent.* Hicce γονατισμὸς admodum emphatice voce hac Aegyptiorum exprimitur ⲟⲩⲃⲉ ⲣⲉⲕ, *Inclinate contra.* Graecis ritus hic dicitur etiam προσκύνησις, inque eo consistebat, ut adoraturus, inclinato corpore, manus ad genua illius demitteret, quem profunda hac humilitate salutare et honorare volebat. Vide *Aelianum* var. hist. Lib. I c. XXI, et *Plutarchum* in Artaxerxe p. 1869. Edit. graec. Steph. *Herodotus* ritum hunc bene explicat, de Aegyptiis loquens, Lib. II c. 81, Τόδε μέντοι ἄλλοισι Ἑλλήνων οὐδαμοῖσι συμφέρονται·

ἀντὶ τοῦ προσαγορεύειν ἀλλήλους ἐν τοῖσι (*l*) ὁδοῖσι, προσκυνέουσι, κατιέντες μέχρι τοῦ γούνατος τὴν χεῖρα. quod plane eſt ⲆⲟⲂⲈ ⲢⲈⲔ. *Fourmont*, dans la deſcription des Plaines d'Heliopolis et de Memphis p. 110, ſcribit: *La coutume ordinaire, lorſqu'on s'aborde, eſt, d'abaiſſer la main juſqu'aux genoux, de la porter enſuite ſur la poitrine.* Pertinent huc iſta *Heliodori* Lib. VII Aethiop. p. 251. ed. Bourdel. Ὁ τὸν αὐχένα ἄκαμπτος καὶ μόνος ἐλεύθερος, ὁ τὴν κεφαλὴν νεύειν εἰς τὸ προσκυνεῖν μὴ ἀνεχόμενος, νῦν που τάχα κλινεῖς. Apud Graecos enim et Romanos geſtus hic corporis homines ingenuos minime decebat (*m*), eratque ignominioſus, et tantum in ſervis ferendus. Teſtatur hoc *Ovidius* Heroid. Epiſt. XX v. 77.

Atque ſolent famuli, cum verbera ſaeva verentur
Tendere ſubmiſſas ad tua crura manus.

Plinius Lib. XI c. 45. *Hominis genua ſupplices attingunt: ad haec manus tendunt: haec ut aras adorant, fortaſſe quia iis ineſt vitalitas.*

'ΑΓΚΥ'ΡΩΝ dicitur a *Stephano Byzantino* πόλις Αἰγύπτου, cuius meminit Alexander libro XIII Aegyptiacorum. Videtur legendum 'Αγκυρώ, ſicuti eſt forma ſimilis (*n*) nominum aliarum urbium Aegyptiacarum, Βουτὼ, κοπτὼ, κυβὼ, κυνὼ, λεοντώ. Si verum eſt, quod de origine nominis tradit *Stephanus*, urbem ita vocatam eſſe, quia ibi ex adiacente lapicidina ſcindebantur *anchorae* lapideae, quibus eo tempore utebantur-

(*l*) Pro τοῖσι, quod vulgo perperam editum, *Weſſelingius* fide codicum recepit τῇσι.
(*m*) Legenda annotatio *Valckenaerii* ad *Herodot.* II. 80.
(*n*) Conf. *I. Gavél* in Miſcell. Obſerv. Crit. tom. IV p. 225, inprimis *Weſſelingius* ad *Antonini* Itiner. p. 153 et ad *Hieroclis* Synecdemum p. 728.

bantur, nomen Ἀγκύρων vel Ἀγκυρῶ ex lingua Aegyptiaca non poteſt illuſtrari.

ἌΓΟΣ. Auctor appendicis (*o*) ad *Dioſcoridem* de materia Medica lib. II cap. 160 περὶ Σέρεως, ſcribit, Aegyptios eam appellare ἄγον, Romanos *intubum*, ſive *intybum agreſtem*.

ἌΓΡΩΣΤΙΣ. Quandoquidem de Aegyptiis ſcribit *Diodorus Siculus* lib. I. p. 40, antiquiſſimis temporibus eos comediſſe herbas, caules et radices in paludibus naſcentes, πρώτην δὲ καὶ μάλιστα προσενέγκασθαι, τὴν ὀνομαζομένην ἄγρωστιν, coniiciebat ſagaciſſimus meus *La Crozius*, ἄγρωστιν ſeu ἀγρωστί eſſe nomen graminis Aegyptiacum. Malo tamen dicere Graecum, quia in Appendice ad *Dioſcoridem* lib. IV cap. 30 [p. 464] dicuntur Aegyptii Ἄγρωστιν vocaſſe Ἀνουφί, de qua poſtrema voce infra ſuo loco agam (*p*).

ἌΔΩΝΙΣ. *Stephanus Byz.* de urbibus in Ἀμαθοῦς.

(*o*) In editione operum *Dioſcoridis*, quam *I. A. Saracenus* a. 1698 curavit, haec verba leguntur p. 446. In nonnullis codicibus ſcriptis editiſque nomina peregrina aut contextui inſerta ſunt, aut principiis capitum annexa, aut margini adſcripta. *Saracenus* ſuppoſititia omnia et falſo *Dioſcoridis* nomen praeferentia a contextu removenda cenſuit, locumque iis ad calcem operis aſſignavit, p. 441 — 479. Illic ergo quaeras omnia, quae frequenter deinde ex Appendice ad *Dioſcoridem* ſumta eſſe *Iablonskius* teſtatur.

(*p*) *Weſſelingius* in annotatione ad *Diodori Sic.* lib. I cap. 43 p. 52 exiſtimat non aliud ἄγρωστιν videri atque Ἀχί, ab Alexandrinis interpretibus adhibitum. Conſulendus *Iablonskius* ad vocem *Achi*. Ex ſententia Comitis *de Caylus* Récueil des Antiquités tom. VII p. 105 erat ἄγρωστις non diverſa a *Loto*. Alia dabunt viri eruditi ad *Heſychium* vv. Ἀγρώστη et Ἄγρωστις, atque in Miſcell. Obſerv. Crit. vol. X p. 63.

θοῦς. Ἀμαθοῦς, πόλις Κύπρου ἀρχαιοτάτη· ἐν ᾗ Ἄδωνις Ὄσιρις (*q*) ἐτιμᾶτο, ὃν Αἰγύπτιον ὄντα, Κύπριοι καὶ Φοίνικες ἰδιοποιοῦνται. Videntur autem Adonidis huius cultum, si vere eſt Aegyptius, Argivi ex Aegypto in Graeciam invexiſſe. *Pauſanias* in Corinth. p. 62. Edit. graec. Wechel. Ἐνταῦθα τὸν Ἄδωνιν αἱ γυναῖκες Ἀργείων ὀδύρονται. De Cypriis *Orpheus* in Hymno in Venerem, in Corpore Poëtarum Lectii Tom. I p. 514 [p. 252 ed. Gesneri],

Εἴτ' ἐν Κύπρῳ, ἄνασσα, τροφῷ σέο· ἔνθα καλαί σε
Παρθένοι ἀδμῆται νύμφαι τ' ἀνὰ πάντ' ἐνιαυτὸν
Ὑμνοῦσί σε μάκαιρα καὶ ἄμβροτον ἁγνὸν Ἄδωνιν.

Suidas, ex Damaſcii vita Iſidori, in Διαγνώμων. Οὕτω διέγνω τὸ ἄῤῥητον ἄγαλμα τοῦ αἰῶνος ὑπὸ τοῦ Θεοῦ κατεχόμενον, ὃ Ἀλεξανδρεῖς ἐτίμησαν Ὄσιριν ὄντα καὶ Ἄδωνιν ὁμοῦ κατὰ μυστικὴν θεοκρασίαν. Vide eundem in Ἡραΐσκος, et *Photium* in Biblioth. Cod. CCXLII col. 1049. edit. Graeco-lat., cuius verba ex *Suida* ſupplenda eſſe memento. Adde *Voſſium* de Idolol. Lib. II c. X p. 182.

ἈΈΝΤΙΟΝ, Αἰγύπτιον σμυρνίον, teſtante *Heſychio*. Terrarum omnium Aegyptum fuiſſe accommodatiſſimam unguentis ſcribit *Plinius* lib. XIII Hiſt. Nat. cap. 3, et varia unguentorum Aegyptiacorum genera memorat lib. XII cap. 21, 22, 26, 28, lib. XIII c. I. Μύρον Αἰγύπτιον eſt apud *Athenaeum* lib. II Deipnoſoph. cap. 25. Origo vocis Ἀέντιον, quam eſſe Aegyptiam (*r*) puto, hactenus me latet.

ἈΕΡΊΑ,

(*q*) *Berkelius* p. 112 legendum coniicit Ἀδωνόσιρις. Vulgatum defenditur a *I. Gronovio* in notis, editioni Berkelianae ſubnexis, p. 5, 6.

(*r*) *Iſ. Voſſius* cum adſcripſerit *Heſychio*, „Quod *odorem ſpiret*", videtur habuiſſe pro vocabulo Graeco.

'ΑΕΡΊΑ, ἡ Αἴγυπτος, παρὰ τὸν ἀέρα· καὶ γὰρ ἠερόεσσαν αὐτήν φασιν, *Stephanus Byz.* v. 'Αερία, et iterum v. Αἴγυπτος. Fuit hoc vetustissimum (*s*) Aegypti nomen, non Graecum, uti vult *Stephanus*, etiam Scholiastes *Apollonii Rhodii* lib. 1 v. 580, monens, Thessaliam appellatam fuisse ἠερίαν παρὰ τὸ μέλαιναν εἶναι τὴν γῆν· οὕτω γὰρ τὴν Αἴγυπτον ἠερίαν φασιν: atque *Eusebius* in Chronico Graeco, πρότερον παρ' Ἕλλησιν 'Αερία ἐλέγετο. Sed nomen fuit Aegyptiacum. Docuit me Celeberrimus *La Croze*, ⲀⲎⲢ esse vocem origine Aegyptiacam (*t*), etsi non diversam significatione a Graeca ἀὴρ et Latina *aër*.

'ΑΘΑ'ΡΑ, 'ΑΘΑ'ΡΗ (*u*), 'ΑΘΗ'ΡΑ, ATHARA, est vox Aegyptiaca, sed quam non omnes eodem mo-

(*s*) *Eustathius* ad *Dionysii* Perieg. v. 239, ἐκλήθη δέ ποτε κατὰ τὴν ἱστορίαν ἡ τοιαύτη χώρα καὶ 'Αερία. *Hesychius* v. 'Αερία scribit, hoc nomine Aegyptum dictam esse, sed quoque Thasum insulam, Libyam, Cretam, Siciliam, Aethiopiam et Cyprum. Conf. *Valesius* et *Alberti* in notis. Cum variae regiones eo nomine appellatae sint, dubia sit eiusdem origo Aegyptiaca.

(*t*) Ab ista sententia non dissentit *C. Muller* in Satura Observationum Philologicarum p. 192. Dubius haeret *A. A. Georgius* not. ad Liturgica fragmenta ex Veliterno museo Borgiano p. 392, cuius haec verba sunt: „ Si ἀὴρ, ut scribit *La-Croz.* in Lex., vox est *origine Aegyptiaca*, quid proprie significet, nemo melius quam *Hesychius*, emendatus tamen a *Iohan. Alberto*, exponere novit. Nebulam enim et caliginem ex ardore et aestu partam exposuit. Ex his et morbi et pestilentiae in homines, in fata vero frugum corruptio inter Aegyptios oriri solent". De caligine generatim ἀὴρ frequenter ponitur apud poëtas, inprimis *Homerum*. Vide *Apollonii* Lex. Hom. p. 47, 48, *Longinum* περὶ Ὕψους sect. 9 p. 36, notasque ad ista loca, et viros eruditos ad *Hesychium* vv. 'Αὴρ, 'Αήρης, 'Ηέρα.

(*u*) *T. Hemsterhuis* not. ad *Aristophanis* Plutum p. 223, 225.

modo interpretantur. *Dioſcorides* Lib. II c. 114, Αθήρα δὲ ἐκ τῆς ἀληλεσμένης εἰς λεπτὸν ζειᾶς σκευάζεται· ἔςι δὲ ῥόφημα ὡς πολτάριον ὑγρὸν, παιδίοις ἁρμόδιον· ποιεῖ δὲ καὶ εἰς τὰ καταπλάσματα. *Heſychius* Ἀθάρα· ὁλόπυρος (*v*), πτισσάνη πυροῦ καὶ πολτῶδές τι. Idem, Ἀθάρη· πυρίνη, πτισσάνη. Scholiaſtes ad *Ariſtophanis* Ranas p. 213 verſus fin. Τὸ δὲ ἔτνος εἶδος ἀθάρας. Eo ſenſu ipſe *Ariſtophanes* ea voce uſus eſt in Pluto v. 673.

——— ἀλλά με
Ἀθάρης χύτρα τις ἐξέπληττε·

Etiam v. 683.

Ἐπὶ τὴν χύτραν τῆς ἀθάρης ἀνίςαμαι.

Et ibidem v. 694.

Κἀγὼ τότ' ἤδη τῆς ἀθάρης πολλὴν ἔφλων.

Suidas. Ἀθάρα· ἄλευρον ἡψημένον. Idem in v. Μεμυςιλημένοι. Μυςίλη δὲ καλεῖται κοῖλος ἄρτος, ἤγουν ἀθάρα. Nemo tamen ex omnibus his, quorum (*w*) teſtimonio uſus ſum, vocem hanc Aegyptiis tribuit. Id igitur nunc probandum. Eſt nempe et haec gloſſa *Heſychii*. Ἀθηρά· (*x*) βρῶμα διὰ πυρῶν καὶ γάλακτος ἡψημένον παρ' Αἰγυπτίοις. Ad cuius loci illuſtrationem commode haec *Plinii* verba ſuccurrunt Lib. XXII cap. 21, *Eſt et lotometra, quae fit ex loto ſata, ex cuius ſemine, ſimili milio, fiunt panes in Aegyp-*

(*v*) Pro ὁλόπυρος *Harkenrothius* vol. X Miſc. Obſ. Crit. p. 28 legi vult ὄλυρα πυρός.

(*w*) Adde hoc *Pherecratis* apud *Athenaeum* lib. VI cap. 19 p. 529 ed. nov. Ποταμοὶ μὲν ἀθάρης καὶ μέλανος ζωμοῦ πλέοι. Apud *Pollucem* VI. 58 legitur ἀθάρας. Brevi poſt, ſegm. 62, ipſe *Pollux* ſcribit: ἀθάρη δὲ ἔτνος ἐκ πυροῦ.

(*x*) Potius Ἀθήρα, cum *Kuſtero* et *Albertio*.

gypto à pastoribus, *maxime aqua vel lacte subacto.* Conf. *Columella* Lib. 11 c. 9 p. 490. *Milium pultem praebet*, *maxime cum lacte non fastidiendam.* Hoc est sine dubio, quod *Hesychius* ἀθηρὰν vocat, et forte etiam *Epiphanius*, qui, in expositione fidei p. 1093, ubi loquitur de Sacerdotibus Harpocratis in Aegypto, ait: ἀθήραις τε καὶ σεμιδάλεσιν — τὰς ὄψεις χρίσαντες. *Eusebius* Praepar. Evangel. L. 11 c. 1 p. 32, 33 [p. 51 ed. Vigeri], τὰ λοιπὰ θηρία ἐν ἱεροῖς περιβόλοις, σεμίδαλιν προσφέροντες, ἢ χόνδρον ἕψοντες ἐν γάλακτι, καὶ πέμματα παντοδαπὰ μέλιτι φύροντες. Note sur le voyage d'Egypte par Mr. *Grangier* p. 11, *La nourriture ordinaire des Egyptiens est de la farine d'orge detrempée dans l'eau.* Verba *Epiphanii* confirmantur ex hisce *Plinii* Lib. XXII cap. 25, *Olyram arincam diximus vocari. Hac decocta fit medicamentum*, *quod Aegyptii Atharam* (in aliis codicibus, *Atheram*) *vocant*, *infantibus utilissimum: sed et adultos illinunt eo.* Id est, quod *Epiphanius* dixerat, ἀθήραις — τὰς ὄψεις χρίουσι. Addenda sunt et haec *Hieronymi* verba, Quaestion. in Genesin, Opp. Tom. 11 col. 543. edit. Martianaei: *Porro* θήραν *venationem magis potest sonare quam fruges; tametsi moris sit Aegyptiorum* θήραν *etiam* far (de quo vide *Drusium* in Exod. IX. 32.) *vocare*, *quod nunc corrupte* atheran *nuncupant.* Huc quoque refer Apophthegmata Patrum (in *Cotelerii* Monum. T. 1.) p. 667. δὸς αὐτοῖς μικρὰν ἀθήραν, ὅτι ἀπὸ κόπου εἰσί. Et mox, ὡς οὖν εἶδον τὴν ἀθήραν. Ex his omnibus apparet, Aegyptios, sive per illos intelligantur Alexandrini Graeci, sive indigenae vetusti, *atheran*, vel *atharam*, dixisse seu far, vel genus aliquod frumenti, seu, quod ex farre coctum aut alio modo confectum est. *Hieronymus* vult, Aegyptios eo nomine dixisse *far*, vel *fruges*. *Plinius* vero docet, *medicamentum*, vel, ut *Dalechampius* legit, *pulmentum ex olyra decoctum dici atharam.* Ubi observare operae pretium est, quod

He-

Herodotus de Aegyptiis refert Lib. II c. 36, *ἀπὸ ὀλυρέων ποιεῦνται σιτία, τὰς ζεὰς μετεξέτεροι καλέουσι.* *Plinius* autem nos docuit, ex Olyra decocta fieri *Atharam.* Ipsam *Olyram* veterum Aegyptiorum sermone vocitatam fuisse ⲃⲱϯ, et cum articulo masculino, ⲡⲓⲃⲱϯ, constat ex versione vetusta Aegyptiaca Pentateuchi Exod. IX. 32. *Athara* igitur non dicebatur ipsa *Olyra.* Incertum igitur hucusque est, quae fuerit vera vis vocis Aegyptiorum *Athara*, cuius mentionem faciunt veteres. Aliquid tamen circa hanc vocem monet *Ludovicus Picques*, Doctor Sorbonicus, et linguae Aegyptiacae non imperitus. Vide *Iordani* Historiam vitae *Là Crozii*, Part. II p. 295. (*y*).

Verum quia tamen *Hieronymus*, cuius diligentia ab omnibus laudatur, loco iam citato disertis verbis testatur, Aegyptios far proprie *θήραν*, idque corrupte, voce nempe magis ad graecum sermonem detorta, dici *atharam*, crediderim Aegyptiis antiquis id fuisse *theram*, vel *atharam*, quod hodie et in Aegypto et in aliisque regionibus appellant *Dora* (*z*). *Lud. Barthema*, cuius peregrinationes satis notae omnibus sunt, Lib. II c. I loquens de Arabia, haec scribit: *Es ist allda auch ein überflufs an fleisch*, *korn*, *gersten*, *und weissem hirs*, *welch sie* Dora *nennen.* Latinum exem-

(*y*) Opinatur *Picquesius*, vocem חֹרִי Genes. XL. 16 esse Aegyptiacam ϧⲣⲓ, vel ϩⲣⲉ, vel ϩⲣⲓ, atque ex ea, cum articulo foeminino ⲧ sive ⲑ, factum vocabulum Θήρα, quod ab *Hieronymo* vertitur *far*, et a *Plinio* scribitur *Athera*, cet. Vide Commercium *Picquesii* et aliorum p. 321.

(*z*) Conf. Flora Orientalis, sive recensio Plantarum, quas *L. Rauwolffus* collegit, p. 134, 135, edita a. 1755 ab *I. F. Gronovio*, atque *Petri Forskål* Flora Aegyptiaco Arabica p. 174, 175, ibique *C. Niebuhr.*

exemplar habet: *milii albicantis, dora ipsi appellant.* *C. Sicardus*, qui diu *Missionarii* partes in Aegypto obiit, in aliqua relatione, quam ex Aegypto in Europam misit, de eadem re haec habet: *Je vis avec plaisir plusieurs petits champs élevez sur les bords de la rivière, dont les chaussées servent de rempart pour défendre le* Dora, *c'est-à-dire le Millet d'Inde. Le* Dora, *ou Millet d'Inde croit de la hauteur de huit ou dix pieds sur une tige nouée et ligneuse, comme le roseau. Sa graine est à la cime, formant un bouquet bien rangé, et unique sur chaque tige. On fait du pain de cette graine pour les païsans. Le Dora est meur en Novembre et Decembre.* Vid. Nouveaux Mémoires des Missions Tom. II Part. I p. 143. Idem videtur ille in animo habuisse alio loco, Tom. V p. 223, ubi opus amplum de rebus Aegypti promittit: *Nous parlerons du bled d'Inde. Grangier*, description d'un Voyage en Egypte p. 12. *Encore ce pain n'est il pas fait avec de la farine de bled; c'est avec celle d'un gros millet, que les Grecs appellent Caranboch et les Arabes Doura; on séme ce millet sur les bords du Nil, et dans les endroits qu'on peut arroser facilement, la tige de ce grain est de la hauteur de cinq pieds, et une mesure en produit au moins cinquante.* Add. *Rauffwolffs* Reysebeschreibung p. 198. fin. In Nubiae regno Doram eandem reperiri testatur *Hieronymus Lobo* in Relatione historica Abyssiniae p. 160. edit. Paris. *Les Maisons ne sont que de Cabanes baties de bouë et couvertes de paille de* Dora, *qui est une graine, dont on fait un pain très-aigre, et une boisson, qui enyvre beaucoup.* Sed p. 424 legitur *Dara. Benedictus Mailletus*, qui diu munere Consulis in Aegypto functus est, frugem illam vocat *Dourra.* Observatio eius meretur hic adscribi ex Itinerario, Part. II p. 109. 110. edit. minoris formae: *D'autres pensent, que cette plante* (le lotus) *n'est autre chose, qu'un bled particulier, qui croit dans l'Arabie, et qu'on*

qu'on trouve auſſi en Egypte; on l'appelle Dourra. Cependant il faut avouer, que l'on n'y voit aucune convenance, je ne dis pas parfaite, mais même apparente avec le lotus des anciens. Non abs re fuerit, cum iis, quae ſcripſit *Mailletus*, conferre illa *Plinii* e Lib. XXII cap. 21 verba, quae ſupra allata iam ſunt. Mirum, ni id ipſum innuatur in Scala Coptico-Arabica, quam *Kircherus* edidit, in *Lingua Aegyptiaca reſtituta* p. 200, Ⲡⲓϫⲓⲣ *certum edulii genus, Aegyptiis uſitatum.* In Perſia vocatur *Zura*, uti ex hiſce *Chardinii*, Itinerar. T. IX p. 225. ſeq., diſco: *On y ſeme auſſi en abondance une certaine ſorte de grain, qu'on appelle* Zoura, *qui croit par touffes ou grapes, à peu près, comme fait le bled d'Inde, à de cannes de huit à neuf pieds de long, groſſes comme le pouce. On en fait du pain, qui eſt bis rougeâtre, mais que l'on trouve bon par habitude. On cuit auſſi ce grain comme le ris; avec lequel il a encore ceci de commun, qu'on ne le fait venir, qu'à force d'eau. On aſſure, que ce grain mange toute la ſubſtance de la terre, ou il croit, la rendant infertile pour longtemps, des la troiſième moiſſon — La moiſſon de ce grain eſt en Novembre. Il commence à meurir deux mois avant, et alors il faut ſans ceſſe en écarter les oiſeaux. Charles Poncet*, Voyage d'Ethiopie, dans les Lettres édifiantes Tom. IV p. 15, loquens de regione Dongola: *On ne mange que de pain de* Dora, *qui eſt un petit grain rond, dont on ſe ſert auſſi pour faire une ſorte de biere epaiſſe, et d'un très mauvais goût. Comme elle ne ſe conſerve pas, on eſt obligé, d'en faire à toute heure.*

"ΑΘΝΟΝ. In appendice *Dioſcoridis* lib. V cap. 43 [p. 465] dicuntur Aegyptii *ἄθνον* nuncupaſſe herbam, quam alii *φοίνικα*, *φοινικόπτερον*, *ἀγχίνωπα*, *ῥοῦν ϛάχυος*, *ὀσθάλην*, lolium ſive hordeum murinum vocant. De eadem videtur loqui *Plinius* lib. XXII cap. 25,

Eſt

Eſt et herba Phoenicaea appellata Graecis, *noſtris vero hordeum murinum*, quamquam huic plantae diverſas et contrarias adſcribat vires, quam *Dioſcorides*. Veram nominis Aegyptiaci, ut multarum aliarum arborum et plantarum, originem non potui hactenus perveſtigare, vel probabili conjectura aſſequi, uti neque quorumdam nominum, quibus urbes Aegyptiacae appellantur.

'ΑΘΑ'ῬῬΑΒΙΣ, *πόλις Αἰγύπτου, ὡς καὶ Ἡρωδιανὸς ἐν τρίτῳ· Ἀθαῤῥαβίτης νομὸς ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ Ἀθάῤῥαβις πόλις. Ἑκαταῖος δ' ἐν δευτέρῳ περιηγήσεως, δι' ἑνὸς ρ καὶ τοῦ μ, Ἀθραμβίτης νομὸς, καὶ Ἀθάραμβη πόλις.* Verba ſunt *Stephani Byzantini*, ad quae *Berkelius* notavit, eiusdem praefecturae meminiſſe *Plinium* lib. v cap. 9. Nomen non inveni apud *Herodianum* (*a*). Pars prior appellationis fortaſſe eſt eadem, quae in nomine Ἀταρβήχις, de quo infra; de parte nominis poſteriore nihil habeo, quod coniiciam.

"ΑΘΡΙΒΙΣ, nomen urbis et nomi Aegyptiacum. Ἄθλιβις vocatur a *Stephano Byzantino*, ſed qui addit, *Nicanorem* ſcripſiſſe Ἄθριβις, et ita quoque *Strabonem* (*b*). *Stephanus* alibi in v. Ἀφροδίτης πόλις de-

(*a*) In Codice *Stephani Byz.* MS. Peruſino pro Ἡρωδιανὸς legi Ἡρώδοτος monuit *Iac. Gronovius.* Frequenter nomina iſta permutantur, cuius erroris origo quaerenda in compendiis ſcribendi. Vide Cl. *Weſſelingii* Diſſertationem Herodoteam cap. 3, 4, 5. Sed neque apud *Herodotum* libro III occurrit nomen urbis Ἀθάῤῥαβις et nomi Ἀθαῤῥαβίτης. Servandum vulgatum Ἡρωδιανός. Scilicet quaeſiverat *Iablonskius* in *Herodiano* qui ſupereſt *Hiſtorico.* Atqui *Stephanus Byz.* citabat, ut ſolet, *Herodianum*, eruditiſſimum illum *Grammaticum*, de quo egit *Fabricius* Bibl. Gr. vol. VII p. 7 ſqq.

(*b*) Lib. XVII p. 1167 Ἀθριβῖται, ſed p. 1154 ὁ Ἀθρειβίτης νομὸς καὶ Ἀθρειβῆς πόλις, ubi tamen in Codice MS. Mediceo, cuius collatio ab *Abr. Gronovio* eſt adſcripta exemplari, quo utor,

dedit Ἄθριβιν, et in v. Ψενακώ ait esse Psenaco κώμην τοῦ Ἀτριβίτου νομοῦ, ubi male editur νόμου. De origine nominis Aegyptiaca Auctor Etymologici M. v. Ἀθριβής ex Orione Grammatico haec habet: τὸ Δέλτα τῆς νησευομένης Αἰγύπτου ἐςὶ κεφαλὴ, κατὰ καρδίας σχῆμα τῶν περιεχομένων Νείλῳ μεθυσκόμενον· ὅθεν τὸν νομὸν Ἀθριβὴν προσηγόρευσαν, ὅπερ εἴτις ἑλληνιςὶ βούλοιτο φράζειν, οὐκ ἄλλως ἔχοι λέξαι, πλὴν καρδίαν ἀπτίων· οὕτως Ὠρίων. Vltima Etymologi verba sic emendari vult *Berkelius* ad *Stephanum* v. Ἄθλιβις: πλὴν καρδίαν. Ἀπίων, οὕτως καὶ Ὠρίων, ut Apion sit nomen proprium scriptoris non incelebris, quem secutus fuerit Orion Grammaticus (*c*). Alii legunt, πλὴν καρδίαν ἀπίων, *nisi cor pyri*, seu *pyrorum*. Ex eorum igitur sententia totum Delta Aegyptiace vocabatur ῥίβις, quod *pyrum* sonet. In medio autem τοῦ Delta situs erat nomus *Athribites*, vel Ἀθρίβης, quod *cor* i. e. *medium pyri* significet. *Samuel Bochartus*, vir supra vulgus Theologorum doctus, monet part. I Geographiae S. lib. I c. 15, Rib sive Riph esse nomen Aegyptium partis Aegypti terquetrae, Nili ostiis comprehensae, et sic vocari a *pyri* forma, atque nomum medium *Athribem*, i. e. *cor pyri*, inde appellari. Pluribus deinde eamdem rem persequitur lib. IV cap. 24, ubi, postquam verba Etymologici produxisset, haec adiiciebat, „ Aegyptiis ἂθ vel ἦθ est *cor*, ut scribit *Horus* Hieroglyphicôn lib. I cap. 7, et ῥιβ vel

utor, Ἀθριβείτης et Ἀθρίβης. In scribendo hoc nomine librarii saepius peccarunt. Vide *Holstenii* notas et castigat. in *Steph. Byz.* p. 10, 11, et *Wesselingium* ad *Hieroclis* Synecdemum p. 728.

(*c*) *Berkelio* praeiverat *Fr. Sylburgius* in not. ad Etymologicum p. 1, his verbis: *Haud scio, an verius sit* Ἀπίων, *ut Orion ea citet ex Apione Grammatico.* Non raro eruditi suas de variis Etymologi Graeci locis coniecturas publicarunt, non ante consultis *Sylburgii* notis, aut certe tacito ipsius nomine.

vel *ῥιβὶ pyrum*; inde *Athribis* cor pyri, quia in medio pyri, id eſt, Aegypti partis, quam a pyri formá Aegyptii *Rib*, id eſt, Pyrum, vocabant. Quod nomen hodieque ſervat poſt tot ſaecula incorruptum. *Errif* ſcribit *Leo Africanus* (*d*), id eſt, אלריב, praefixo articulo Arabum, qui ante R non aliter ſonat, ut norunt illius linguae periti (*e*)". De primá huius vocis ſyllaba non eſt dubitandum. Nam Ἀθ vel Ἡθ, Coptice ϨΗΤ omnino dicitur, ut patet e centenis locis verſionis Copticae Pentateuchi ac librorum Novi Teſtamenti, et ex Liturgiis Copticis MSS., quas in Britannia, Pariſiis et Lugduni Batavorum conſulere mihi datum eſt. Sed dubitatur de altera vocis parte, an Ῥὶβ ſive Ῥίβις *pyrum* apud Aegyptios deſignaverit. De qua re et aliis huc pertinentibus infra dicam in articulo RIB.

ἈΘΥ'Ρ, μὴν καὶ βοῦς παρὰ Αἰγυπτίοις. Locum hunc *Heſychii* explicatum videbis in Pantheo Aegyptiorum Lib. I c. I §. 3 et 15 (*f*).

'ΑΘΥ-

(*d*) Reſpicit *Bochartus* ad *Leonis Africani* lib. VIII p. 666, „Ab Alcairo Roſetum, oram vocant *Errifiam*", et mox, „*Errifia* fructibus et oryza (antecellit)". Adde eumdem p. 669 et 715.

(*e*) Ab iſta *Bocharti* ſententia diſcedunt *D. Wilkins* in Diſſ. de Lingua Coptica (adiecta Orationi Dominicae in diverſas omnium fere gentium linguas verſae, edente *I. Chamberlaynio*) p. 99, *I. de Bary* apud *Relandum* in Palaeſtina ill. p. 940—942, *C. Muller* in Satura Obſerv. p. 97—99, qui teſtatur, Coptos nomen urbis ſcribere ϨΡΕΒΙ, pro quo Graeci deinde Ἄθρεβι dixerunt. Ducem ſecutus eſt *Kircherum*. Conf. *La Crozii* Lex. Aegypt. p. 24, cuius αὐτόγραφον ſervatur in Bibliotheca Lugduno Batava, a *Mullero* diligenter lectum, eo tempore nondum publica luce donatum.

(*f*) Comparentur, quae *Iablonskius* alibi ſcripſit, in Miſcellaneis Berolinenſibus tom. VII p. 388, 389, et in ano-

'ΑΘΥΡΙ', *domus Hori mundana.* Ita *Plutarchus* vocem hanc explicandam esse testatur, de Iside et Osir. p. 374. (*g*). Explicationem uberius ex lingua veterum Aegyptiorum illustrare fategit *Mat. Veyssiere La Croze*, Vir praestantissimus, in Thesauro Epistol. Tom. III p. 159. De eadem et sententiam meam (*h*) exposui in Pantheo Lib. III cap. V §. 4.

'ΑΘΩ'ΘΗΣ, Ἑρμογένης, id est, *Mercurio satus.* Ita nomen hoc interpretatur *Eratosthenes* in Catalogo regum Thebaeorum Aegypti, ad quem originationem hanc pluribus excussi. Vide la Chronologie de l'Histoire Sainte par *A des-Vignoles*, Tom. II p. 737, et 738.

'ΑΘΩ'Ρ. Ita Aegyptios nuncupasse Venerem suam, do-

notat. ad *Eratosthenis* catalogum Regum Thebaeorum Aegypti, insertis *A. des-Vignoles* Chronologiae hist. sacr. tom. II p. 760, 761. 'Αθὺρ non generatim fuisse bovis nomen Aegyptium, sed tantum vaccae, quae erat Veneri sacra, bene monet *I. Kocherus* in Miscell. Obs. Crit. Novis tom. II p. 137. Quorum animadversiones omnes si *I. Alberti* potuisset expendere, vix opinor, eum omnia scripturum fuisse, quae scripsit in Miscell. Observ. Crit. vol. III p. 448, 449, repetiitque ad *Hesychium* v. 'Αθὺρ, sigillatim de vocis origine et usu de bove.

(*g*) Eo in loco pro Ὧρου sive Ὥρου legendum 'Οσίριδος, ex coniectura *Squirii* p. 138, 139, quae tamen audacior videtur, et nimium abit ab 'Αθυρί.

(*h*) *La Crozius* vocem 'Αθυρί compositam iudicat ex ΗΙ vel Η *domus*, ⲐⲰ *universum* et ⲞⲨⲢⲞ *rex.* Idem placet *Kochero* l. c. p. 136. *Iablonskius* eamdem Aegyptiace interpretatur ⲬⲀⲦ — ⲞⲨⲎⲢ — ΗΙ *Chat-uer-ei*, *mundum Hori domum.* Quae verior sit sententia, non meum est iudicium. Vtraque certe probabilior, quam est *Wilkinsii* opinio, in diss. de Lingua Coptica p. 99 putantis, 'Αθυρί vocem esse Graecam ἄθυρον, *domum ianua carentem.*

docet *Orion* Grammaticus apud Etymologici auctorem, in voce 'Αθύρ. Prolixe de hoc Aegyptiorum Numine disputo in *Pantheo* Lib. I cap. I toto, ubi ostendo, 'Αθὼρ Aegyptiace scribendum esse ϩⲁⲑⲱⲣ, idque significare *Noctem*, maximum veterum Aegyptiorum, et aliarum quoque gentium, Numen (*i*).

ΑΙΜΟΌΟΣ. *Sentix*, *rubus*. *Apuleius* de herbis c. 87. Appendix *Dioscoridis* Lib. IV c. 37 [p. 464].

ΑΙΘΟΠΙ. *Galiopsis*. Appendix ad *Dioscoridis* Lib. IV c. 95 [p. 469].

ΑΙΘΩΤΡΟΝ. *Pentaphyllon*. *Apuleius* de herbis cap. 2. Appendix *Dioscoridis* Lib. IV c. 42, habet ἔνωτρον [p. 465].

ALABASTRUM, ALABASTRITES. *Plinius* Lib. XXXVII cap. V, *Lapidem quem* Alabastriten *Aegyptii vocant*. Vide et cap. X, *Alabastrites nascitur in Alabastro Aegypti*, atque Lib. XXXVI c. 8. *Theophrastus* de lapidibus p. 392. ὁ περὶ Αἴγυπτον ἐν Θήβαις ἀλαβαστρίτης. Sciendum autem, ⲁⲗ Aegyptiis significare *gemmam*, aut lapidem pretiosum, qualis est lapis specularis. ⲟⲩⲟⲃϣ porro iisdem *candidum* colorem designat. Erit itaque ⲁⲗⲟⲩⲟⲃϣ, (*Aluobs*, *Alaabs* vel *Alabas*) *lapis pretiosus candidus* (*k*).

'Αλ-

(*i*) Conf. scriptores, supra (*f*) laudati.

(*k*) *Alabastrum* esse vocem origine Graecam, volunt Auctor Etymol. M. v. 'Αλάβαστρον, *Suidas* in vv. 'Αλαβαστοθήκας et 'Αλάβαστρον, *Salmasius* in Exercit. Plinian. p. 394, et *I. D. à Lennep* in Etymol. Ling. Graecae tom. I p. 99. — Nota urbs Aegyptiaca 'Αλάβαστρα e *Ptolemaeo*, *Plinio*, aliis. Adscribitur Phrygiae a *Stephano Byz.*, qui testem appellat *Herodotum*. Male. Vid. *Berkelium Holstenium*-

'ΑΛΛΗΛΩ'. *Solanum hortense.* Appendix *Dioscoridis* Lib. IV c. 71 [p. 467].

AHC, vel AK, nomen Stellae cuiusdam, de qua *Chalcidius* in Timaeum p. 218. edit. Meursii. *Aegyptiorum quoque Prophetae, Stellam quandam aliquot annis non visam verentur, quam vocant* Ahc. Vbi *Fabricius* in notis obseruat, *Rigaltium* orae Codicis sui adscripsisse *Ihc.* De argumento hoc, vix est, quod addam. Forte tamen legi posset *Asc*, vel *Ahsc.* Nam ⲱⲥⲕ, *Osc*, Aegyptiace dicitur *βραδύνειν*, *tardare, moram nectere*, et *χρονίζειν* Ps. LXX. 5 (*l*). Et vero de stella illa dicitur, quod *aliquot annis visa non fuerit.* Ceterum *Iacobus Kochius* im beleuchtet Hiob, existimat voce עָשׁ *Asch* Iobi IV. 9, XXXVIII. 32, designari *Stellam* quandam, et nominatim *Saturnum* (*m*). Quod si haec sententia viri eruditi admitten-

nium que in notis, et *Wesselingium* ad *Herodoti* lib. VIII c. 136. Obseruat *Iac. Gronovius* in notis MSS. ad castigationes Holstenianas: „*Fuere plures* (Herodoti), *et* 'Ηρόδωρος". Quibus verbis quid velit, discas ex ipsius animaduersione ad *Herodoti* locum. Si vera sunt omnia, quae de origine nominis, huic urbi inditi, scribit *Salmasius* l. c., ex lingua Aegyptiaca illud haud magis illustrandum, atque voces 'Αλάβαστρον et 'Αλαβαστίτης. — De notione vocabulorum ⲁⲗ *lapis* et ⲃⲟⲃⲱ vel ⲃⲟⲩⲱⲃⲱ *candidus*, vide *La Crozii* Lexicon p. 2, 69, 71. Est autem obseruatu dignum, in versione Coptica ex editione *Wilkinsii* ἀλάβαστρον Matth. XXVI. 7. reddi ⲙⲟⲕⲥ, sed in interpretatione N. T. dialecto superioris Aegypti, dicta Thebaidica vel Sahidica, quae versio primum prodiit Oxonii a. 1799, inveniri ⲁⲗⲁⲃⲁⲥⲧⲣⲟⲛ.

(*l*) Testimonia plura dabit *La Crozius* in Lexico p. 119.
(*m*) Huc non pertinere locum priorem docuit *A. Schultens*, qui etiam de duobus posterioribus docte disputavit. Iunge *I. D. Michaëlis* Supplementa ad Lexica Hebr. p. 1901 — 1907. Non tamen omnia eadem sentiunt.

tenda videatur, ulterius disquirendum, fitne forte A H C *Chalcidii* illa ipfa Stella, quae in libro Iobi *Afch* audit.

HAM. *Aegyptus* fic dicebatur a regionis illius incolis. *Hieronymus.* Plura vide in Χημία.

AMARANTHVS. *Centaurea minor. Apuleius* de herbis cap. 35. Editio *Torini* in margine habet *Amarat*, quomodo etiam in Codice MS. Voffiano, qui optimae notae, et nunc eft in Bibliotheca Leidenfi, fcriptum inveni.

'AMMAΣ. Οὕτω καλοῦσι τὰς πνευματικὰς μητέρας. *Palladius* Laufiac. Hiftor. cap. XLII, p. 966. In eadem hiftoria cap. CXXXVII commemoratur quaedam 'Αμάταλις, ubi *Hervetus* in verfione recte mihi fic diftinxiffe videtur: *Vita Ammae Talidae.* In Graeco eft, Περὶ 'Αματαλίδος. Hic fermo eft de rebus in Aegypto geftis. Vide et *Mofchi* Pratum Spirituale cap. 127. in Monumentis Ecclefiae Graecae *Cotelerii* Tom. II p. 405 et cap. 128. p. 407, ac pariter Apophthegmata Patrum, apud eumdem *Coteler.* Tom. I p. 465. Vox haec videtur effe originis Syriacae. Syri enim ܐܡܐ dicunt *Matrem*, Chaldaice אִמָא. Sicuti ergo Monachorum Praefectus dicitur *Abbas*, id eft אבא, Syriace *Pater*, ita quae Monialibus praefecta erat, dicebatur אמא, *Mater. Victor Vitenfis* de perfecut. Vandal. Lib. I p. 12 edit. Chiffletii: *Quae nunc fupereft virgo, mater multarum virginum Dei* (m*).

'AME'NΘHΣ. Ita Aegyptii nuncupant locum, in quem mortuorum defcendunt animae, tefte *Plutarcho* de If. et Ofir. p. 362. Et ita fe res omnino habet. In

(m*) Conf. viri eruditi ad *Hefychium* v. 'Αμμάς.

In verſione Coptica, ſeu Aegyptiaca, S. Scripturae, ᾅδης, id eſt, locus, vel ſtatus, ad quem mortui perveniunt, ſemper dicitur ⲁⲙⲉⲛϯ, *Amenti*, et in Dialecto Sahidica, ſive ſuperioris Aegypti, ⲁⲙⲉⲛⲧⲉ, *Amente.* Non opus id eſt teſtimoniis probare. Nam ubi in textu Graeco eſt ᾅδης, ibi ſemper aut tantum non ſemper apud Aegyptios interpretes reperitur ⲁⲙⲉⲛϯ, vel ⲁⲙⲉⲛⲧⲉ. Sed pergit *Plutarchus*, et vocem hanc Aegyptiacam ex theſauris linguae Aegyptiorum ſic illuſtrat: *Significat hocce nomen* τὸν λαμβάνοντα καὶ διδόντα, *accipientem et dantem*, quam explicationem falſam eſſe ſuſpicatur *Wilkinſius*, in Diſſertatione, qua voces Aegyptiacas, ab aliis commemoratas et explicatas, examinat p. 95. Celeberrimus vero *La Crozius*, cuius inſtitutioni qualemcunque linguae Aegyptiacae ſcientiam debeo, viciſſim exiſtimabat, obſervationem *Plutarchi* veram eſſe et recte ſe habere. Arbitrabatur nempe vocem ⲁⲙ, in Coptorum lingua, ſignificationem habere *capiendi*, vel *accipiendi*, ideoque *fabrum lignarium* ab iis dici ⲁⲙϣⲉ, ab ⲁⲙ, videlicet, ſive *capiendo*, et ϣⲉ, *lignum*, ut ſic ⲁⲙϣⲉ eum deſignet, qui ligna capit et continuo tractat. ϯ porro eſt *dare*, ⲉⲛ vero vel ⲛ̀ eſt particula connectendi: unde ſequetur, ⲁⲙ—ⲉⲛ̀—ϯ, etymologice (*n*) ſignificare *capientem et dantem.* Equidem haud invitus largior Viro optimo, ⲁⲙ olim Ae-

(*n*) Huic etymologiae nonnulla opponit *Wilkins* in Theſ. Epiſtol. *La Croz.* tom. 1 p. 378, 379, negatque ⲉⲛ apud Coptos eſſe particulam copulantem *et*, atque ⲁⲙ vocem Copticam, quae ſignificet *capere.* Vtramque in Lexico ſuo *La Croze* omiſit.

Aegyptiis sonasse *capere*, vel *accipere.* Hinc enim est ⲁⲙⲟⲛⲓ, vox frequenter occurrens, et significans *κρατεῖν*, id est, *capere*, *apprehendere*, *continere*; sed non possum non dubitare, sitne hac ratione vox ⲁⲙϣⲉ explicanda. Credo potius a ϣⲉ, *lignum*, esse ⲙ̀ϣⲉ, vel ⲉⲙϣⲉ, *lignarius*, quod deinde efferri coepit ⲁⲙϣⲉ Formatio haec et derivatio est admodum analogica, cuius innumerabilia in lingua Aegyptiorum reperiuntur exempla. ⲧⲓ porro, vel ϯ, *dare* quidem significat; at in dialecto superioris Aegypti, quae est haud dubie antiquior, *ᾅδης* non dicitur ⲁⲙⲉⲛϯ, verum ⲁⲙⲉⲛⲧⲉ, ubi originatio *Plutarchi* locum non habet. Crediderim itaque explicationem hanc *Plutarchi* quibusdam eo tempore in mentem venisse, cum dialectus Aegypti inferioris praevaleret, ideoque ⲁⲙⲉⲛϯ longe frequentius audiretur, quam ⲁⲙⲉⲛⲧⲉ. Nam in ⲁⲙⲉⲛϯ, etymologia, de qua loquimur, potest defendi. Observatione tamen insuper dignum est, vocem ⲁⲙⲉⲛϯ, uti videtur, derivatam esse à voce ⲉ̀ⲙⲉⲛⲧ, qua *Occidens* designatur. Sic postea dictus quoque *ᾅδης*, vel *infernus*, quia veteres Aegyptii credebant, malos genios habitare plagam mundi *Occidentalem*, sicuti boni Angeli *Orientalem*. Vide Apophthegmata Patrum, in *Cotelerii* Monumentis Tom. 1 p. 449, 450. Hinc *Proclus* observat Lib. 1 in Timaeum p. 24, Ἡ *δύσις, ὡς ἔλεγον Αἰγύπτιοι, τόπός ἐςι δαιμόνων κακωτικός.* Ita lege. Observa quoque, ipsum solem, quando iam *occidens* hemisphaerium superius deserit, creditum fuisse ad Tartara descendere. Sic *Virgilius* Lib. 1 Georg. v. 242.

ἈΜΕ'ΝΩΦΙΣ. Ita patrio Aegyptiorum sermone dicebatur ille, quem Graeci *Memnonem* vocant (*o*), ac fabulantur Tithoni et Aurorae filium, qui, cum Priamo patruo auxilium tulisset adversus Graecos, Achillis tandem manu interiit. In Aegypto circa Thebas erat eius statua ex marmore, quae, simul atque radii solis caput ipsius attigissent, sonum quotidie edere solebat, tanquam matrem suam Auroram salutaret. Vide *Pausaniam* in Atticis p. 101, *Philostratum* lib. VI de vita Apollonii cap. 3, *Dionysium* Perieg. v. 249, 250, ibi *Eustathium*, praesertim vero *Strabonem* lib. XVII p. 561 (*p*). Huic igitur Memnoni Aegyptii nomen imposuere *Amenophis*, sive, addita nota generis masculini, *Phamenophis*. In Chronico Alexandrino, quod Paschale vulgo vocant, p. 338 legitur, *Καμβύσης τὸν Ἀμμένοφιν, ὃς Μέμνων νομιζόμενος εἶναι λίθος, καὶ φθεγγόμενος, τέμνει.* Scriptum fuisse videtur, ὃς Μέμνων νομίζεται εἶναι, καὶ φθεγγόμενος λίθος. Auctor enim Chronici ea verba sumsit ex *Eusebio*, ex quo iisdem fere verbis ea etiam repetiit *Georgius Syncellus* in Chronographia p. 72 et 151, Οὗτος ὁ Ἀμενωφθίς ἐστιν, ὁ Μέμνων εἶναι νομιζόμενος, καὶ φθεγγόμενος λίθος. Leguntur eadem in *Eusebianis* Graecis p 16, ubi tamen recte *Scaliger* Ἀμένωφις restituit, quod ipsum nomen etiam exstat in *Eusebii* Chronico Latino p. 72. Existimo, statuam illam sonantem, ab antiquis tantopere celebratam, non exhibuis-

(*o*) Quod et aliunde patet, et ex epigrammate in crure Memnonis inciso, quod *Richardus Pococke* edidit in Inscript. antiquis Gr. et Lat. p. 84, ubi male Μέμνωνος ἢ ΦΑΜΕΝΟΤ, sed *D'Orville* Animadv. in *Charitonem* p. 531 emendatius dedit:

Ἔκλυον αὐδήσαντος ἐγὼ Πόβλιος Βάλβινος
Φωνὰς τὰς θείας Μέμνονος ἢ ΦΑΜΕΝΩΦ.

(*p*) Pag. 1170, 1171, et ad istum locum *Almelovenius*.

buisse imaginem aliquam viri, rerum gestarum magnitudine clari, sed more Aegyptiorum fuisse mysticam et mere symbolicam. Satis id colligitur ex fabulis de *Amenophi* hoc traditis, uti nec minus ex eo, quod eum Aurorae vel Diei filium perhibuerint. Cum qua fabula concinit id quoque, quod veteres magna cum admiratione de statua hac narrant, eam quotidie, radiis solaribus illustratam, continuo sonum quemdam vocalem edidisse. Nisi me mea coniectura fallat, statua illa resonans, non secus atque Pyramides et praeterea Aegyptiorum monumenta alia, inservierunt observationibus Astronomicis Sacerdotum, ut cursum solis, aequinoctia itidem et solstitia, accuratius deprehendere possent (*q*). Nomina itaque ab Aegyptiis statuae isti imposita rem hanc ipsam aliquo modo sine controversia expresserunt. De nominibus aliis deinde dicetur. Ratio nominis *Amenophis* non usque adeo certa et perspicua est. *Marshamus* de *Amenophi* erudite quidem differit in Canone Chronico, sed in exponenda origine nominis errat, scribens p. 425: Amenophis *Thebanis is est*, *qui Graecis* Memnon, *Nomen ex* Menis, *primi regis*, *nomine componi videtur*. Mennoph *Graecis euphoniae causa* Mennon, *sive* Memnon. *Ceterum obscura est Aegyptiorum nominum ratio.* Sunt *Menes* et *Amenophis* vocabula Aegyptiaca, sed eorum significatio vehementer a se invicem differt. Μέμνων autem est nomen Graecis proprium. Neque potest demonstrari, *Amenophin* sic dictum fuisse de *Mene*, rege Aegyptio. Quae vero *Perizonius* in Originibus Aegyptiacis cap. xv scripsit de convenientia nominum *Amenophis*, *Amenemmis* et *Memnon*, aeque minus satisfaciunt. Meas nunc proferam coniectu-

(*q*) Quanto in honore fuerit Astronomia apud sacerdotes Aegyptiacos, maiori certe, quam apud plerosque aliarum gentium sacerdotes, docet *Iablonskius* in Prolegom. ad Pantheon p. xcviii sqq.

iecturas, de quibus iudicium esto penes peritos et aequos lectores. Erat, cum coniicerem, *Amenophis*, literis Copticis scriptum, sonare ⲁⲙⲟⲩⲛ-ⲛⲟϩ-ϥⲓ, *Amun-noh-phi*, quod significaret *custodem urbis Thebarum.* Antiquum urbis Thebarum nomen Aegyptium erat *Amun*, vel *Amon-no*, pro quo in locis aliis Sacri Codicis V. T. *Hamun-no* et *No-Amun*, de quibus nominibus infra sum dicturus. ϥⲓ sermone Aegyptiorum denotat *τηρεῖν*, *servare*, *custodire*, Matth. IX. 17. Diceretur itaque *Amenophis* sive Memnon *custos urbis Thebarum*, quemadmodum Phthas, praecipuum Aegyptiorum numen, ipsorum lingua dictus est ⲭⲏⲙⲓ—ϥⲓ, sive ⲕⲏⲙⲉ—ϥⲓ in dialecto Thebaidis, *Κάμηφις*, id est, *conservator*, vel *custos Aegypti;* quo spectat locus *Ciceronis* peregregius ille, sed a multis non bene intellectus, lib. III de Nat. Deor. cap. 22, *Secundus* Vulcanus, Phthas, *ut Aegyptii appellant*, *quem* custodem Aegypti *volunt.* Vide Pantheon lib. I cap. 4 § 9. Quam maxime huc pertinet inscriptio Graeca in crure Memnonis sinistro visa et a *Pocockio* inde descripta, iniuria temporum valde corrupta ac detrita, sed in qua mihi videor haec verba detexisse, ΕΦΘΕΓΞΑΤΟ ΜΕΜΝΩΝ ΘΗΒΑΙΩΝ ΠΡΟΜΑΧΟC, *sonum dedit Memnon Thebaeorum Propugnator.* Vide Description of the East vol. I p. 103 (*r*). Posset etiam nomen *Amenophis* explicari ⲕⲏⲙⲉ ⲛⲟⲩϥⲓ, *Kame-nuphi*, vel ⲭⲏⲙⲓ ⲛⲟⲩϥⲓ, *Chami-nuphi*, quod Graeci, omissa adspiratione, fortasse extulerunt Ἀμένωφις, quando significaretur *Aegyptus bona.* Puto

(*r*) Eruit istas voces *Iablonskius* e literis . . . , N . . N ΘΠΒΑCΑΠΡΟΜ, quas exhibet *Pococke*, etiam in Inscript. antiq. p. 93 n°. 14. Coniecturam *Iablonskii*, non omnibus forte placituram, memini tamen laudatam esse probatamque a Cl. *Ruhnkenio*, Critico summo.

to tamen potius, nomen *Amenophis* Aegyptium scribendum ⲁⲙⲉⲛ̀ⲛⲟⲩϥⲓ, et vertendum esse, *qui bonum*, vel *laetum*, *annunciat*. In Coptorum libris ⲛ̀ⲛⲟⲩϥⲓ, *nufi*, vel *enufi*, frequentissime occurrit, et denotat *bonum*. Hinc εὐαγγέλιον et εὐαγγελίζειν est ϣⲉⲛ̀ⲛⲟⲩϥⲓ ac ϩⲓϣⲉⲛⲛ̀ⲛⲟⲩϥⲓ, quasi dicas *proiicere lignum bonum*, quae locutio sine dubio ex prisca quadam Aegyptiorum consuetudine fuerit derivanda (*s*). ⲁⲙⲉ interpretor *annunciare*, *docere*, *ostendere*. Equidem in Coptorum libris MSS. et editis, quos ego hactenus inspexi, vocem hanc semper cum ⲧ reperi scriptam, ⲧⲁⲙⲉ, Matth. VIII. 4, Apoc. IV. 1, alibi. Verum suspicor, primitivam vocem fuisse ⲁⲙⲉ, atque Aegyptios antiquitus sic dixisse et scripsisse. Confer Pantheon lib. V cap. 7 § 5. Inde etiam nomen mensis Aegyptiaci *Phamenoth* explicari posse, ea in voce monebo. Est igitur ⲁⲙⲉⲛ̀ⲛⲟⲩϥⲓ, et cum indicio generis masculini ⲫⲁⲙⲉⲛ̀ⲛⲟⲩϥⲓ, *qui annunciat bonum*, quasi dicas εὐαγγελιστής. Si fortasse ex me exquiras, quid hoc ad *Amenophin* pertineat, respondebo, rationem huius nominis dependere ex Astronomicis sacerdotum Aegyptiacorum observationibus, quarum in superioribus facta est mentio. Plura vide in Dissertat. MSS. de Memnone (*t*). Atque haec hactenus de *Amenophi* Aegyp-

(*s*) Vtriusque vocis exempla dabit *La Crozius* in Lexico p. 126, 156, sed in eo desideratur ⲛ̀ⲛⲟⲩϥⲓ.

(*t*) Postquam haec scripsisset *Iablonskius*, ipse edidit a. 1753 Syntagmata tria de Memnone Graecorum et Aegyptiorum, huiusque celeberrima in Thebaide statua. Testatur Clar. *Wesselingius*, *Iablonskium* de Memnone *pererudite* egisse, ad *Herodoti* lib. II cap. 106, ubi antiquissima et prima statuae Memnonis, Thebis erectae, mentio invenitur.

Aegyptiorum, qui non eſt diverſus a Graecorum Memnone. Porro monendum, id ipſum nomen ſatis familiare fuiſſe in Aegypto, datum inprimis pluribus regibus, ut patet ex hiſtoria *Manethonis* et *Chaeremonis* Aegyptiaca, cuius fragmenta nobis ſervavit *Fl. Ioſephus* lib. I contra Apionem § 15, 26, 28, 32. Vide et *Syncellum* in Chronographia p. 62, 70 ac ſeqq. Nemo mirabitur, nomine *Amenophis* reges appellatos eſſe, qui noverit, pariter nomen *Memnonis* variis hominibus fuiſſe commune, ut ex *Diodoro Siculo* (*u*), *Strabone* (*v*), *Curtio* (*w*), et aliunde ſatis notum.

'ΑΜΟΥΘΑΝΤΑΓΟΣ, nomen regis Thebaeorum Aegypti, in *Eratoſthenis* catalogo. Monui in annotationibus ad iſtum catalogum, vehementer hic diſcrepare lectionem *Scaligeri*, qui ex coniectura, ut videtur, in *Euſebianis* edidit 'Αμουρθαῖος. Vide in *Vignolii* Chronolog. S. tom. II p. 765 (*x*).

'ΑΜΟΥΝ. Hoc nomine, ſi credimus Graecis, *Io-*

(*u*) Lib. I. 47, XVII. 7, 62, ad quae loca legendus *Weſſelingius*.
(*v*) Reſpicit forte ad lib. XIII p. 908, ſed illic pro Μέμνων reſtituendum Μέντωρ, monente *Caſaubono*.
(*w*) Lib. IX cap. 3. 21.
(*x*) *I. R. Forſter* in epiſtolis ad *I. D. Michaëlis*, huius ſpicilegium Geographiae Hebraeorum exterae iam confirmantibus, iam caſtigantibus, p. 10 loquitur de „rege ⲁⲙⲟⲩⲛ-ⲧⲁϥⲟ *Amuntaeo* i. e. *Ammanodoto* (ap. *Eratoſth.*), qui a *Manethone* (ap. *Ioſeph.*) appellatur *Tiamus* vel *Ti-Amun* ϯ-ⲁⲙⲟⲩⲛ, *ab Ammone datus*; quod revera idem nomen eſt". Sed apud *Eratoſthenem* dicitur *Amunthantaeus*, et a *Manethone* apud *Ioſephum* lib. I c. Apionem § 14 Τίμαος, ſive in codice Hafnienſi et apud *Euſebium* lib. X Praep. Euang. c. 13 Τίμαιος, non vero Τίαμος. Reſpexit forte *Forſterus* ad ea, quae ſcripſerat *Iablonskius* in *Vignolii* Chronologia tom. II p. 756.

Iovem lingua ſua Aegyptii appellabant. *Plutarchus* de Iſ. et Oſir. p. 354, attamen ex ſententia aliorum, ſcribit, ἴδιον παρ' Αἰγυπτίοις ὄνομα τοῦ Διὸς εἶναι τὸν Ἀμοῦν, ὃ παράγοντες ἡμεῖς Ἄμμωνα λέγομεν. Non uno modo nomen a veteribus ſcribitur. In *Herodoti* (y) lib. II cap. 42 eſt, Ἀμοῦν Αἰγύπτιοι καλέουσι τὸν Δία. Apud *Iamblichum* de Myſteriis ſect. VIII c. 3, Ἀμῶν (z) κατὰ τὴν τῶν Αἰγυπτίων γλῶσσαν λέγεται. Male *Heſychius* Ἀμοῦς. Non opinor, *Ariſtotelem* ſic locutum fuiſſe. Sed eſt forte error librariorum, non ipſius *Heſychii*, qui ſcripſerit Ἀμμοῦν. Eſt ſine dubio (a) nomen Aegyptiacum, ſcribendumque ⲀⲘⲞⲨⲚ, quae vox ſignificat *lucidum*, vel *lucem inferentem*. Plura eam in rem teſtimonia congeſta, ipſumque hoc nomen ex lingua et Theologia veterum Aegyptiorum explicatum videbis in Pantheo meo lib. II cap. 2 (b).

ἈΜΥΝΤΑΙΟΣ, ἈΜΟΥΝΤΑΙΟΣ, ἈΜΥΡΤΑΙΟΣ, nomen regis Thebaeorum, de quo infra v. Μυρταῖος.

(y) *Euſtathius* in *Dionyſii* Perieg. vſ. 211 legerat in ſuo *Herodoti* codice Ἀμοῦν, quod verius videbatur *Weſſelingio* in notis, quae conſulendae.

(z) In codice MS. Pariſienſi legitur Ἀμοῦν vel Ἀμοῦν, teſte *Th. Gale*, in notis p. 302.

(a) Hebraicum eſſe opinatur *Bochartus* in Geogr. p. 204, in defenſione huius operis adverſus *Salmaſium* p. 831, et alibi. Nec diſſentire videtur *Squire* ad *Plutarchum* de Iſ. et Oſir. p. 22. Originem nominis Aegyptiacam agnoſcit *Wilkins* in Diſſ. de Ling. Copt. p. 95, ſed derivat a voce ⲈⲘⲈⲚⲦ *Occidens*. Minus recte. Conf. *Iablonskii* Pantheon part. I p. 166, 167.

(b) Vid. *Alberti* in Obſervat. Miſc. Crit. vol. IV p. 98, et ad *Heſychium* v. Ἀμοῦς.

"ΑΝΟΥΒΙΣ, ANVBIS. Numen Aegyptiorum forma canina, aut capite ſaltem canino praeditum, quod Graeci *Mercurium* interpretantur. De eo prolixe diſputavi in Pantheo Aegyptiorum Lib. v cap. 1 (*c*). Oſtendi illic vocem *Anubis*, vel ſine terminatione Graeca, *Anub* aut *Annub* (*d*), Aegyptiis ſignificare *aureum*. Rationem huius denominationis ibidem expoſui.

ANESE. *Artemiſia*. *Apuleius* de herbis cap. 10. *Kircherus* hoc interpretatur *bonum*, in Oedipo Tom. III p. 71. Aliquid dixiſſet, ſi interpretatus eſſet *pulchrum*, nempe ЄΝЄСЄ. Sed *Aneſe* non poteſt ſignificare *bonum*.

ANTES, vel ENTES, et ANTAEVS, idem qui *Mendes*, *Pan* videlicet Aegyptiorum. Idem etiam vox haec ſignificat, quod *Mendes*. Vide infra v. *Antaeus*.

ANTIAMAS. *Centaurea maior*. *Apuleius* cap. 34. Auctor ineditus Arabs in Bibliotheca, ſi modo re ipſa extat, citatus à *Kirchero* in Oedipo Vol. III p. 70, ex verſione eius ita ſcribit: *Centaurium Aegyptii vocant Antims*.

ANVSI. *Apuleius* de herbis cap. 101 ait: *Graeci elelisphanon, alii crosmin, alii bechion, alii phacon ap-*

(*c*) Antea *Iablonskius* de Anubide, numine Aegyptiaco, et de origine nominis, quaedam monuerat, inſerta *I. G. Michaëlis* Obſervationibus Sacris, ac Theſauro Epiſt. *La Croziano* tom. 1 p. 168 — 170.

(*d* Origine nominis Aegyptiaca non neglecta, "Αννουβις poteſt ſervari in *Stephano Byz.* v. Κυνῶν πόλις, quod contra *Berkelium Holſteniumque* monet *Iablonskius* in Pantheo l. c. p. 17, 18. In *Luciani* dialogis mortuorum, codices omnes editi praebebant "Αννουβις, pro quo deinde receptum "Ανουβις. Vid not. tom. 1 p. 392.

appellavere. Aegyptii Anusi, Latini salviam, alii tussilaginem. Appendix *Dioscoridis* Lib. III cap. 40 [p. 453] Οἱ δὲ, κίοσμιν, οἱ δὲ, Φάγνον (vel σφάγνον), οἱ δὲ βήχιον (vid. Erotian. in Βηχία), Αἰγύπτιοι ἀνυσὶ (vel ἀπουσὶ), Ῥωμαῖοι χορσάλβιον, οἱ δὲ σάλβια (*e*). Vide *Apuleium* l. c. et *Plinium* Lib. XXVI cap. 6.

ἈΝΟΥ͂ΦΙ΄. *Gramen.* Appendix ad *Dioscoridem* Lib. IV cap. 30 [p. 464]. An legendum Ἀνουχὶ, vel Ἀναχί. *Achi* certe Aegyptii dicebant *viride.* Vide illam vocem, et supra Ἄγρωστις. In vulgatis Coptorum libris *gramen* dicitur ⲟⲩⲥⲓⲙ.

ANTAEVS. Numen Aegyptiacum, a quo dictus nomus Antaeopolites, urbsque Antaeopolis. Idemque ex aliis indiciis colligitur. Mea quidem sententia, *Antaeus* hic Aegyptiace sonabat ⲉⲛⲧⲏⲭ, *Antes*, eratque idem cum *Mendete*, Coptice ⲙⲉⲛⲧⲏⲭ, quem Graeci *Panem* reddunt. Plura de hoc argumento disserui in Pantheo Aegyptiorum Lib. II cap. VII § 15 pag. 302. seq.

ANTVEO RIN BESOR. *Buglossa. Apuleius* cap. 41. Appendix ad *Dioscoridem* Lib. IV c. 128 [p. 471] habet Αὐτουένριν βέσωρ. Codex *Apuleii* optimus *Vossianus* in Bibliotheca Leidensi *antebeneris besur.* Mira est *Kircheri* interpretatio, quae eius incredibilem in Copticis imperitiam satis prodit: Ita autem scribit in *Oedipo*, Tom. III p. 73. ⲁⲛⲧⲟⲩⲉⲣ ⲙ̀ ⲃⲟⲩⲥ

id

(*e*) In editione *Saraceni* legitur: οἱ δὲ, κίοσμιν, οἱ δὲ, Φάγνον, Αἰγύπτιοι βήκιον, Ῥωμαῖοι ἀπουσὶ, οἱ δὲ, κόσαλον, οἱ δὲ, σάλβια.

id est lingua bovis. Quibus in verbis nihil omnino sani inest.

'ΑΝΩΘ'. *Telephium.* Appendix ad *Dioscoridem* Lib. II cap. 217 [p. 451].

'ΑΝΩΝΙΜ'. *Oreoselinum.* Appendix ad *Dioscoridem* Lib. III cap. 76 [p. 455].

'ΑΝΩΥΦΗ'Σ, υἱὸς ἐπίκοινος. *Eratosthenes* in Catalogo regum Thebaeorum. Quid sibi vult υἱὸς ἐπίκοινος? Voce hac videtur significari Hermaphroditus, utroque sexu praeditus. Id veteres crediderunt de gruibus. *Suidas*, Γέρανος, τὸ ὄρνεον ἐπίκοινον τῷ γένει. Grammatici nomina illa vocant ἐπίκοινα, quae sunt generis et masculini et foeminini. Sed verba *Eratosthenis* in mendo cubant, ad hunc modum corrigenda. 'Αγωυφὴς υἱὸς ἐπίκλεινος, *Anouphes*, *quod significat filium illustrem*, vel *filium gloriose genitum.* Posset et legi Αγώυμις, ⲉⲛⲱⲟⲩⲙⲓⲥ, vel ⲉⲛⲱⲟⲩⲙⲓⲥⲓ, quod significat proprie *gloriose genitum.* Plura hanc in rem disputo in annotationibus ad *Eratosthenis* Catalogum, editis a *Vignolio* in Chronologia sacra, Tom. II p. 745 seq.

"ΑΠΑΠ. *Helxine.* Appendix ad *Dioscoridem* Lib. IV c. 39 et 86 [p. 464 (*f*)].

"ΑΠΑΠΠΟΣ, μέγιςος. *Eratosthenes* in Catalogo regum Thebaeorum. Nempe ⲁⲫⲱⲫ, *Aphoph*, et in dialecto superioris Aegypti ⲉ̀ⲡⲱⲫ, *Apoph*, significat *gigantem.* Plura de hac voce notavi ad *Eratosthenis*

(*f*) In editione *Saraceni*, ubi "Απαπ vulgatur, verba appendicis ad c. 86 non repetuntur.

nis Catalogum, in *Vignolii* Chronol. p. 753, 754. Vide et *Pantheon* meum Lib. v cap. 11 §. 22 (*g*).

ΑΠΕΜΟΥΜ'. *Mandragora.* Appendix ad *Dioscoridem* Lib. IV cap. 76 [p. 467].

ΑΠΕΜΦΙ'Ν. *Cicuta.* Appendix *Dioscoridis* Lib. IV cap. 79 [p. 468].

APIS, bos sacer Aegyptiorum, idemque Numen ab hac gente religiosissime cultum Memphi. Omnia, quae de Numine hoc dici possunt, collegi et accurate digessi, in *Pantheo* Lib. IV cap. 11 (*h*).

"ΑΠΟΠΙΣ. Ita appellatur, in Aegyptiorum fabulis sacris, Solis frater, qui adversus Iovem bella gessit, teste *Plutarcho* de Iside p. 365. Vox *Apopis* idem significat, quod "Απαππος *Eratosthenis*, nempe Gigantem. Vide vocem "Απαππος, et inprimis *Pantheon* Lib. v cap. 11 § 22 (*i*).

'ΑΠΟΥΣΙ'. Vide ἀνουσί.

"ΑΡΑ-

(*g*) Conf. *Forster* in epist. ad *Michaëlis* p. 4—7, qui Apappum et Sesostrim esse eumdem contendit.

(*h*) Negligendae non sunt notae *Alberti* ad *Hesychium* v. "Απις, *Wesselingii* ac *Valckenaerii* ad *Herodoti* lib. III c. 28 et 29. — *La Crozio* videbatur origo nominis "Απις ex Aegyptiaco ΗΠΙϹ (api), *numerus*, *mensura*, verosimilior, quam ex ϨΗΒϹ (habi), *luctus*, *lugere*.

(*i*) Adiungatur *F. S. de Schmidt* de sacerdotibus et sacrificiis Aegyptiorum p. 322—324. Scribit *Squire* ad *Plutarchi* l. c. p. 14 „ Hic Apopis idem videtur fuisse atque Aegyptiorum Apis, Graecorum Epaphus". Sed vide *Iablonskium* l. c. p. 100.

"ΑΡΑΧΟΥ. *Anethum*. Appendix *Dioscoridis* Lib. III c. 67 [p. 455]. In versione N. Testamenti Coptica, Anethum Matth. XXIII. 23. dicitur ⲡⲓⲁⲙⲓⲥⲓ.

"ΑΡΓΟΣ. Argivi quamdam cum Aegyptiis videntur habuisse convenientiam. Nomen ipsum "Αργος erit ⲉⲣϫⲱⲓ, quasi dicas *Musicum*. Fuerunt Argivi Musices non imperiti, ut nec Graeci omnes. Sed tum a Barbaris hoc traxerunt Graeci. Vide *Suidam* in 'Αράβιον ἀρ' ἐγώ. De Argivis *Eustathius* in *Dionys.* p. 68 extr., 69 initio, κατὰ δὲ τὸν Ἡρόδοτον ἤκουσάν ποτε καὶ μουσικοὶ εἶναι πρῶτοι τῶν Ἑλλήνων. Vide *Eustath.* in Iliad. Σ. p. 1139. v. fin. (*k*). De Tubis Argivorum *Plutarchus* in Sympoliacis Opp. Tom. II p. 671, et Nauplios Αἰγυπτίους τὰ παλαιότερα fuisse *Pausanias* existimat, Messen. p. 145. Κέσερ, νεανίας· 'Αργεῖοι, apud *Hesychium* videtur accedere ad ϧⲉⲗϣⲓⲣⲓ. "Ιω Luna, *Eustath.* in *Dionys.*, *Cedren.*; Aegyptiis ⲓⲟϩ (*l*). Quid si hinc Iuno regina, quemadmodum Isis sive Io regina Coeli dicebatur. Iunonis sane cultus ab Argivis ad Faliscos, *Dion. Hal.* I. p. 17, a Faliscis ad Romanos pervenit, ut e *Livio* et aliunde patet. Vtebantur Argivi scutis insigni magnitudine, ita ut in proverbium abirent. Apud Faliscos, qui erant Argivi, hoc quoque inter reliquias morum patriorum commemorat *Dionys. Halic.*, quod uterentur scutis Argivis L. I p. 17. Conf. *Pausanias* Corinth. p. 324. vers. Gall. ubi consule notas Gedoynii; et Arcadic. p. 353, ubi iterum notae interpr. Gallici consulendae. Scuta vero Aegyptiorum etiam in S. Lit. me-

(*k*) *Herodotus* lib. III c. 131.
(*l*) Plura ipse *Iablonskius* in Pantheo lib. III c. 1 p. 4, 5, 6.

memorantur. Erant enim eximiae quoque magnitudinis. Vide praecipue *Xenophontem* in Cyropaedia. Ἀργεῖοι Ἀφροδίτῃ ὗν θύουσι, καὶ ἡ ἑορτὴ καλεῖται Ὑστηρία, teste *Zenodoto* in commentariis Histor. apud *Athenaeum* Lib. III c. 15. Videtur hoc esse Aegyptiacum. Vide de suibus *Herodotum* Lib. II c. 47. Ratio aedificandi antiquissima apud Argivos videtur desumta ab Aegyptiis. Exemplum habes in constructione murorum Tirynthis. Vide *Pausaniae* Corinthiaca, cap. 25. Nemeae in Argolide certamina sacra celebrabant in honorem Iovis Nemei circa solstitium hybernum. *Pausan.* Corinth. c. xv. Ad istius loci illustrationem haec facient. Primo enim Pelasgorum, qui Argivi sunt, nomen videtur esse Aegyptiacum, et idem cum *Polas*, ut vocabatur urbs quaedam a Colchis condita, de qua notum illud *Callimachi* (*m*) Epigramma,

Ἄστυρον ἐκτίσσαντο. τὸ μὲν Φυγάδων τὶς ἐνίσποι
Γραικὸς, ἀτὰρ κείνων γλῶσσ᾽ ὀνόμηνε Πόλας.

Testari hoc etiam videntur veteres, si loca eorum comparentur. Vide *Grotium* in I Maccab. XII. 7. Deinde Phoroneus audit Aegyptius *Arnobio* Lib. VI p. 191. Denique Inachus Aegyptiace sonat fluvium, qui Algam vehit.

ARON, genus *bulbi*, in Aegypto maxime proveniens. *Plinius* Lib. XIX cap. 5, et XXIV. 16.

'ΑΡΟΥΗΡΙΣ ab Aegyptiis dicebatur Horus senior. *Plutarchus* de Iside p. 355. Idem p. 373, *Apollo ex Iside et Osiride adhuc in utero* Rheae versantibus dicitur natus. — Ideoque *deum illum* — *seniorem Horum appellant* (*n*). Qualenam sit hocce Numen, et

(*m*) Inter Epigrammata *Callimachi*, a *Bentleio* collecta, p. 476, ubi vide huius notas. De Colchorum et Aegyptiorum cognatione testatur *Herodotus* II. 104.

(*n*) Putat Cl. *Wyttenbachius* p. 459 ed. novae, hanc esse glossam, ortam ex antecedentibus p. 458.

et quid nomen illius ſignificet, prolixe ſatis expoſui in *Pantheo*, Lib. II cap. IV § 7, 9 et 13 (*o*).

ARPEDONAPTAE. Ordo quidam ſapientum et ſacerdotum in Aegypto, teſte *Democrito* apud *Clementem Alexandr.* Lib. I. Stromat. p. 304. Vide et *Euſebii* Praeparat. Evangel. Lib. X cap. IV. Exiſtimo ſic in Aegypto appellatos fuiſſe τοὺς ἱερογραμματεῖς, five Sacrorum Scribas, nomine ipſo indicante νοημονικοὺς, ſive eos, qui νοήματα, *ſcientias ſacerdotum ſacras*, traderent et excolerent. Pluribus ea de re ſententiam meam dixi in Theſauro *La Croziano* Tom. I p. 179, 180, et in Prolegomenis ad Pantheon Aegyptiorum § XL (*p*).

ARPOCRATES vel HARPOCRATES, Deus Aegyptiorum, de quo extat Syntagma valde doctum *Gisberti Cuperi*. Ego exiſtimo, nomen eius Aegyptiis ſonuiſſe, ⲁⲣ-ⲫⲱϧ-ⲣⲁⲧ, *claudicantem pede*, et Numen hoc fuiſſe ſymbolum ſolis hyberni, vel ſolis in ſolſtitio hyberno, quo tempore ſol veluti claudicare vetuſtis Theologis videbatur. Vide plura in Pantheo noſtro Lib. II cap. VI.

'ΑΡΣΑΦΗ'Σ. Cognomen Oſiridis, teſte *Plutarcho* de Iſide p. 365 (*q*), quando nempe Oſiris ſignificat non

(*o*) In lapide literato Alexandrino apud *Muratorium* p. CCXLVII 5 pro ΑΟΤΡΙΒ, ſeu Α ΑΟΤΡΙΒ, forte legendum ΑΡΟΤΗΡΙΣ, ex coniectura *Hagenbuchii* in Epiſtolis Epigraphicis p. 306. Vide etiam de alia inſcriptione ibid. et p. 99.

(*p*) Legendus omnino *de Schmidt* de ſacerd. et ſacrif. Aegypt. p. 134—148.

(*q*) In *Plutarchi* loco, pro 'Αρσαφής, *Squirius* p. 94 malebat Ἄσιρις. Vulgatum tuenti idoneo iudici *Iablonskio* aſſentitur Cl. *Wyttenbachius* p. 498 novae editionis. *Squirii* coniecturam vero valde ſimilem iudicat *A. I. Silveſtre* de

non maritum; sed filium Isidis. Addit, nomine hoc Aegyptiis designari τὸ ἀνδρεῖον, id est, ut *La Crozius* explicabat, membrum viri, generationi inserviens. Id certe vox Aegyptiaca clare significat. Nam ⲉⲣⲭⲫⲉ, quod Graeci vix aliter, quam per Ἀρσαφὴς exprimere noverant, lingua Aegyptiorum dicitur τὸ αἴτιον τῆς γενέσεως (*r*). Plura hac de re videbis notata in annotationibus meis ad *Eratosthenis* Catalogum regum Thebaeorum, in *Vignolii* Chronol: Sac. Tom. II p. 740, et in Pantheo Lib. II cap. VII § 9.

'APTA'BH. Genus quoddam mensurae, nonnunquam plus valens medimno Attico, nonnunquam eidem aequipollens, nonnunquam minor, unde tres statuuntur Artabae species. A nonnullis vox haec tribuitur Persis et Medis. Quam in rem testimonia liberali manu congessit *Hadr. Relandus* in Dissertatione de veteri lingua Persarum voce ARTABA (*s*). Alii vo-

de Sacy, Lettre au sujet de l'Inscription Egyptienne du monument trouvé à Rosette (à Paris 1802) p. 30.

(*r*) *D. Wilkins* in Thes. Epist. *La Croziano* tom. I p. 379 monet, in Lexico suo MS. non inveniri vocem ⲁⲣⲭⲫⲉ, unde ex sententia *La Crozii* derivandum Ἀρσαφής. Hoc scribens, non recordatus videtur, vocabulum ⲉⲣⲭⲫⲉ, sic enim dederat *La Crozius*, esse compositum ex ⲉⲣ et ⲭⲫⲉ sive ⲭⲫⲟ, quod saepius ponitur notione *generandi* aut *nascendi*. Locis a *Iablonskio* et in *La Crozii* Lexico p. 169 laudatis addas Genes. V. 3, 4, 6, VI. 10, XXIII. 4, 1 Cor. V. 15, 2 Tim. II. 23. In Dissert. de Lingua Coptica p. 96 dubitat *Wilkins*, sitne Ἀρσαφής vox Arabica, an Coptica: si Coptica, derivandam censet ab ⲉⲣ *facere* et ϭⲁⲫⲏ *fiducia*, ut indicetur *vir cui fiducia est in virtute sua*; potius tamen originem ex Arabia petit.

(*s*) Dissertat. Miscellan. part. II p. 134—136.

cem eamdem Aegypto in acceptis referunt. Vide *Relandum* voce citata, et *Wilkinsii* Dissertationem de Lingua Coptica p. 96 et 97. Et certum est, in Coptorum libris reperiri vocem ⲉⲣⲧⲱⲃ, ad designandam hanc mensuram. Praefert etiam ista vox typum Aegyptium, et ex Lingua Aegyptiorum facilis illius ratio reddi potest. Denique et illud addendum, vocem hanc hodieque Coptis in usu esse, qui voce *Ardeb* certam quamdam mensuram designant, quod refert *Vanslebius*, dans la Relation d'un Voyage fait en Egypte p. 24. Verum dici vix certo potest, an vox illa origine sit Aegyptia, an vero à Persis, cum hi dominarentur Aegypto, in regionem isthanc fuerit invecta.

"ΑΡΤΗΣ. Stella Martis. Vide in articulo Ἐρτωσί.

'ΑΣΑΙΦΗ'. *Halimus.* Appendix ad *Dioscoridem* Lib. 1 cap. 121 [p. 443].

"ΑΣΤΥ, *Vrbs.* Athenienses vocem hancce ab Aegyptiis, ac speciatim Saïtis traxisse, Aegyptii quondam asseverabant, teste *Diodoro Siculo* Lib. 1 p. 24 fin., cuius haec verba sunt: *τοὺς Ἀθηναίους δέ φασιν ἀποίκους εἶναι Σαϊτῶν τῶν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ πειρῶνται τῆς οἰκειότητος ταύτης φέρειν ἀποδείξεις· παρὰ μόνοις γὰρ τῶν Ἑλλήνων τὴν πόλιν Ἄςυ καλεῖσθαι, μετενηνεγμένης τῆς προσηγορίας ἀπὸ τοῦ παρ' αὐτοῖς Ἄςεος.* Quid vero de observatione hac dicendum sit, mihi nondum constat (*t*).

'ΑΣΕΑ-

(*t*) Grammatici veteres ac recentiores voci ἄςυ originem Graecam attribuerunt, sed valde diversam, et non raro ineptam. Vide not. ad *Hesychium* et *Stephanum Byz.* v. Ἄςυ, atque *Lennepii* Etym. L. Gr. 1. 173. Cl. *Wesselingius* ad *Diodorum Sic.* lib. 1 c. 28 putat, vocabulum ἄςυ peregre in Graeciam venisse, et a primis Atheniensibus ad uni-

ΑΣΕΑΛΟΥΡΙ΄. *Halimus.* Appendix ad *Dioscoridem* Lib. I cap. 121 [p. 443].

'ΑΣΜΑ'Χ· *δύναται τοῦτο τὸ ἔπος, κατὰ τὴν 'Ελλήνων γλῶσσαν, οἱ ἐξ ἀριστερῆς χειρὸς παριστάμενοι βασιλέϊ*, quod erat indicium ignominiae, *Herodotus* Lib. II cap. 30. Nempe ſiniſtra manus, uti hodie, ita, tum quoque minus erat honorata, quam dextra, quemadmodum obſervat *Diodorus Sic.* Lib. I cap. 67. *Wilkinſius* vocem hanc ex lingua Hebraica explicare aggreditur, quem vide p. 97. Obſervare autem operae pretium eſt, Codices *Herodoti* non eamdem hoc loco praeferre lectionem. In editione certe *Gronovii*, quae auctoritatem Codicis optimi Medicei praecipue ſequitur, legimus 'Ασχαμ' (*u*). Quid ſi igitur addita litera unica legamus Σασμάχ? Id explicari poſſet ϣⲱϣ ⲙⲉϩ, *Sosmeh*, aut *Sosmah*, quod ſignificat *plenos ignominia et deſpectu*; quod loco *Herodoti* adducto ſatis bene convenit. Aut compoſita vox erit ex ϭⲁϫⲏ, *ſiniſtra*, et ⲟϩⲓ, *ſtare.* Legerem tum 'Ασασμὰχ, nempe ϩⲁ ϭⲁϫⲏ ⲙⲟϩⲓ, *ad ſiniſtram ſtantes*, quod rem ab *Herodoto* ſignificatam prorſus exprimit. Videntur hi eſſe, quos alii ſcriptores vocant *εὐωνυμίτας*, *Ptolemaeus* Geogr. Lib. IV cap. VIII p. 114, *Agathemerus* Lib. II cap. V, *Stephanus Byzantinus* in hac voce, Pſeudo-*Calliſthenes* apud *Fabricium* Biblioth. Graec. Vol. XIV p. 148. In lingua

univerſos Graeciae incolas propagatum fuiſſe, atque id ipſum ineptiſſimas Grammaticorum originationes arguere.

(*u*) Quamvis in aliis codicibus *Weſſelingius* quoque inveniſſet 'Ασχάμ, et nihil hoc de vocabulo conſtitutum haberet, retinuit tamen auctoritate plurium ſchedarum 'Ασμάχ. *Reiskio* non diſplicebat 'Ασχάμ, iſtud cum ſimili Arabum vocabulo, *ſiniſtram* notante, contendenti. In notis ad *Herodoti* l. c. opinio *Wilkinſii*, levi errore, *Relando* adſcribitur.

gua Aethiopica reperitur vox Herodoteae certe admodum similis; sed quae contrarium significat. Eam in rem adfero verba Cl. *La Crozii*, dans l'Histoire du Christianisme d'Ethiopie p. 205. in notis: ASMACHE *est un mot de la Langue Amharique, qui signifie des Soldats choisis, ou distinguez. Voiez le Lexicon Amharique de Mr.* Ludolphe p. 77.

'ΑΣΟΝΘΙ'. Vide 'Ασχάθ.

'ΑΣΟΝΤΙΡΙ'. *Halimus.* Appendix *Dioscoridis* Lib. I, cap. 121 [p. 443].

ASTABORAS. *Ramus aquae venientis e tenebris.* Ita *Plinius* Lib. V cap. IX.

ASTAPVS. *E tenebris aqua. Diodorus* L. I p. 24, τὸν ποταμὸν (Nilum) 'Αςάπουν προσηγορεύκασιν, ὅπέρ ἐςι μεθερμηνευόμενον εἰς τὴν 'Ελλήνων διάλεκτον, ἐκ τοῦ σκότους ὕδωρ. *Plinius* Lib. V cap. IX.

ASTVSAPES. *Latentis* significationem adiicit *Plinius* Lib. V cap. IX. Ceterum, tria haec vocabula postrema, ad Aethiopicam veterem potius, quam ad Aegyptiacam linguam videntur referenda (*v*).

ASTERION. *Marrubium. Apuleius* cap. 45, et sic Appendix *Dioscoridis*, 'Αςεροπή, Lib. III. cap. 119 [p. 458]. Vide et *Kircherum* in Oedipo, Tom. III p. 74.

'ΑΣΦΗ'. *Halimus.* Appendix *Dioscoridis* Lib. I cap. 121 [p. 443].

'ΑΣΦΟ'Σ.

(*v*) De tribus istis vocabulis legantur *Salmasius* in Exerc. Plin. tom. I p. 296—298, et *Wesselingius* ad *Diodori Sic.* lib. I c. 37 p. 45.

'ΑΣΦΟ'Σ. *Ballote*, ſeu *nigrum Marrubium.* Appendix ad *Dioſcoridem* Lib. III cap. 117 [p. 457].

'ΑΣΧΑ'Θ. *Arnogloſſa.* Ita *Apuleius* de herbis cap. I. Aliae editiones et Codex MS. Voſſianus habent *Aſuth*. In appendice ad *Dioſcoridem* L. II cap. 153 [p. 445], legitur 'ΑΣΟΝΘ' (*w*). Videtur ſcriptum fuiſſe 'ΑΣΟΥ'Θ, uti legitur in Codice *Apuleii* Voſſiano, et editionibus quibusdam. Sic etiam auctor ineditus Arabs apud *Kircherum* in Oedipo, Vol. III p. 70, et apud eumdem interpres Hebraeus *Avicennae* אשיות.

'ΑΤΑ'ΡΒΗΧΙΣ, nomen *urbis* Aegyptiacum, in qua 'Αφροδίτης ἱρὸν ἅγιον ἵδρυται, quod teſtatur *Herodotus* lib. II c. 41. A *Stephano Byzantino* 'Αταρβίκις appellatur. Cenſeo in *Herodoto* legendum eſſe 'Ατάρβηκιν, cuius reliqua verba ipſam nominis originem indicant. Erat in iſta urbe templum ſive aedes Veneris, et Graecis dicebatur 'Αφροδίτης πόλις. Videatur *Strabo* Lib. XVII p. 552. 'Ατὰρ enim eſt nomen *Veneris* Aegyptiacum, ſermone patrio ⲁⲑⲱⲣ, et ⲃⲁⲕⲓ ſignificat *urbem*. Plura dixi in Diſſ. de Remphah p. 77, 78, et in Pantheo Lib. I cap. I § 3 (*x*).

"ΑΤΩΡ. 'Η μελία ὑπὸ Αἰγυπτίων. *Heſychius.* Quomodo fraxinus ab Aegyptiis appellata fuerit, ex eorum libris, quos quidem viderim, diſcere non licet. Arborem vero hanc in Aegypto non fuiſſe infrequentem, diſcimus ex *Theophraſto* Lib. IV Hiſt. Plant. cap. IX p. 86. Non diſſimulabo hic coniecturam, quae olim mihi in mentem venit, *Heſychium* ſcilicet ſcripſiſſe, "Ατωρ· ἡ μύλιττα ὑπὸ Αἰγυπτίων. Mylittam dictam fuiſſe

(*w*) Interpretatio Latina praebet *Aſchat*.
(*x*) Conf. Miſcell. Obſerv. Crit. vol. III p. 34, 35.

fuisse Venerem lingua Assyriorum, scimus ex testimonio *Herodoti* Lib. I c. 139, 199, quem illustrare satagerunt viri docti. Accedit, quod alibi *Hesychius* Μιλίτην exponat Venerem simpliciter, non addens, hoc esse ex dialecto Assyriorum. Μιλίτης, inquit, τῆς Ἀφροδίτης (y). Aegyptios vero Venerem suam dixisse Ἀτὼρ, vel Ἀτὰρ vel Ἀθὼρ, probavi in Pantheo meo Lib. I cap. I.

ΑΥ'Α'ΣΕΙΣ, *habitationes desertis interpunctae.* Ita *Strabo* Lib. XVII p. 544 (z), ex emendatione *Casauboni*, loquens de *Oasi* Aegypti, Ἐςὶ δ' ὥσπερ οἵ τε ἄλλοι δηλοῦσι, καὶ δὴ καὶ Γναῖος Πείσων, ἡγεμὼν γενόμενος τῆς χώρας, διηγεῖτο ἡμῖν, ἐοικυῖα παρδάλει, κατάςικτος γάρ ἐςι ταῖς οἰκήσεσι περιεχομέναις ἐρήμῳ καὶ ἀνύδρῳ γῇ. καλοῦσι δὲ τὰς τοιαύτας οἰκήσεις αὐάσεις οἱ Αἰγύπτιοι. Et pag. 559, Αὐάσεις δ' οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσι τὰς οἰκουμένας χώρας περιεχομένας κύκλῳ μεγάλαις ἐρημίαις. Vide et *Stephanum* de Vrbibus, in voce Ὕασις. *Wilkinsius* in explicatione vocum Aegyptiacarum a veteribus conservatarum p. 99, ex eo putat nomen explicari posse, quod Aegyptii *tectum* dixerint ΟΥΑϨϹΟΥ, *U-ah-soi* Marc. II. 4, ut sic intelligantur habitationes tectae, circumdatae solitudinibus et desertis. Neque explicationem hanc Cl. *La Crozius*, cum ea de re olim sermo iniiceretur, improbabat (a). Observa tamen, in Dialecto superiori

(y) Alio iterum loco *Hesychius*, Μυλήταν, τὴν Οὐρανίαν· Ἀσσύριοι. Plura dabunt eruditi ad vv. Μιλίτης, et Μυλήταν, sed nihil ad v. Ἄτωρ, ubi tantum coniectura quaedam *Is. Vossii*, vix cuiquam placitura. *Iablonskiana* vero, nisi fallar, se multis approbabit.

(z) Leguntur lib. II p. 192, 193, ubi notarunt *Casaubonus* et *Almelovenius*, iterumque ad lib. XVII p. 1140. In priori loco codex MS. Mediceus, monente *Abrah. Gronovio*, praebet Ἀνιάσεις, quae lectio non magis probanda, quam Ἀνάσεις et Ἀβάσεις.

(a) Conf. *La Crozii* Lexicon p. 67.

ris Aegypti, quae ab Arabibus Sahidica nuncupatur, ⲠⲞⲨϨ ⲬⲀϤⲈ, quasi dicas οὐασαυέ, dici *habitationem desertam* (*b*). Copti hodie regionem illam in suis libris *Ouah* appellant, vel Οὐάχ, quasi posterior pars nominis huius paulatim absorpta et omissa fuisset.

ΑʹΥΤΟΥΕʹΝΡΙΝ ΒΕʹΣΩΡ. Vide supra in *Antuco rin besor.*

ʹΑΦΛΟΦΟʹ. *Mercurialis. Apuleius* cap. 72. Appendix *Dioscoridis* ad Lib. IV cap. 191 [p. 475].

ʹΑΦΩʹ. *Scordium.* Appendix *Dioscoridis* Lib. III cap. 125 [p. 458].

ʹΑΧΕΣΚΟʹΣ, nomen regis Thebaeorum, ab *Eratosthene* expositum ʹΟχάρασι. Vid. in *Vignolii* Chronol. tom. II p. 754.

ACHI. *Viride. Hieronymus* Lib. VII in Iesaiam col. 187: *Pro iunco papyrum transtulerunt LXX, de quo charta fit, addentes de suo* ACHI, VIRIDE, *quod in Hebraico non habetur. Quumque ab eruditis quaererem, quid hic sermo significaret, audivi, ab Aegyptiis, hoc nomine, lingua eorum, omne quod in palude virens nascitur, appellari.* Legitur vox haec Iesaiae XIX. 7 (*c*), Genes. XLI. 2, 18. Codex Hebraicus ibi (*d*) habet אחו, interpretes Alexandrini Ἄχει.

(*b*) Idem monet *Forster* in epist. ad *I. D. Michaëlis* p. 13, 14, ubi et alia. Adde *Wesselingium* ad *Hieroclis* Synecdemum p. 725, 731, et *A. A. Georgium* in praefat. ad fragm. Eu. Iohannis Copto Thebaicum p. LXXIV, LXXX sqq.

(*c*) In versione Alexandrina. In codice Hebraeo est עָרוֹת.

(*d*) Item Iob. VIII. 11, ubi Alexandrini dederunt βουτόμους Aquila et Symmachus ἕλος, Theodotion autem Ἀχί.

Ἄχει: Coptus vero vel Aegyptius ⲡⲓⲁϧⲓ, ubi tamen dissimulare nolo, Membranas Oxonienses, Bodleianas, quas evolvi, habere ⲡⲓⲁϫⲓ. Sed sufficit tamen *Wilkinsium* in suis Codicibus reperisse ⲡⲓⲁϧⲓ, quae vox ita scripta haud dubie origine est Aegyptiaca. Nam alioquin Copti eam extulissent ⲡⲓⲁϫⲓ. Plura vide in Dissertat. de Terra Gosen Dissert. v § IX p. 59. Esset igitur ⲡⲓ — ⲁϧⲓ, *iuncus viridis in paludibus nascens* (*e*).

'ΑΨΑΦΕ'Ρ. *Sphondylium.* Appendix *Dioscoridis* Lib. III cap. 90 [p. 456].

B.

BABIBΥΡΟΥ'. *Pastinaca.* Appendix ad *Dioscoridem* Lib. III cap. 59 [p. 454].

BA-

(*e*) De vocabulis אָחוּ, *Ἄχει*, *Ἄχι* seu *Ἀχὶ* consulendi *Wesselingius* ad *Diodorum Sic.* tom. I p. 52, *Alberti* in Misc. Obs. Crit. vol. IV p. 92, idemque et alii ad *Hesychium* vv. *Ἄχὶ* et *Ἄχι*, *Schultens* ad Iob. VIII. 11, *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 55, 56, *Haitsma* in Curis Philol. ad Gen. XLI. 2, sed inprimis *Olavus Celsius* in Actis Societatis Scientiarum regiae Upsaliensis a. 1741 editis, atque in Hierobotanico part. II p. 340 — 356. Comparentur dicta de voce *Ἄγρωστις*. *Vitringa*, *Schultens*, *Haitsma*, *Celsius*, plures alii, voci *Ἄχι* attribuunt originem Hebraeam vel Arabicam, sed Aegyptiacam *Bochartus*, *La Crozius*, *Woide*, *Michaëlis*, quibus ceterisque unus adiungatur *Hodius* de Bibliorum version. original. p. 118.

ΒΑ'ΒΥΣ. *Typhonis* nomen. Vide in Βέβων.

ΒΑΙ'. *Anima. Horus Apollo* Lib. I cap. VII, ἔςι γὰρ τὸ μὲν βαΐ ψυχή. Vide quae ea de re dixi in Prolegomenis ad Pantheon Aegyptiorum P. CXXXVI, CXXVII. Obſerva praeterea ⲃⲁϩⲓ Aegyptiis dici *longaevum*. Ideoque forte anima ⲃⲁϩⲓ dicta fuit, quod vita eius etiam poſt mortem corporis duraret. Confirmari id ex eo poſſet, quod *Horapollo* ſcribit Lib. I cap. 34, Phoenicem avem ſymbolum eſſe animae, quae diuturnam in hac vita moram traxerit, Ψυχὴν δὲ ἐνταῦθα πολὺν χρόνον διατρίβουσαν βουλόμενοι γράψαι, Φοίνικα τὸ ὄρνεον ζωγραφοῦσι, —— ἐπειδὴ πάντων ἐν τῷ κόσμῳ πολυχρονιώτατον ὑπάρχει τοῦτο τὸ ζῶον. An vero forte antiquiores Aegyptii de animae immortalitate eadem ſenſere, quae Stoici, de quibus *Cicero* Tuſculan. Lib. I cap. 31: *Stoici autem uſuram nobis largiuntur, tanquam cornicibus, diu manſuros aiunt animos, ſemper negant.* Vide quae obſervavi in Pantheo Aegyptiorum, Lib. I cap. II § 2, 3 (*f*).

ΒΑΙΗ'Θ. Ἱέραξ. *Accipiter.* Ita *Horapollo* Lib. I cap. VII, ἀντὶ ψυχῆς ὁ ἱέραξ τάσσεται, ἐκ τῆς τοῦ ὀνόματος ἑρμηνείας· καλεῖται γὰρ παρ' Αἰγυπτίοις ὁ ἱέραξ, Βαιήθ. Certe ⲃⲁⲓ Aegyptiis quondam audiebat certa accipitrum ſpecies. In Vocabulario brevi Coptico-Sahidico-Graeco, quod in Bibliotheca Regis Galliarum extat, haec deprehendi. ⲡⲟⲩⲫⲟⲥ. ⲛⲉⲕⲧⲉⲕⲟⲣⲁⲝ. ⲛ̀ⲃⲁⲓ. ⲡⲑⲓⲟⲥ. ⲉⲓⲃⲓⲥ. Et mox

(*f*) Dubito, an Βαΐ apud Aegyptios ſymbolice ſignificarit animum humanum, reſpectu habito ad vocem ⲃⲁⲓ, ramus *palmae*, cuius diuturnitas paſſim celebratur. Vid. *O. Celſii* Hierobotanicon, part. I p. 534 ſqq.

mox iterum, ⲂⲞⲨⲂⲞⲤ ⲠⲂⲀⲤ. Vide praeterea Deuter. XIV. 7, et Prolegomena mea ad Pantheon p. CXXXVII.

ΒΑΐΣ. *Ramus palmae. Chaeremon* Stoicus, apud *Porphyrium* de Abstinentia Lib. IV § VII, de Sacerdotibus Aegyptiis: Κοίτη δ' αὐτοῖς ἐκ τῶν σπαδίκων (sic recte *Salmasius* emendat) τοῦ φοίνικος, ἃς καλοῦσι βαΐς, ἐπέπλεκτο. Nempe ⲂⲀⲤ est *ramus palmae*, quae vox Aegyptiaca, apud Interpretes Scripturae Coptos, frequenter occurrit. Transiit haec vox postea ad Graecos (*g*) recentiores, qui ea non raro utuntur. Vide *Hesychium* in Βαΐς, et alios (*h*). *Wilkinsius* in Dissertatione saepius citata p. 99, ait: ⲂⲀⲤ *stirpem, palmitem significat:* negligenter admodum. ⲂⲀⲤ enim nonnisi de *palma* arbore accipitur, neque etiam arborem ipsam, sed tantum palmae ramum significat. Ipsi *Palmae* arbori nomen erat ⲂⲈⲚⲒ. Io-

(*g*) Voces βαΐς et βαΐον origine Graecas esse, male opinabantur Auctor Etymologici M., *Phavorinus*, alii. Optime Grammaticus quis incertus, cuius verba e cod. MS. dedit *Du Cange* in Glossario p. 166, τὸν κλάδον τῶν φοινίκων Ἑβραῖοι (immo vero Aegyptii) βαΐα προσαγορεύουσι — ὁμοίως δὲ καὶ ἡμεῖς ἐξ ἐκείνων παραλαβόντες καλοῦμεν τῇ αὐτῇ τοὺς κλάδους τῶν φοινίκων. De origine Aegyptiaca vide *Salmasium* ad *Achillem Tatium* p. 621, 622, et *I. H. Mingarellium* in not. ad Aegyptiorum Codicum reliquias, Venetiis in bibliotheca Naniana asservatas, p. LIV. Dicebatur ramus palmae dialecto Memphitica ⲂⲀⲤ, sed Sahidica ⲂⲀϨ, unde magis origo vocabuli Βαΐς Aegyptiaca comprobatur, quia *in Aegyptiorum dictionibus etiam in fine aspirantur vocales*, quod recte *Priscianus* animadvertit lib. I p. 549 ed. Putschii.

(*h*) Conf. not. ad *Hesychium* v. Βαΐς, et *de Rhoer* ad *Porphyrii* l. c. p. 318.

Iohann. xii. 13, ⲁⲩϭⲓ ⲛ̀ⲍⲁⲛⲃⲁⲓ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲍⲁⲛⲃⲉⲛⲓ, Ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων. Ex quibus verbis differentia inter ⲃⲁⲓ, quod *ramum palmae* designat, et ⲃⲉⲛⲓ, quae est ipsa *palma* arbor, a quovis colligi facile potest. De voce ⲃⲉⲛⲓ vero, quaedam habes etiam hic in articulo Σεβέννιον.

ΒΑ'Λ. *Myrrha.* Testatur id *Plutarchus* de Iside et Osir. p. 383. Monet *Athenaeus* Lib. xv p. 689, Myrrham primo in Aegyptum, et ex Aegypto in Graeciam vehi. Observa vero, in Coptorum libris *myrrham* dici ϣⲁⲗ, *Sal.* Vid. Exod. xxx. 23, Matth. ii. 11 (*i*).

ΒΑΛΙ'Α, ὀφθαλμιά. Ita *Hesychius.* Haec vero ex lingua Aegyptiaca defluxisse, coram me monuit, idque mihi facile persuasit illustris *Montfauconius*, cum anno 1719 Lutetiae Parisiorum saepius ad eum inviserem. Etenim ⲃⲁⲗ Aegyptiis dicitur *oculus*, ὀφθαλμός. Verosimile fit, ab illa voce ⲃⲁⲗ, Graecos, Medicorum filios, in Aegypto confecisse vocem βαλίας, eamque ad alios Graecos deinde dimanasse.

ΒΑ'ΡΙΣ. *Navigii* genus, apud *Herodotum* Lib. ii cap. 41, et praecipue 96, ubi illius structuram describit. Vide et *Diodorum Siculum*, Lib. i p. 87, *Hesychium* v. Βάρις, *Plutarchum* de Iside et Osiride, ubi

(*i*) *Plutarchum*, raptum ab aliis in errorem, secuti sunt *Montfauconius* et *Kusterus*, confundentes ϣⲁⲗ, *myrrha*, et ⲃⲁⲗ, *oculus*; quod recte monet *Alberti* ad *Hesychium* v. Βαλία, et ante eum *Wilkinsius* l. c. p. 100.

ubi p. 358 legitur, τὴν δὲ Ἶσιν πυθομένην ἀναζητεῖν ἐν βαρίδι παπυρίνῃ, τὰ ἕλη διεκπλέουσαν. Nam, ut *Plinius* ait, Lib. XIII cap. 11, *Papyrus nascitur in palustribus Aegypti*, — *ex ipsa navigia texunt, et ex libro vela tegetesque.* *Themistius* Orat. IV. p. 49, Ἐν ταῖς βάρεσι πλέουσι διὰ τοῦ Νείλου. Vide ibi notas *Petavii*, et *Pignorium* in explicatione Tabulae Isiacae p. 26, vers. et 36. Edit. Francofurt. Adde *Synesium* de Providentia p. 66 edit. Turnebi, et omnino *Galeum* in *Iamblichum* de Mysteriis p. 285. *Ammonius* περὶ διαφόρων λέξεων. Βάρις, Αἰγύπτιον πλοῖον (*k*). Videtur Βάρις dicta fuisse παρὰ τὸ πλέκεσθαι, quod ex byblo vel Papyro texeretur. Erat enim πλέγμα βύβλινον. Πλέκειν vero, *texere*, Aegyptii lingua sua videntur dixisse ⲃⲁⲣ, vel ⲃⲏⲣ, sive ⲃⲓⲣ. Inde existimo esse ⲃⲓⲣ, σπυρίς, seu *corbis*, Marci VIII. 8. Cogitandum, an non ipsum *Papyri* nomen ab hac origine descenderit.

BASALTE. *Marmoris* quaedam species, de qua sic *Plinius* Lib. XXXVI cap. VII, *Invenit eadem Aegyptus in Aethiopia, quem vocat Basaltem, ferrei coloris atque duritiae.* Additur ibidem, *Unde et nomen ei dedit.* Ex eo robur aliquod acquirere videtur coniectura *Wilkinsii*, censentis, vocem hanc non esse originis Aegyptiacae, in Diss. de Ling. Copt. p. 100. Notum enim est, Hebraeos *ferrum* dicere בַּרְזֶל, cum Ae-

(*k*) Plura qui velit, adeat viros eruditos in not. ad *Hesychium* v. Βάρις, *Wesselingium* ad *Herodot.* II. 96, *Valckenaerium* in Dissert. de Byrsa, Phoenicio arcis Carthaginiensium nomine, cap. V, et animadvers. ad *Ammonium* p. 44, 45, *Koen* ad *Gregorium* de dialectis p. 247. De origine vocis Aegyptiaca plerique non dubitant; etymologiam tacent omnes; an coniectura *Iablonskii* satisfaciat, iudicent alii.

Aegyptiis audiat ΒΕΝϢΙϢ. Aliis quoque ante *Wilkinſium* idem viſum eſt, qui idcirco apud *Plinium* legere maluerunt *Barſalten*. Ceterum *Baſalten* reperiri etiam in Inſula Madagaſcar, ſcribit auctor Gallus, *de Flacourt*, Hiſtoire de Madagascar, Part. I cap. IX p. 25 (*l*).

BE'BΩN, cognomen Typhonis, quod *Plutarchus* in libro de Iſ. et Oſir. aliquoties p. 371, 376 (*m*) commemorat. *Hellanicus* apud *Athenaeum* lib. XV pag. 880, nomen hoc effert *Babyn.* Significatur autem ea voce, ſi *Plutarchum* audimus, *κάθεξις ἢ κώλυσις*, obſtaculum ſive impedimentum, *detentio*, *coërcitio*, *et prohibitio*, *quod rebus recta via incedentibus*, *et ad finem ſuum tendentibus vis Typhonis obſiſtat.* Interpretationem hanc ſub examen vocavi, meamque qualemcunque lectoribus obtuli in Pantheo Aegyptiorum Lib. V cap. II § 23 p. 102.

BEHEMOTH, בְּהֵמוֹת, *Beſtia*, deſcripta in Libro *Iobi* cap. XL et XLI, de qua plura extant doctorum, et veterum, et recentiorum, iudicia. Vide *Alb. Schultenſii* Commentarium (*n*). Mihi plane ſatisfecit magnus *Bochartus*, qui in Hierozoico Part. II Lib. V cap. XV docuit, a [illegible] Io- [illegible] ſa

(*l*) Voci *Baſalte* origo Aethiopica aſſignatur a *M. Martinio* in Lexico Philol., *Voſſio* in Etym. L. L., aliiſque.

(*m*) Loco priori quondam legebatur Βεβαιῶνα. Hinc factum videtur, ut *Wilkinſius* nomen Graecum eſſe opinaretur, derivandum a *βέβαιος*, *ſtabilis*, *firmus*. Sed Cl. *Wyttenbachius* in nova editione p. 520, fide duorum codicum MSS., recepit Βέβωνα. In verſione Latina, incuria librariorum, ſemel relictum *Bebaeionem*.

(*n*) Ex ipſius ſententia *Behemoth* eſt *Elephas*. Nec diſſentiunt *H. A. Schultens* in annot. ad verſionem Belgicam libri Iobi p. 176 ſqq., *Michaëlis* in ſuppl. ad Lex. Hebr. p. 156, et recentiores alii.

Iobo intelligi Hippopotamum (o) Niloticum, Aegypti accolam. Idem pag. 756 censet, vocabulum hoc esse Aegyptium, sicut et animal Aegypto proprium est. Terminatio ipsi quoque videtur Aegyptiaca. Eique adstipulatur *Hermannus van der Hardt*, vir huiusmodi rerum iudex non inidoneus, apud *Kochium* im beleuchtet Hiob p. 970 in nota. Et sane ⲠⲈϨⲈⲘⲞⲨ, *Pehemou*, vel eadem vox cum Ⲧ in fine, *Pehemout*, significat proprie *bovem aquatilem*, uti etiam saepe veteribus nuncupatur. Vide *Bochartum* l. c. Neque mihi notum est aliud animalis huius Aegyptii nomen Aegyptiacum. Sed observationi tamen huic insistere nollem. Nam quod *Bochartus* ait, de terminatione *ot*, quae sit Aegyptiaca, nihili est. Et *Leviathan*, crocodilus, quem Iobus coniungit cum *Behemoth*, etsi animal sit Aegypto proprium, nomen tamen non est Aegyptiacum.

BESA. *Numen* aliquod Aegypti *topicum*, uni forsitan urbi, aut singulari regioni usitatum. De eo *Ammianus* Lib. XIX p. 164, *Oppidum est Abydum, in Thebaidis parte situm extrema; hic Besae Dei, localiter appellati, oraculum quondam futura pandebat.* Praeter *Ammianum* non novi, qui Numinis istius mentionem iniecerit. Occurrunt tamen nomina a voce *Besa* deducta. Aliquid de eo dixi in Pantheo Lib. V cap. VII § 1.

BIMAIDAE, *Progenies quadragenorum.* Ita *Eutychius* in Annalibus vocem hanc interpretatur. Vide *Renaudotii* Histor. Patriarchar. Alexandrin. p. 272. Quae ibi *Renaudotius* de voce hac observat, ipsius igno-

(o) Eamdem interpretationem tuitus est *Thomas Shaw* tom. II itinerum p. 162, 180, 181; ad q. l. legantur annotationes *Petri Boddaert* ac Cl. *Tydeman* p. 92, 93, 95.

ignorantiam fermonis Coptici produnt. Nam ⲡⲓⲍⲙⲁ, quod Copti pronuntiant *Bima*, re ipfa fignificat *quadraginta*. Vide, quae hac de re annotavit *La Crozius*, dans l'Europe Sçavante, Tom. x Part. II p. 252 in notis. De *Bimaidis* his confuli etiam poterit *Herbelotus*, Bibliothéque Orientale, artic. *Albimaides* Fol. 84.

ΒΟΥΒΑΣΙΣ, *Bubafis*. Ita dicitur nominatus fuiffe *vicus* quidam in Aegypto, in quo Io, Argis in Aegyptum delata, pedem fixit. Videatur Etymologici auctor in voce Βούβαστις. Conieci aliquando nomen hoc, aut potius cognomen, fuiffe ipfi Ifidi. ⲡⲍⲟⲃⲁⲥⲓ, *P-ho-bafi*, fignificat *faciem*, vel *vultum vaccae*, quod qua ratione Ifidi conveniat, nemo eft rerum Aegyptiacarum peritus, qui non intelligat. Plura de hoc, ut puto, Ifidis cognomine dixi in Pantheo Aegyptiorum Lib. III cap. v § 6.

ΒΟΥΒΑΣΤΙΣ, *Bubaftis*. Aegyptiorum *Dea*, quam Graece interpretantur Ἄρτεμιν, id eft, *Dianam* (*p*). Arbitror, Deam hanc Aegyptiis fymbolum fuiffe Lunae novae, vel renafcentis. Nomen vero interpretor ⲡ—ⲍⲟ—ⲃⲁϣⲧ, *quae vultum nudat*, vel *retegit*, quod dici poteft de Luna, quando faciem, in

(*p*) *Herodotus* II. 138, ἡ δὲ Βούβαστις κατ' Ἑλλάδα γλῶσσάν ἐστι Ἄρτεμις, iterumque c. 156. Erat in Aegypto urbs, eodem fimilive nomine appellata, de qua, praeter Geographos veteres, *Strabonem*, *Stephanum Byz.*, *Melam* aliosque, monuit nonnulla *Weffelingius* ad *Diodorum Sic.* tom. I p. 32, ad *Herodotum* II. 59, et ad *Hieroclis* Synecdemum p. 728. Videtur ea Ezech. XXX. 17 dici פי־בסת, vel rectius forte una voce פיבסת. In verfione Alexandrina legitur Βουβάστου. Conf. *Michaëlis* in fuppl. ad Lex. Hebr. p. 2003. Quae de origine nominis Βούβαστις habet *Wilkins* l. c. p. 100, non placent.

in coniunctione cum Sole absconditam, sive velatam, id est, hominum oculis subtractam, retegit, hominibusque conspiciendam rursus praebet. Aut posset etiam explicari Ⲡ-ϨⲞ-ⲞⲨⲀϢⲦ, *P-ho-uascht*, *faciem multiplicans*, quod de luna, faciem toties mutante, recte praedicari posse, in propatulo est. Pluribus haec omnia persecutus sum in Pantheo Aegyptiorum Lib. III c. III.

ΒΟΥΣΙΡΙΣ, *Busiris*, Rex Aegypti (*q*), veterum sermonibus magnopere celebratus, in cuius laudem extat Oratio *Isocratis* (*r*). Erat et urbs, in Aegypto inferiori, eiusdem nominis (*s*). *Plutarchus* de Iside et Osir. p. 359, ex Eudoxo Cnidio, adfert nominis huius interpretationem, aitque illud significare *ταφὴν* *'Οσίριδος*, *sepulchrum Osiridis* (*t*). Et vero, uti memini Cl. *La Crozium*, ea de re differentem, observasse, ⲂⲎ est *sepulchrum*, unde iam *Be-Osiris* significat *sepulchrum Osiridis*. Non tamen pro certo dixerim, hanc esse veram et genuinam nominis illius rationem. Aliam nominis eiusdem interpretationem suppeditat *Hieronymus*, Lib. II in Iovinianum col. 202, ubi ab animali quodam urbi id nomen impositum fuisse, tradit.

(*q*) Quis ille et qualis? quando regnavit? an extitit umquam? Incerta sunt omnia. *Strabo* aperte negat, hoc nomine regem imperasse in Aegypto, lib. XVII p. 1154, ubi pro vulgato Βουσείριδος codex MS. Mediceus, notante *A. Gronovio*, rectius Βουσίριδος. A *Strabone* non dissentit *Diodorus Siculus* lib. I cap. 88. Conf. *Wesselingius* ad eiusdem libri cap. 45.

(*r*) Vol. II p. 153—177 edit. Battie.

(*s*) Meminerunt *Herodotus* II. 59; *Diodorus Sic.* I. 85, ibi *Wesselingius*, et ad *Hieroclis* Synecd. p. 725.

(*t*) *Diodorus Sic.* lib. I cap. 88, *οὐ τοῦ βασιλέως ὀνομαζομένου* Βουσίριδος, *ἀλλὰ τοῦ* 'Οσίριδος *τάφου ταύτην ἔχοντος τὴν προσηγορίαν κατὰ τὴν τῶν ἐγχωρίων διάλεκτον.* Auctor Etymol. M., regis et urbis nomen derivans *παρὰ τὸ βοῦς εἰρέειν*, sua sibi habeat.

dit. A nomine Βούσιρις non multum recedit ϐⲁϣⲟⲣ, *Baschor*, vel *Basor*, quod *vulpem* designat. An id in animo habuerit *Hieronymus*, aliis diiudicandum relinquo.

ΒΟΤΤΟΙ', τόποι παρ' Αἰγυπτίοις, εἰς οὓς οἱ τελευτῶντες τίθενται, *Hesychius*, de cuius originationis veritate addubitare videtur *Wilkinsius* in Dissertat. de Lingua Coptica p. 101. Contra optimus et doctissimus *La Crozius*, ante annos propemodum quadraginta, recte mihi asseruit, interpretationi huic Hesychianae prorsus favere linguam Aegyptiacam. Nam in Evangeliis ϐⲏ dicitur *sepulchrum*. Hinc analogice formatur pluralis ϐⲏⲟⲩⲓ, quod Graeci efferunt Βουτοὶ vel Βουτούς (*u*). Observa autem, Isidem capulum, in quo inerat cadaver Osiridis, Buti deposuisse, et illic in capulum hunc incidisse Typhonem, qui membra Osiridis evulsa disiecit, teste *Plutarcho* de Iside et Osir. p. 357, 358.

ΒΟΤΤΩ', *Latona*. Docet id *Stephanus Byzantius* in Βοῦτος. Ἐκαλεῖτο δὲ Βουτὼ, ἀφ' ἧς καὶ ἡ Λητὼ Βουτὼ (*v*). Buti, urbe Aegypti inferioris (*w*), fuisse Templum et Oraculum Latonae Aegyptiae, testatur etiam *Herodotus* Lib. II cap. 155. Vide et de hoc numine eumdem, Lib. cit. cap. 156. Postquam et veterum traditiones de hac Butone sedulo expendi, et cum illis alias Aegyptiorum doctrinas sacras contuli,

(*u*) Nec aliter existimat vir doctus in Miscell. Obs. Crit. vol. III p. 34.

(*v*) De vera huius loci lectione consulendus *Gaell* in Miscell. Obs. Crit. novis, tom. V p. 451.

(*w*) Frequens eius nomen apud *Herodotum*. II. 59, 63, 83, *Strabonem* lib. XVII p. 1153, 1154, sed varie scribitur. Adde *Wesselingium* ad *Hieroclis* Synecdemum p. 724.

li, aliter exiſtimare non potui, quam Numen hoc ſacerdotibus Aegyptiorum *ſymbolum* fuiſſe *Plenilunii.* Pluribus id perſecutus ſum in Pantheo Aegyptiorum Lib. III cap. IV, ubi et nominis Aegyptiaci interpretationem tentavi.

ΒΡΕ'ΧΟΥ. *Lupinus.* Appendix ad *Dioſcoridem* Lib. II cap. 132 [p. 444].

ΒΥ'ΝΕΤΟΣ. Εἶδος ἱματίου παρὰ Αἰγυπτίοις. Ita *Arcadius* Grammaticus MS. in Bibliotheca Regia Pariſienſi, ex quo Excerpta nonnulla, manu viri quondam illuſtris, *Ezech. Spanhemii*, in huius Bibliotheca evolvi (*x*). Ex illis haec deſcripſi. Ad illuſtrationem vero nominis huius nihil modo ſe mihi offert.

Γ.

ΓΕΡΒΑΣΤΗ'. *Chamaeleon*, herba. *Apuleius* cap. 25. Codex MS. Voſſianns in Bibliotheca Academica Leidenſi habet *Gervaſte.*

ΓΙ'ΓΓΛΑΡΟΣ. Tibia minoris formae. *Pollux* Lib. IV cap. 10, Γίγγλαρος μικρός τις αὐλίσκος, Αἰγύπτιος, μονωδίᾳ πρόσφορος (*y*).

GO-

(*x*) Eadem verba inveni in *Iſaaci Voſſii* Excerptis MSS. ex *Arcadio* Grammatico, quae Amſtelodami in Bibliotheca Remonſtrantium aſſervantur, et quorum apographum penes me eſt.

(*y*) In editione *Pollucis* Hemſterhuſiana Segm. 82 p. 395 legitur, Νίγλαρος δὲ μικρός τις αὐλίσκος, Αἰγύπτιος, μοναυλίᾳ πρόσφορος. Vide illic not. *Kuhnii* et *Iungermanni*, item *Seberi* ad Segm. 83, in quo nunc etiam Νίγλαροι. Quaecumque probetur lectio, apparet, falli *Diodorum Sic.* lib. I

GOSEN, nomen regionis Aegyptiacae, in qua Hebraei habitarunt a tempore Iacobi Patriarchae usque ad exitum ex Aegypto. Vocatur גֹּשֶׁן Genef. XLV. 10, XLVI. 28, 34, XLVII. 6, 27, L. 8, Exod. VIII. 22, IX. 26. Per terram feu regionem *Gofen* autumo debere intelligi *Tractum Heracleoticum*, *νομὸν Ἡρακλεώτην*. Colligo id ex huius fitu, ex hiftoria exitus Ifraëlitarum ex Aegypto, et vetuftis Aegyptiorum traditionibus (z). Nemo mirabitur, nomen peregrinum a Graecis varie fuiffe fcriptum, Γεσὲμ, Γεσὲν, Καισὰν, Κεσσὰν, Κωχὼν, Κοχώμ, vel accedente terminatione Graeca, Κωχώνη, Κωχώμη. Mihi non fupereft dubium, quin origo huius nominis fit Aegyptiaca. Sermone patrio (*a*) ifta regio videtur dicta tanquam

lib. I c. 81, affirmantem, moris non fuiffe apud Aegyptios difcere Muficam, quam non modo inutilem iudicarint, fed et noxiam effe. Meliora docet *Weffelingius* in not. p. 92. Teftimoniis, ab eo allatis, iungantur *Plutarchi* de If. et Ofir. p. 373, 376, *Appuleii* Metamorph. lib. XI p. 771, 772 ed. novae, atque monumenta antiqua Aegyptiaca apud *Montfauconium*, Comitem *de Caylus*, et in fplendido opere, le Pitture antichi d'Ercolano, de quibus forte alio loco dicam.

(z) De fitu huius Gofenitidis diu erat eftque adhuc divortium fententiarum. Cum *Iablonskio* non pauci eruditi faciebant, in quibus *Dathe* in not. ad Gen. XLV. 10, et *Forfter* in Epift. p. 28. Contra diffentiebant, reliquos ut taceam, *I. M. Hafius* in Defcriptione Regni Davidici p. 179—181, *Muller* in Satura Obfervat. p. 107, 108, 188, 189, *R. Schutte* in Differtationibus de itinere Ifraëlitarum per defertum p. 7 fqq., et *I. D. Michaëlis* in fupplem. ad Lex. Hebr. p. 371—381, qui monet, fibi non probari doctiffimas *Iablonskii*, magni viri et amici fuique in multis doctoris, differtationes de Terra Gofen, immo ne quidem excerptu dignas videri, etfi rarioribus annumerandas libris.

(*a*) In verfione Coptica nomen fcribitur ⲚϪⲈⲤⲈⲘ vel ⲄⲈⲤⲈⲘ, monente *La Crozio*, Lex. p. 165. In editione

quam *terra Herculis*. Nam ⲕⲁϩⲓ seu ⲕⲁ Aegyptiis significabat *terram*, *regionem*, et ϫⲟⲙ *robur*, *fortitudinem*, unde etiam Herculi nomen ϫⲟⲙ sive ϫⲱⲙ ⲛ̀ⲛⲟⲩϯ *Dsjom ennuti*, id est *virtus Dei*. Sententiae meae non obstat litera ג in voce Hebraice scripta גִּבּוֹר, cuius tamen literae vestigium nullum est in isto nomine Aegyptiaco. Notum enim est, in libris Coptorum, qui ad nos pervenere, ne vix quidem occurrere vocem ullam vere Aegyptiacam, in qua litera ⲅ adhibetur (*b*). Sed de his rebus omnibus ac mul-

ne autem Pentateuchi Wilkinsiana constanter legitur ⲛ̀ⲅⲉⲥⲉⲙ.

(*b*) Testatur *La Crozius* in Lex. p. 14, literam ⲅ nusquam occurrere in vocibus pure Aegyptiacis, nisi in ⲅⲁⲗⲗⲟⲩ, *vespertilio*, et ⲁⲅⲱ, *perditio*. Postrema sic scribitur 2 Petr. II. 1, etiam in MSS., contra indolem linguae Aegyptiacae, quae Γ Graecorum non adhibet, nisi in vocibus peregrinis, monente *La Crozio* ad v. ⲁⲕⲱ, p. 2. Similia legas apud *Forsterum* de Bysso p. 72, adiungentem, pro ⲁⲅⲱ alios codices MSS. habere ⲁⲕⲱ, non dubitare se, quin forte ⲅⲁⲗⲗⲟⲩ in aliis MSS. ⲕⲁⲗⲗⲟⲩ scribatur, et ex inspecto codice MS. in Oxoniensi Bodleiana Bibliotheca patere, Aegyptios scripsisse aliquando hanc vocem ⲅⲁⲗϫⲟⲩ et ϫⲉⲗϫⲟⲩ, priorem vocem occurrere Levit. XI. 19, ubi tamen *Wilkinsius*, seu ex alio codice, seu e coniectura, edidit ϫⲁⲗϫⲟⲩ, posteriorem vero ϫⲉⲗϫⲟⲩ Deut. XIV. 18. In vocabulis origine Graecis non raro literas Γ et Κ a librariis Memphiticis ac Thebaicis permutatas esse, docent exemplis *Mingarellius* not. ad Aegyptiorum codicum reliquias p. L, LI, et *Akerblad* in epist. de Inscript. Rosetana p. 26.

multis aliis, huc ſpectantibus, copioſe dixi in Diſſertationibus Academicis VIII de Terra Goſen, a. 1736 a me editis, quas emendatiores et multum auctiores alio tempore vulgabo (*c*).

ΓΟΣΟΡΜΙΉΣ. Nomen regis Aegypti ſuperioris in Catalogo regum Thebaeorum *Eratoſthenis*, num. VIII. Vox haec ibidem exponitur, *αἴτησις παντός*. Non dubito, quin verba haec Graeca ſint corrupta. Verum quaenam corruptioni huic medela parari poſſit, ignoro. Vox Aegyptiaca videtur ſic ſcribi poſſe literis Copticis ϫⲟⲥ ⲉⲣⲙⲓⲱⲟⲩ, id eſt, *loquens lachrymis*. An hoc eſſet *αἴτησις παντός*? Sed in re adeo incerta manum de tabula. Conf. annotatio in *Vignolii* Chronol. Sacr. tom. II p. 744.

GOBARES, vel GABARES, vel GABBARES. Ita Aegyptii perhibentur, lingua ſua, dixiſſe exſiccata et medicata cadavera, quae hodie *mumias* vocant. *Auguſtinus* de diverſis, Sermone CXX. cap. 12: *Aegyptii ſoli credunt reſurrectionem, quia diligenter curant cadavera mortuorum: morem enim habent ſiccare corpora,*

(*c*) Propoſitum non peregit *Iablonskius*, qua demum cumque de cauſſa. Hinc rariores factae ſunt Diſſertationes de Terra Goſen. Scribebat a. 1781 *N. Barkey*, in Symbolis Litterariis Haganis Cl. II faſc. 3 p. 461: „ (*Iablonskii*) diſſertationes emendatae et auctiores in unum volumen collectae, quod — iam ante duodecim annos — vidi manibusque contrectavi, utinam tandem prodirent!" *Forſter* vero, in Epiſt. ad *I. D. Michaëlis* p. 28, a. 1772 ita: „ Vt vero hae Diſſertationes auctae notis auctoris a filio *Iablonskii* denuo publicentur iunctim, — ex animo opto, neque dubito, fore, ut multo emendatiores et prorſus limatae prodeant ", Vtriusque ac plurium aliorum votis nunc ſatisfiet. Sequentur enim in altero tomo Opuſculorum Iablonskianorum Diſſertationes de Terra Goſen, ab auctore caſtigatae et praeclarum in modum auctae.

ra, *et quasi aenea reddere*, Gabbaras (*d*) *vocant.* Glossae *Papiae: Gabbari*, *inclusi barbari: unde Gabbares*, *mortuornm corpora condita.* Glossae *Isidori: Gabarus*, *inclusus Barbarus*, *unde Gabares mortuorum* (*e*). Cum aliquando ea de re colloquerer cum Cl. *La Crozio*, is satis probabiliter et ingeniose vocem Aegyptiacam explicabat per ϲⲱϫⲡ ⲁⲣⲉϩ. Nam, ut pergebat, vox prior significat *relinquere*, posterior vero *custodire*, et *custodia.* Denotaret ergo vox integra (*Sosp-areh*) *custodiam* vel *conservationem reliquiarum*, nempe corporis demortui. Potest ad illustrandam hanc originationem adduci locus ex *Herodoti* Lib. III cap. 16, ubi de medicato Amasis corpore agit. Sic ϲⲱϫⲡ *reliquiae* dicuntur in Liturgia Basilii M. Aegyptiaca MSS. ϲⲟϫⲡ et ϲⲉϫⲡ dicitur etiam de eo, quod post mortem relinquitur, Marci XII. 19, Psalm. XLIX. 10.

Post mortem optimi *La Crozii*, evolvi in eius Bibliotheca, quam acquisiverat *Carolus Stephanus Iordanus*, vir illustris, *historiam Iosephi Fabri lignarii*, a *Geo. Wallino* Arabice, cum versione Latina et notis editam, ubi p. 76, ad verba haec *Wallini: Vocabantur illis Gabaras*, sequentia manu Cl. *La Crozii* adscripta deprehendi: „ *Augustinus Sermon. de Temp.* 361 *Tom.* v. *Quasi* ⲟⲩⲁⲃⲁⲣⲉϩ, *Pura custodia* (*f*). Ⲟⲩ *Aegyptiacum adspirari solet*". Vide quo-

(*d*) In codicibus *Augustini* MSS. est varietas lectionis, in nonnullis vox peregrina omittitur.

(*e*) In editione *Graevii* p. 28 legitur: *Gabarus*, insulsus, barbarus, unde *Gabares* mortuorum. Addit *Isidorus: Galbares* (legendum, cum *Chiffletio* et *Graevio*, *Gabbares*), mortuorum condita corpora.

(*f*) *Forster* de Bysso p. 73 censet, corpora medicata sic ab

quoque Thesaurum Epistolicum La Crozianum Tom. III p. 173. Et mihi quoque variae circa hanc vocem in mentem venere coniecturae. Sed quia auctores Relationum Gottingensium, recensentes *Pantheon* meum *Aegyptium*, non semel conqueruntur, etymologias, quas affero vocum Aegyptiacarum, laborare copia et abundantia, malo haec silentio premere. Fateor etiam, me interpretationem vocis *Gabares* La Crozianam, quam primo attuli, inprimis probare, eamque aliis praeferre.

Δ.

DARDIANA. *Brionia*, herba. *Apuleius* cap. 66.

ΔΑΦΝΟΙΝΗ'. *Leontopodium*. Appendix *Dioscoridis* ad Lib. IV cap. 131 [p. 471].

ΔΑ'ΦΝΑΙ, ΔΑ'ΦΝΗ, ΔΑ'ΦΑΝΑΙ ΠΗΛΟΥΣΙ'ΑΙ. Vide in Τάφνη (g).

DEN-

ab Aegyptiis appellata esse, quia *sancte custodiebantur*, tamquam ϫⲟⲩⲁⲃ—ⲁⲣⲉϩ, nam ϫ est articulus, aliis item vocibus praefixus, ⲟⲩⲁⲃ est *sanctus*, et ultima nominis pars significat *custodiam* vel *custodire*.

(g) Per hanc occasionem observo, literam Copticam ⲇ non inveniri in vocabulis, quae origine sunt Aegyptiaca, sed tantum in vocibus, quas Aegyptii a Graecis sumserunt. Atque in his ipsis non raro pro ⲇ usurpatur litera ⲧ. Hinc in Lexico *La Croziano* litera ⲇ prorsus praetermissa est. Consulantur porro *Mingarellius* ad Aegyptiorum codicum reliquias p. XXVIII, XLIV, XLV, LI, et *Akerblad* de Inscriptione Rosetana p. 16.

DENTEROBON. *Olusatrum.* Selinon agrion. *Apuleius* cap. 106.

ΔΙΑΒΙΗ'Σ, *Φιλεταῖρος.* Nomen regis Aegyptii, cum interpretatione illius Graeca, in Catalogo regum Thebaeorum *Eratosthenis.* In annotationibus meis ad illum Catalogum, insertis Chronologiae Sacrae *Vignolii*, Tom. II p. 738, 739, vocem hanc auguratus sum Aegyptiace scribendam esse ϯⲉ̀ⲃⲓⲱ, quasi dicas *mella dantem.* Id vero Aegyptii hodie pronuntiant *Diabio.* Illustrationis ergo ibi haec attuli ex *Ammiano Marcellino: Per speciem apis, mella conficientis* (hoc est ϯⲉ̀ⲃⲓⲱ) *indicant regem: moderatori cum iucunditate aculeos quoque innasci debere, his signis ostendentes.* Plura legi possunt loco indicato.

DIPSACOS. *Dictamnum. Apuleius,* edit. Torini, cap. 62, et sic codex Vossianus MSS. cap. 64.

ΔΟΡΤΣΑΣΤΡΟΥ'. *Gingidium.* Lepidium. Appendix ad *Dioscoridem* Lib. II cap. 167 [446].

E.

EBYIMION. Vox haec occurrit in Regula *Pachomii*, cap. XIV; edit. Rigaltii: *In die Dominica, vel oblationis, nullus deerit de hebdomadariis, sedens in loco* Ebyimii, *psallensque respondens.* Cum Regula illa, ex sermone Aegyptiaco, per *Hieronymum* Latine conversa fuerit, pronum est colligere, vocem *Ebyimii* esse ab ipso *Pachomio*, adeoque Aegyptiacam. Apud *Cassianum* Collat. I cap. ult. p. 196, loquentem de Monachis Aegypti, haec reperiuntur: *Hortatui*

tus est (beatus Moses) *iisdem ipsis*, *quibus insidebamus*, *psiathis admonens incubare*, embrimii *pariter capiti nostro cervicalium vice suppositis*, *quae crassioribus papyris*, *in longos gracilesque fasciculos coaptatis*, *sesquipedali intervallo molliter nexa*, *nunc quidem humillimum sedile ad scabelli vicem fratribus in synaxi considentibus praestant*. In Apophthegmatibus Patrum, apud *Cotelerium* in Monumentis Ecclesiae Graecae Tom. I p. 493, legas: *καὶ ἔθηκεν ὁ γέρων δύο ἐμβρίμια, ἓν ἐκ δεξιῶν, καὶ ἓν ἐξ ἀριςερῶν αὐτοῦ, καὶ εἶπε, καθίσατε.* Ibidem p. 422, *ἔζησαν οἱ τρεῖς μόναι ἐπὶ τὸ αὐτὸ, εἰς ἓν ἐμβρίμιν* (excudi debebat *ἐμβρίμιον*). Et p. 535, *ἦσαν ἐκεῖ σκηνώματα Ἑλλήνων παλαιά. Καὶ λαβὼν ἓν ὑπέθηκε τῇ ἑαυτοῦ κεφαλῇ ὡς ἐμβρίμιον.* Ex his intelligitur, quid sint *Embrimia*. Recte proinde *Is. Casaubonus*, ubi (*h*) locum *Cassiani*, quem et nos adduximus, attingit, ita iudicat: *suspicabamur nos*, *ἐμβρίμια dicta παρὰ τὸ βρίζειν*, *quod dormitare*, *et somnum levem capere significat*. Sunt igitur *ἐμβρίμια pulvinaria*, in quibus quietem somnumque capere licet. Videtur vox inprimis apud Aegyptios Monachos in usu fuisse, unde etiam in Regulam *Pachomii* se insinuavit, tanquam esset Aegyptiaca.

ἘΘΕΝΧΙΣ. *Potamogeton*, herba. Appendix ad *Dioscoridem* Lib. IV cap. 101 [p. 469].

ἘΘΙΟΥ. *Polytrichon*. *Apuleius* de Herbis cap. 51. Appendix ad *Dioscoridem* Lib. IV cap. 136 [p. 472] habet *ἐπιέρ.* Num forte ΗΠΙϹ ΕΡ, *numerum faciens*, id est, *numerosus*, ut respondeat *πολυτρίχῳ* Graecorum. Sed haec sunt incerta, quemadmodum dubia est etymologia plerorumque nominum Aegyptiacorum, quibus herbae appellantur.

ἘΘΡΕ-

(*h*) In Exercitat. I de rebus Sacris et Eccles. p. 57.

'ΕΘΡΕΡΙΚΗ'. *Eruca.* Appendix *Dioscoridis* Lib. II cap. 170 [p. 446].

ΕΊΚΤΩ'Ν. *Numen* ab Aegyptiis cultum. *Iamblichus* de Mysteriis Aegyptiorum sect. VIII cap. 3, τούτου δὲ (τοῦ Ἠμῆφ) τὸ ἓν ἀμερὲς καὶ ὅ φησιν (Hermes) πρῶτον μάγευμα, ὃν καὶ Εἰκτὼν ἐπονομάζει (*i*). Crediderim esse cognomen Cnephi, atque significare ϨϬ ⲐⲰ, *Ich-tho*, id est, *Spiritum Universi.* Pluribus de nomine hoc dixi in *Pantheo Aegyptiorum* Lib. I cap. IV § 6.

'ΕΜΒΡΟΣΙ'. *Lactuca sativa.* Appendix ad *Dioscoridem* Lib. II cap. 165 [p. 446].

EMENYPSE. *Dictamnum. Apuleius* de Herbis cap. 62. *Kircherus*, in Oedipi Tom. III p. 75, opinatur, nomen hoc Coptice scribi oportere ⲘⲎⲚⲒϤⲮⲦ, idque inepte interpretatur *genium Lunae.* In ea vero interpretatione nihil prorsus inest sani, prodit ea potius summam sermonis Aegyptiaci imperitiam.

EMINION. *Dracontea. Apuleius* cap. 14. Vide *Kircheri* Prodromum Copticum p. 149.

EMPTONE. *Narcissus*, seu *bulbus vomitorius. Apuleius* cap. 55. Codex MS. Vossianus, quem consului, exhibet *Entanae.*

ENTES. Vide *Antes.*

"ΕΝΩ-

(*i*) Pro Ἠμῆφ videtur legendum Κνῆφ vel Καμήφ, et pro μάγευμα potius μαίευμα, *partus.* Vid. *Gale* in notis p. 301. Addit autem ille, multa de deo Εἰκτών procudisse *Kircherum*, sibi autem istud nomen adhuc incompertae esse significationis.

"ΕΝΩΤΡΟΝ. Vide Αἴθωτρον.

'ΕΠΑΦΟΥ'. *Medium.* Appendix ad *Dioscoridem* Lib. IV cap. 18 [p. 463]. Conf. *Plinius* Lib. XXVII cap. 12.

EPAPHVS. Satis is ex Fabulis Graecorum notus est. Verum illae, haud dubie, ex antiquis Sacerdotum Aegyptiorum traditionibus mysticis profluxerunt. Traditur nempe Epaphus ex Ione Argiva, postquam in Aegyptum pervenisset, ubi et postea, nomine Isidis, cultum religiosum invenit, in lucem editus fuisse. Idem postea Aegyptiis imperavit, urbemque inclytam, totius regni sedem, Memphin condidit. Eum quidam cum Api eumdem fuisse contendunt. Vide *Herodotum* Lib. III cap. 27, *Clementem Alexandrinum* Lib. I Strom. p. 222, *Aelianum* de Anim. Lib. XI cap. 10, qui tamen traditionem hanc falsi coarguit. Quae coniectura, aut si mavis, traditio, forte aliquid ex vero trahit, quod tamen aliis explorandum relinquo. Ipsum nomen videtur idem esse, quod *Eratosthenes* in Catalogo regum Thebaeorum effert ἄπαππος, idque interpretatur μέγιςον, id est, *magnitudine corporis alios longe superantem.* Accuratius nomen idem scribitur "Αποπις, et "Αφωφις, quippe quod Aegyptiorum sermone *gigantem* designat. Plura de hoc nomine disserui in *Vignolii* Chronol. S. tom. II p. 742, et in Pantheo Aegyptiorum Lib. V cap. II § 22.

'ΕΠΙΕ'Ρ. Vide in 'Εθιού.

'ΕΠΙΦΙ'. Mensis Aegyptiorum undecimus. Meminit illius *Plutarchus* de Iside p. 372, affirmans, ultima die mensis *Epiphi*, sole et luna in eadem linea coëuntibus, ferias agi natalitias oculorum Ori. Scholiastes *Arati* p. 56, eum respondere putat Romanorum Augusto, Iulio vero *Arrianus* in Periplo maris

Erythraei, p. 8, 22, 29, 32, edit. Hudsoni. Incidit vero *Epiphi*, maximam partem, in Iulium mensem. Quod si ea fuisset primaeva ratio Calendarii Aegyptiaci, quam, a temporibus Augusti Imperatoris, adoptarunt Alexandrini, et in universum Graeci in Aegypto, ratio aliqua vero non dissimilis huius nominis reddi facile posset. Certum enim est, mense *Epiphi*, secundum Calendarium Alexandrinorum fixum, Nilum crevisse, et incrementa eius potuisse iam observari. Scholiastes *Arati*, loc. cit., affirmat, incrementum Niliacum, illo mense, ad mediam circiter partem pertingere: *ὅτε τὸ μεσαίτατόν ἐςι τῆς τοῦ Νείλου ἀναβάσεως.* Itaque Aegyptii mense illo gradus et numeros Nili crescentis sedulo observabant. Sermone vero Aegyptiorum, ϥⲓ ⲏⲡⲓ, sive ⲱⲡⲓ, aut quod eodem redit ⲏⲡⲓϥⲓ, *Epiphi*, significat *numerare.* Vide Levitic. cap. xxv. 27, 50. Inde igitur dictus fuerit *Epiphi*, id est, *mensis numerationis*, quo nempe sollicite Aegyptii adscensus Niliaci incrementa numerabant. Quantam vero sollicitudinem Aegyptii in isthoc negotio adhibuerint, intelligi post ex iis, quae observavi in Pantheo Aegyptiorum Lib. IV cap. I § 8. Quae quamvis ita se habeant, fateor tamen non invitus, interpretationi huic duo obstare argumenta, non levissimi momenti. Nam primo quidem, antiquissimum Aegyptiorum Calendarium scimus fuisse non vagum, sed fixum, et menses eorum, ab initio, in aliud omnino tempus incidisse. Quod tempore Augusti, quando Alexandrini Calendarium adhibere coeperunt fixum, *Epiphi* in Iulium mensem ingruerit, nonnisi fortuito casu accidit. Deinde, in libris Coptorum nomen huius mensis non scribitur *Epiphi*, uti a Graecis (*k*) Romanisque effertur, verum

(*k*) In libris Graecis non est eadem scripturae ratio, *ἐπὶπ, ἐπιπὶ, ἐπιφὴ, ἐπὶφ, ἐπιφὶ, ἐπηφί*, ne quidem in codi-

rum *Epep*, ⲈⲠⲎⲠ (*l*). Quantumvis vero non negem, fieri potuiſſe, ut nomen illius menſis, proceſſu temporis, corruptionem aliquam expertum fuerit, ſcriptio tamen illa Coptorum efficit, ut de originatione menſis *Epiphi*, quam ſuppeditavi, et quae pro certo ponit, Aegyptios nomen hoc ita extuliſſe, *Epiphi*, certi haudquaquam eſſe poſſimus. *Andreas Mullerus* in Gloſſario Sacro p. 2 exiſtimat, nomen menſis *Epep* idem eſſe cum Hebraeorum *Abib*. *Iamque*, inquit, *illa ipſa dictio* Abib, *et Aegyptiaci menſis vocabulum eſt. Namque Aegyptii, in hunc usque diem, quendam ſuorum menſium*, ΕΠΗΠ, (*ita enim ſcribunt*) *vel* Abib, (*ita enim legere ſolent*) *appellant. Arabes quoque* ابيب *ſcribunt, iisdem quibus Hebraei lite-*

dicibus MSS. et editis cuiusque ſcriptoris. Vide *Fabricii* Menologium p. 22—27, et quos is laudavit. Non neglexit carmen de menſibus Aegyptiacis, et eiusdem interpretationem Latinam *Grotii*, ſed ſervatis nominibus ἐπιφὶ et *epiphi*, pro quibus in nova editione Anthologiae Graecae cum verſione Latina *H. Grotii* tom. I p. 354, 355, ἐπηφὶ et *epephi*.

(*l*) In fragmento codicis Aegyptii, quod e bibliotheca Nanniana edidit *Mingarellius* p. CLXXXVIII, nomen menſis ſcribitur ⲈⲠⲒⲪ, ſed legendum potius ⲈⲠⲎⲪ exiſtimavit p. CXC. In codice Euangeliorum MS. Pariſienſi eſt ⲈⲠⲎⲠ, teſte *La Crozio* in Theſ. Epiſt. tom. III p. 134, qui iſtam ſcribendi rationem in Lexico retinuit. De origine nominis eam in ſententiam *Georgius* diſputavit, in praefatione ad Fragm. Euang. Iohannis Thebaicum p. CXL, ut in Aegyptiaca iſtius menſis appellatione lateret nomen *Ibidis*, ϨⲒⲠ, addita terminatione ϨⲒⲠⲒ, atque cum articulo Aegyptiaco ⲠⲒϨⲒⲠⲒ. Cum nomine Aegyptio comparandum cenſet Hebraicum אביב, menſem ſic dictum de ſpica matura, atque inde illuſtranda verba *Martiani Capellae* lib. II p. 42: *Ipſa vero* Ibis *praenotatum gerit nomen cuiusdam menſis Memphitici.*

teris. Graeci ΕΠΙΦΙ. *Sed Moses peregrinam vocem, non aliter, ac si Hebraica esset, usurpat.* Et p. 4, *Vides prope omnes velle, vocem Hebraicam esse, et* PRIMIGENIVM FRVCTVM *notare. Sed vox vere Aegyptia est: aeque ut haec mensium nomina:* Adar, Elul, Tammus, Thebet, *et ipsum* Nisan. *Et sunt, qui velint*, Epiphi *de* Epapho *dictum esse. Quod et credibile est. Namque et alios menses Heroum nominibus insigniverunt Aegyptii, aeque ac Persae, Athenienses, Romani.* Hoc, ut videtur, sententiae suae fundamentum princeps p. 7 suppeditat: *Nihil dubito, quin, cum Israël Aegypto excederet, mensis, quem nunc Martium dicimus, apud Aegyptios, adeoque Hebraeos Epiphi fuerit.* Verum Cl. *Vignolius* probare conatus est, mihique etiam persuasit, Aegyptios tum, cum Israëlitae exirent ex Aegypto, egisse primum suum mensem *Thoth.* Vide eius Chronologiam Sacram, Tom. I p. 568 ac deinceps. *Abib* igitur Hebraeorum tum concurrebat, non cum *Epep* Aegyptiorum, sed cum eorumdem *Thoth.* Fundamentum igitur, cui superstructa est sententia *Mulleri*, re ipsa nullum est.

ἙΡΜΗ̃Σ, nomen proprium regis Thebaici, qui etiam dicebatur Siphoas aut potius Saphthas, in catalogo *Eratosthenis*, ad quem legatur annotatio mea in *Vignolii* Chronologia tom. II p. 763, 764. Vertitur illic Ἑρμῆς *Mercurius*, et non minus, quam sequens υἱὸς Ἡφαίςου, habetur pro interpretatione Graeca nominis Aegyptiaci Σιφωὰς sive Σαφθάς. Male omnino. Eiusdem regis nomen Aegyptiacum alterum erat Ἑρμῆς, ⲈⲢ—ⲘⲈⲌ, *Ermeh*, eum proprie significans, qui alicui rei complementum dat, vel eam plenam perfectamque reddit. Plura dixi in Pantheo lib. V cap. 5 § 20 (*m*).

'EP-

(*m*) Cum iis comparanda, quae *Iablonskius* ad *Vignolium* a. 1720 de eodem nomine scripsit. Vid. Syllogen novam Epistolarum vol. IV p. 186—193.

ʽΕΡΜΟΝΘΙ͂Σ (*n*) nomen urbis Aegypti, de qua vocatus eſt Iupiter et Apollo ʽΕρμονθίτης, ut auctor eſt *Stephanus Byzantinus*, teſtem appellans *Strabonem*, libro nempe XVII pag. 817. Nomen habuiſſe videtur urbs a vocabulo ⲉⲣⲙⲁⲛ (*o*), quod Aegyptiis *malogranatum* ſignificat, vel *malum Punicum*. Poſſunt huc referri, quae habet *Balth. Bebellus* de origine Philiſtaeorum § 5, 6, p. 165—167, coll. p. 141.

ʽΕΡΜΟΤΤΒΙΕΙ͂Σ Aegyptiis olim dicebantur *οἱ μάχιμοι*, *bellicoſi*, id eſt, milites. Vide *Herodotum* Lib. II cap. 164, et Lib. IX cap. 31, *Stephanum* in ʽΕρμοτυμβιεῖς, *Diodorum Sic.* Lib. I p. 25, et XVI p. 445. Aſſentior autem praeſtantiſſimo *La Crozio*, qui aliquando me docuit, vocem hanc compoſitam eſſe ex ⲉⲣⲙⲁⲧⲟⲓ, *pugnare*, vel *bellum facere*, et ⲟⲩⲃⲉ, *contra*. Nam ⲙⲁⲧⲟⲓ Aegyptiace *militem* ſonat, ⲉⲣⲙⲁⲧⲟⲓ, *militare*, *bellum facere* 1 Corinth. IX. 7, ⲟⲩⲃⲉ autem *contra*. Eſſet igitur ⲉⲣⲙⲁⲧⲟⲓ ⲟⲩⲃⲉ, qui *militat*, vel *bellum facit*, *contra*. Haec acute omnino et vere (*p*) obſerva-

(*n*) Nomen non una ratione ſcribitur. In editionibus *Stephani Byz.*, quas *Berkelius* et *de Pinedo* curarunt, legitur ʽΕρμωνθίς; apud *Strabonem* lib. XVII p. 1171 ʽΕρμουθίς, ubi tamen in codice MS. Mediceo ʽΕρμωνθίς; alibi ʽΕρμουνθίς, ʽΕρμοθίς, ʽΕρμέθει, docente *Weſſelingio* ad Antonini Itinerar. p. 160, in quo *Hermunthi*. Vide ibidem notam *Suritae*. Nomen gentile ſcribitur ʽΕρμωνθίτης, in *Pocockii* Inſcript. antiquis p. 83.

(*o*) Fide *Kircheri*, dedit *La Crozius* in Lex. ⲉⲣⲙⲟⲛⲧ, Arabice لرمنت Λυκόπολις. Minus recte, iudicio *Georgii* in praefat. ad Fragm. Euang. Ioh. Thebaicum p. XXIX, LXXXIV.

(*p*) Notatio ſive Graeca aliorum, ſive Hebraica *Berke-*

vavit vir doctissimus. Operae autem pretium est animadvertere, *Herodotum* et *Stephanum* aliud praeterea μαχίμων genus in Aegypto commemorare, quos καλασιριεῖς vocant, de quibus suo loco plura dicentur. Hoc inter eos credo fuisse discrimen (*q*). Si recte iudico, Ἑρμοτυβιεῖς erant veterani, secundum antiquas Aegyptiorum leges, defensioni patriae unice destinati, ut omnem alienam iniuriam ab ea averterent. Non alios extra patriam aggrediebantur, bellumque extra Aegypti fines proferebant, verum lares patrios tantum contra aliorum vim pro virili tutabantur. Id ipsum eorum nomen Aegyptiacum, uti a *La Crozio* quondam mihi explicatum fuisse memini, satis clare indicat. Καλασιριεῖς vero, quod nomen hoc per se declarat, erant *iuvenes*, qui belli muneribus vacabant cunctis, et, si bellum extra patriam gerendum esset, eo quoque ibant. Vide praeterea de Aegyptiorum μαχίμοις *Plutarchum* de Iside p. 354, *Aristidem* Rhetorem Opp. T. I p. 379, edit. P. Stephani. Hanc vero Aegyptiorum inter τοὺς μαχίμους, et reliquos terrae illius incolas, distinctionem, qua efficiebatur, ut perpetuus illic aleretur miles, *Lycurgus*, teste *Plutarcho* in eius vita, vehementer admiratus est, eumdemque morem Spartam advexit. Adde *Herodotum* Lib. II cap. 167. Hermotybiibus hisce Aegyptiis similes erant Persarum veterani, qui extra patriam bello non vacabant, quod apud *Xenophontem* legitur, Cy-

kelii ad *Stephanum* Ethnicographum, non probanda, sed potius quaerenda in Aegypto. Non dissentit *Tib. Hemsterhusius* ad *Aristophanis* Plutum pag. 249: quod nemo mirabitur, qui non nesciat, Virum illum summum, iuvenis adhuc cum esset, literis quoque Aegyptiacis navasse operam, ut apparet e catalogo vocum Aegyptiarum, Hebraearum et Arabicarum in Dissert. *Wilkinsii* de lingua Coptica p. 112-119.

(*q*) Distinctos eos fuisse, non dubitat *Wesselingius* ad *Herodotum* II, 164, nec tamen docet, quale eorum fuerit discrimen.

Cyropaed. Lib. 1 p. 4, edit. Steph. Apud Romanos pariter *Servius Tullius* instituit, *seniores ad urbis custodiam ut praesto essent, iuvenes, et foris bellum gererent*, teste *Livio* Lib. 1 cap. 43.

"ΕΡΤΩΣΙ. Ita Aegyptii patrio sermone dixerunt *Stellam Martis*. Eoque nomine virtus, quam Stellae huic inesse credebant Aegyptii, exprimitur. Apud *Vettium Valentem*, Astrologum nondum editum (*r*), nomen hoc effertur "Αρτης, additque auctor ille, Aegyptios ideo Stellae huic istud imposuisse nomen, *ἐπεὶ τῶν ἀγαθοποιῶν, καὶ τῆς ζωῆς παραιρέτης ἐςίν*. Forte *Vettius* nomen istud ex Graecorum sermone derivare annisus est, quae est summorum virorum, *Seldeni* et *Salmasii*, sententia. "Αρτης enim potest formatum esse ex *αἴρω*, *e medio tollo*, tumque significaret *interfectorem*. Sed potuit etiam interpretatione hac respici ad vocem Aegyptiacam, quae apud *Cedrenum*, iudice etiam *Salmasio*, multo rectius effertur "Ερτωσι. Posset hoc etiam exponi ΕΡ ΤΟϹ, *damnum inferens*, quae est interpretatio *Vettii Valentis*. Verum id quidem suo loco relinquamus. *Cedrenus*, cui genuinam vocis huius lectionem debemus, "Ερτωσι scilicet, eamdem etiam, recte, ut videtur, et commode interpretatur. Verba eius haec sunt: Τοῦτο δὲ σημαίνει παντὸς γένους ζωογονίαν, καὶ πάσης οὐσίας καὶ ὕλης φύσιν καὶ δύναμιν διατακτικὴν καὶ ζωογονικήν; *Significat autem nomen hoc omnis generis procreationem et vivificationem, omnisque substantiae et materiae naturam et vim ordinantem ac procreantem.* Nempe ΕΡ ΤΟΥΧΟ, *Er-tosi*, Aegyptiis dicitur *τὸ αἴτιον τῆς φυτεύσεως*, *vim habens et indens genitivam et seminalem.*

(*r*) Locum protulit *Salmasius* de annis Climactericis p. 596, et *Seldenus* de Diis Syris p. 186.

lem. Plura videri possunt in Pantheo Aegyptiorum, Lib. III cap. VI § 4 (*s*).

'ΕΡΥΘΜΟΥ. *Irion*, *Erysimum*, herba. Appendix ad *Dioscoridem* Lib. II cap. 188 [p. 447].

"ΕΣΚΕ. *Ballote*, sive *Marrubium nigrum*. In Appendice ad *Dioscoridem* Lib. III cap. 117 [p. 457].

"ΕΣΜΟΥΝΟΣ, *Esmunus*, de quo *Damascius* in vita *Isidori* apud *Photium* in Bibliotheca cod. CCXLII p. 1074: *ὁ ἐν Βηρύτῳ 'Ασκληπιὸς οὐκ ἐστιν "Ελλην, οὐδὲ Αἰγύπτιος, ἀλλά τις ἐπιχώριος Φοίνιξ· "Ογδοος δὲ ἐγένετο ἐπὶ τούτοις ὁ "Εσμουνος, ὃν 'Ασκληπιὸν ἑρμηνεύουσιν.* Et postquam observasset, Esmunum sic dictum esse a Phoenicibus propter calorem vitae, addebat *Damascius*: *οἱ δὲ "Εσμουνον ὄγδοον ἀξιοῦσιν ἑρμηνεύειν, ὅτι ὄγδοος ἦν τῷ Σαδύκῳ παῖς, ἐν σκότῳ διολυγίῳ ἄναψας.* Erat *Esmunus* idem, qui Pan sive Aesculapius. Opinabantur *Seldenus* ac *Bochartus* nomen esse explicandum e sermone Hebraeo; ego puto, e lingua Aegyptiaca, in qua ϣⲙⲟⲩⲛ et ϣⲙⲏⲛ significant *octavum*. Plura dixi in Pantheo Lib. II cap. VII § 11—14.

ETVN, אֵטוּן, quae vox in libro Proverbiorum occurrit cap. VII. 16, ubi pro Tapetum aliquo genere, cortina, aut opere texto, accipitur. Quoniam vero dicitur אֵטוּן illud fuisse *Aegypti*, מִצְרָיִם, interpretes Alexandrini verterunt *ἀμφίταπα τὰ ἀπ' Αἰγύπτου* (*t*). Credi potest, vocem hanc אֵטוּן esse

(*s*) Conf. *Iablonskius* in Thes. Eplst. La Croziano tom. I p. 167, 168, et apud *Vignolium* Chronol. tom. II p. 762.

(*t*) In nova versione Graeca Proverbiorum, quam ex uni-

Aegyptiacam (*u*), eamque Graecos extulisse ὀθόνην, et ὀθόνιον (*v*). *Clemens Alexandrinus*, Paedagogi Lib. II cap. X p. 204, memorat τὰς ὀθόνας τὰς ἀπ' Αἰγύπτου. Vestimenta Sacerdotum Aegyptiorum, ex ὀθόνης conficere, moris erat. Sic *Lucianus* in Philopseude, Opp. Tom. II p. 496 edit. Salmur., Sacerdotem aliquem Aegyptium, ex ordine τῶν Ἱερογραμματέων, hunc in modum describit, ἱερὸν ἄνδρα ἐξυρημένον, ἐν ὀθονίοις, νοήμονα. Apud Pseudo-*Callisthenem* de rebus Alexandri M., in *Fabricii* Bibliotheca Graeca, Vol. ult. p. 149, legas: Ὀθόνη ἀμφιασάμενος, οἷα προφήτης Αἰγύπτιος. Historia de Asenetha, Aegyptia, Iosephi, Aegypti Proregis uxore, (edita a *Fabricio*, in Codice Apocrypho Vet. Testamenti Vol. II) cap. II p. 88: καὶ λίθοι ἐκλεκτοὶ καὶ πολυτελεῖς, καὶ ὀθόναι ἐπίσημοι. Observa tamen, ὀθόνην,

unico S. Marci Bibliothecae codice Veneto primus eruit *d'Ansse de Villoison*, ediditque a. 1784, אֵטוּן מִצְרַיִם dicitur σχοῖνος Αἰγύπτου.

(*u*) אֵטוּן ab אָטַן, quod Arabibus وطن *mollem et delicatam accubitionem* designat; commodissime descendere, existimat *Schultens* ad Proverb. VII. 16. Ex Aegypto originem vocis repetit *Forster* de Bysso antiq. p. 75, scribens: „ ⲁⲧϩⲓ *stamen* Aegyptiis significabat, ⲛ̀ⲓⲁⲩ vel ⲟⲩⲛⲓⲁⲩ est *linum*; igitur ⲁⲧϩⲓ-ⲟⲩ-ⲛ̀ⲓⲁⲩ, *Athiouniau*, foret *stamen* seu *vestis linea* seu *lintea*; quod prorsus consonum verbis *Hesychii*, Ὀθόνια· λινᾶ ἱμάτια". Nec dissentit *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 68.

(*v*) Voces ὀθόνη et ὀθόνιον esse origine Graecas, putabant Grammatici, *Andromachus*, vel quisquis auctor Etymologici M., *Hesychius*, *Cyrillus*, ab *Albertio* in notis laudatus, *Apollonius* Lex. Homer. p. 490, aliique. Cum *Iablonskio* faciunt *Schultens*, *Forster*, *Michaëlis*, ne dicam de iis, qui sunt nimii in derivandis vocabulis Graecis e fonte Orientali.

ϣⲧⲓⲛ, Actor. x. 11 (*w*), ab interprete Copto reddi ⲛ̀ϩⲃⲱⲥ ⲛ̀ϣⲁⲩ, *vestem lineam*. Quamobrem porro in isthanc rem inquirendum esse arbitror.

ἘΤΙΕΙΚΕΑΤΑ'. *Sempervivum parvum*. Appendix ad *Dioscoridem* Lib. IV cap. 90 [p. 468].

ἘΤΘΜΟΙ'. *Lampsana*, *napium*. Appendix *Dioscoridis* Lib. II cap. 142 [p. 444, ubi εὔθμαι].

ἘΤΜΕΝΟΤΘΙ'Σ. Canobi uxor, in urbe Canobo culta. Vide articulum Μένουθις.

ἘΦΘΟ'ΣΕΧΙΝ. *Chamaeleon albus*. Appendix *Dioscoridis* Lib. III cap. 10 [p. 452].

ἘΦΗ'Ρ. *Chamaeleon albus*. Appendix *Dioscoridis* Lib. III cap. 10 [p. 452].

ἘΧΛΩΤΟΡΙΠΙΑ'. *Blitum*. Appendix *Dioscoridis* Lib. II cap. 143 [p. 444].

Z.

ZACHLAS. Nomen Prophetae Aegyptii, de quo nonnulla narrat *Apuleius* Lib. II Milef. (*x*). Loquens

(*w*) Etiam Act. XI. 5. Ὀθόνιον non eodem modo, Luc. XXIV. 12, Ioh. XIX. 40, XX. 5, 6, 7, redditum est in utraque versione Aegyptiaca, Memphitica et Sahidica, sed nusquam ⲁⲧϩⲓ-ⲟⲩ-ⲛ̀ϣⲁⲩ.

(*x*) Sunt verba *Appuleii* lib. II Metamorphos. p. 158: „ Zachlas adest Aegyptius, propheta primarius, qui mecum iamdudum grandi praemio pepigit ". *cet.* Magnam lectio-

quens de eo *Gilb. Gaulminius*, in notis ad vitam Mosis p. 234, *Zachlas*, inquit, *id est*, φωνήεις, *vel vocalis*. Quam interpretationem utinam pluribus evolvisset, vel explicuisset! Voluitne vir doctus nomen hoc explicare ex vetusto Aegyptiorum sermone? cuius cognitionem aliquam, sed admodum tenuem, aut propria industria acquisivisse, aut a *Salmasio*, amico, accepisse videtur. Aegyptiace *Zachlas*, satis verosimiliter, scribi posset ⲥⲁϧ-ⲗⲁⲥ, id est, *Scribae lingua*. Inter Aegyptiorum Sacerdotes erant quidam Γραμματεῖς, *Scribae*. *Apuleius* eorum mentionem quoque facit, Milef. Lib. XI p. 265: *Tunc ex his unus, quem cuncti Grammatea dicebant*. Plerumque dicuntur Ἱερογραμματεῖς, *Scribae Sacrorum*. Aegyptiis vero *scriba* dicitur ⲥⲁϧ, *Sach*. *Lingua* porro iisdem sonat ⲗⲁⲥ, *Las*. Erit igitur *Sach-las*, idem quod *Scribae Lingua*. Vtraque haec vox coniunctim occurrit in versione Coptica Psalmi XLV, ubi versu I verba ita habent: ⲡⲁⲗⲁⲥ ⲟⲩⲕⲁϣ ⲡⲉ ⲛ̀ⲧⲉ ⲟⲩⲥⲁϧ, LINGVA *mea calamus est* SCRIBAE. Posset etiam *Zachlas* exponi ϫⲏⲕ ⲗⲁⲥ, *Saklas*, *lingua perfecta*. Nolo tamen dissimulare, nomen illud *Zachlas*, in omnibus *Apuleii* Codicibus, haud eodem modo scribi, ut proinde ambigi queat, sitne *Zachlas* vera et genuina lectio, et ab ipsa *Apuleii* manu profecta. Ego in Codice quodam MS. Bibliothecae Bodleianae, quem *Guilielmus Laudus* legavit, scriptum reperi *Cathlas*, et *Zathlas*. Aliud nos docet *Salmasius* in Exercitationibus ad *Solinum* p. 408, ubi scribit: *In secunda Milesia Apuleii, quidam Aegyptius Propheta* Zach-

lectionis varietatem in nomine *Zachlas*, quod tamen in nova editione servatum, atque eruditorum coniecturas *Oudendorpius* notavit.

Zachlas *vocatur.* *Sed optimi libri ibi legunt* Tachas. *Legendum* Tachos, Ταχὼς, *nomen proprium Aegyptium*, *cuius apud Plutarchum et alios mentio.* Haud equidem diffiteor, coniecturam *Salmaſii* mihi quidem minus probari. At hoc tamen dnbio caret, in optimis Codicibus pro *Zachlas* legi *Tachas*, adeoque dubiis obnoxium eſſe, quaenam ſit genuina nominis illius lectio. Ea de re igitur certi quidpiam definire minime auſim.

Cum nomine hoc *Zachlas*, affinitatem aliquam habet, ſi ſonum ſpectes, nomen Angeli cuiusdam, aut Aeonis, quem olim Gnoſtici crebris celebrabant ſermonibus, *Saclas* nempe. *Epiphanius* Haereſi XXVI, quae eſt Gnoſticorum, § 10: Ἐν δευτέρῳ οὐρανῷ φασὶν εἶναι τὸν Σακλᾶν, ἄρχοντα τῆς πορνείας. Reperitur etiam nomen hoc in aliquot gemmis Gnoſticorum Abraxeis, in *Montfauconii* Antiquitate explicata editis. Erat quoque nomen idem in Secta Manichaeorum percelebre. *Auguſtinus*, de haereſibus p. m. 216, illius mentionem facit ſcribitque: *Adam et Evam ex Parentibus Principibus fumi aſſerunt natos*, *cum pater eorum nomine* Saclas *ſociorum foetus omnium devoraſſet.* Plura dabit *Iſaacus de Beauſobre*, in praeſtantiſſima Hiſtoria Manichaea Tom. II p. 405, ubi et interpretationes quaedam nominis huius afferuntur.

ZENIS. *Cynogloſſa.* *Apuleius* de Herbis cap. 90.

ΖΥΘΟΣ, ZYTHVS. Potus in Aegypto ex hordeo confectus, unde ab *Heſychio* et *Suida* exponitur οἶνος ἀπὸ κριθῆς γινόμενος, *vinum hordeaceum* (*y*). Non

(*y*) De Aegyptiis *Herodotus* lib. II cap. 77, οἴνῳ δ' ἐκ κριθέων πεποιημένῳ διαχρέωνται. *Diodorus Sic.* lib. I cap. 34, κατασκευάζουσι δὲ καὶ ἐκ κριθῶν πόμα, λειπόμενον οὐ πολὺ τῆς περὶ τὸν οἶνον εὐωδίας, ὃ καλοῦσι ζύθος. Item *Strabo* lib. XVII p. 1179, τὸ δὲ ζύθος ἰδίως μὲν σκευάζεται παρ' ἐκείνοις. Alia de *Zytho* dabunt *Alberti* ad *Heſychium* v. Ζύθος, *Valc-*

Non tantum rem ipſam, ſed nomen hocce, Aegypto etiam deberi, teſtatur *Theophraſtus* Lib. VI de cauſis Plantarum, cap. XV, *Ὣς οἱ τοὺς οἴνους ποιοῦντες, ἐκ τῶν κριθῶν, καὶ τῶν πυρῶν, καὶ τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον ζύθος.* Idem *Plinius* tradit Lib. XXII cap. 25. *David Wilkinſius*, in explicatione vocum Aegyptiacarum p. 103, iudicat, vocem hanc e Graecia (*z*) in Aegyptum fuiſſe translatam, cum tamen certum ſit, hanc potius confectionem non Graecis, ſed Aegyptiis deberi. Hi igitur rei a ſe inventae nomen utique dediſſe videntur. Ait ibidem vir eruditus, neminem, excepto *Theophraſto* et *Plinio*, vocem iſtam nobis pro Aegyptiaca venditare. Verum id nullum rei huic detrimentum adfert. *Theophraſtus*, ſcriptor Graecus egregie doctus et valde laudatus, vocem origine eſſe Aegyptiacam haudquaquam affirmaſſet, ſi ea natales habuiſſet Graecos. Sed praeter duos illos, quos excitavimus ſcriptores, ſunt alii non pauci numero, qui idem aſſeruerunt. Et nemo omnino eſt veterum, qui, loquens de origine Zythi, id non obſervaverit. Clariſſime id teſtantur *Diodorus Siculus* Lib. I p. 31, *Hieronymus* in Ieſaiam Lib. VII col. 184, et alii, quorum teſtimonia conquiſiverunt *Gerh. Ioh. Voſſius*, de vitiis Latini Sermonis Lib. I cap. 4, p. m. 18, 19, et *Lindenbrogius* in *Ammianum* p. 166. Hebraei cum his conſentiunt. In Tractatu Talmudico פסחים cap. III, et Miſchn. I (*zz*) legas, זיתום המצרי, *Zythus Aegyp-*

Valckenaerius et *Weſſelingius* ad *Herodoti* locum, multi alii, quos laudavit Cl. *Tydeman* not. ad *Shawii* Itinera tom. II p. 92. Veterum autem teſtimonia tantum non omnia ſedulo iam collegerat *H. Stephanus* in Indice Theſ. Gr. p. 1011.

(*z*) Graecum vocabulum eſſe opinantur plures, in iisque *I. D. à Lennep* part. I Etymolog. p. 312. Quorum eſt ſententia tolerabilior, quam *Pontani* et *Rami*, Gallicae eſſe originis cenſentium. Vid. *Weſſelingium* ad *Diodori Sic.* lib. V cap. 26.

(*zz*) Cap. 3 pag. 142 edit. Surenhuſii.

gyptiacus. Plura inveniri possunt in *Buxtorfii* Lexico magno Talmudico, voce זתום, fol. 694, 695. Adde *Harenbergii* Dissertationem de inopia pluviae in Aegypto, in Miscellan. Lipsiens. Novis, Vol. 1 p. 213 ac sqq. Quod iam ad originationem vocis Aegyptiacae attinet, ⲥⲓϯ exponi potest *dans potum*, vel *liquorem potabilem*. An vero haec sit genuina vocis illius significatio, pro certo affirmare non ausim.

In Bibliotheca Ducali Gothana servatur Codex MS., qui inter alia continet *brevem notitiam*, *quomodo* (in Aegypto haud dubie) *ex hordeo polenta fiat*, *et cerevisia coquatur.* Vide *Fabricium*, ex *Reinesio*, in Bibliothecae Graecae Vol. XII p. 749. Cum autem illius brevis notitiae ab amplissimo et celeberrimo Viro, *Carolo Schlaegero*, qui Serenissimo Duci a Consiliis, a Bibliotheca, et Antiquitatibus est, apographum mihi expetiissem, is pro sua humanitate precibus meis locum dedit, schedamque petitam ex Cod. MS. descripsit, atque ad me transmisit. Ea autem sic habet:

P. 165. *b.*

Περὶ ζύθων ποιήσεως.

Λαβὼν κριθὴν καθαρίαν καλὴν, βρέξον σα̅ [i. e. *ἡμέραν μίαν. Schlaeger.*] *καὶ ἀνάσπασον ἢ καὶ κοίτασον ἐν ἀνημέμῳ* [leg. *ἀνηνέμῳ. Schlaeger.*] *τόπῳ ἕως πρωΐ· καὶ πάλιν βρέξον ὥρας ε̅. ἐπίβαλε εἰς βραχιώνιον ἀγγεῖον ἠθμοειδὲς καὶ βρέχε. προαναξήρανε,* [leg. *προαναξήραινε. Schlaeger.*] *ἕως οὗ γένηται ὡς τίλη. καὶ ὅτε γένηται ψύξον ἐν ἡλίῳ, ἕως οὗ πέσῃ. Τὸ μαλίον· γὰρ πικρὸν, λοιπὸν ἄλεσον καὶ ποίησον ἄρτους προσβάλλων ζύμην, ὥσπερ ἄρτον. καὶ ὄπτα ὠμότερον· καὶ ὅτ' ἂν ἐπανθῶσε, διάλυε ὕδωρ γλυκὺ, καὶ ἤθμιζε. διὰ ἠθμοῦ ἢ κοσκίνου λεπτοῦ. ἄλλοι δὲ ὀπτόντες,* [leg. *ὀπτῶν-*

ὀπτῶντες. *Schlaeger.*] ἄρτους βάλλουσιν εἰς χλουβὸν, [χλουβὸς hic ahenum, vel fimile aliquod vas eſt.] μετὰ ὕδατος, καὶ ἕψουσι μικρὸν, ἵνα μὴ κοχλάσῃ, μήτε ᾖ χλιαρόν. καὶ ἀνασπῶσι, καὶ ἠθμίζουσι. καὶ περισκεπάσαντες θερμαίνουσι, καὶ ἀνακρίνουσι. Huc usque Codex MS.

H.

Ἡ Θ. *Cor.* Ita interpretatur vocem hanc *Horapollo*, et recte, Lib. I cap. VII. Nam in Aegyptiorum libris *cor* dicitur ⲌⲎⲦ, *Het* ſeu *Heth.*

ἩΘΑ'ΝΙΟΝ. Inter Aegyptiorum vaſa commemoratur et hoc ab *Hellanico* in Aegyptiacis, apud *Athenaeum* Lib. XI p. 470. Addit *Caſaubonus* in notis, nuspiam praeterea vocem hanc reperiri. Nempe eſt non Graeca, verum Aegyptiaca. Penſitandum aliis relinquo, an non credi poſſit vox ἠθάνιον deſcendiſſe ab ⲆⲞⲨⲰⲦⲌ, quod ἀντλεῖν ſignificat, ut igitur ἠθάνιον Aegyptiis dictum ſit ἄντλημα, *hauritorium*, vas, quo aqua aut alius liquor hauriri poſſit. Illud tamen, fateor, explicationi nunc oblatae videtur adverſari, quod Ἠθάνιον *Hellanici*, non fuiſſe ἄντλημα, verum poculi quamdam ſpeciem, ex *Athenaeo* ſatis liqueat. Quare nihil definio. Rem potius in ſuſpenſo relinquam. Alius forte meliorem ac veroſimiliorem dabit interpretationem.

ἩΜΙΤΥ'ΒΙΟΝ (*a*). Veſtis quoddam genus Aegyp-

(*a*) Invenitur apud ſcriptores Graecos ἡμιτύβιον et ἡμιτύμβιον, eademque lectionis varietas eſt in codicibus MSS. *Pollucis* aliorumque. „ Vtram ſcribendi rationem ſequaris, modo

gyptium. *Pollux* Lib. VII cap. 16, Τὸ δὲ ἡμιτύβιον, ἔςὶ μὲν καὶ τοῦτο Αἰγύπτιον. Ait deinde, esse sudarium, et sic in media Comoedia accipi, quam in rem versus hos adfert ex Pluto *Aristophanis* p. 76.

Ἔπειτα, καθαρὸν ἡμιτύβιον λαβὼν,
Τὰ βλέφαρα περιέψησεν. ——

ubi Scholiastes notat: Ἡμιτύβιον, ἀντὶ τοῦ σουδάριον ῥάκος ἡμιτριβὲς λινοῦν τί, οἷον ἐκμαγεῖον. Καὶ Σαπφὼ, Ἡμιτύβιον ςαλάσσων [ςάλασσον] ἢ δίκρωσσον [δίκροσσον] φακιόλιον. *Damascius* in vita Isidori, apud *Photium*, in Bibliotheca p. 569, edit. Graec. Hoeschel. Τὸ προσώπου τὸ ἐκμαγεῖον, ἡμιτύβιον. *Galenus* in Lexico vocum Hippocratearum, editus cum *Erotiano*, p. 75, Ἡμιτύβιον, ὀθονίου παχέος μέρος.

Si vox vere Aegyptiaca est, quemadmodum *Pollucem* affirmare vidimus (*b*), credo, τύβιον esse originis Aegyptiacae, et sic dictum fuisse linum, aut aliquam lini speciem, Sacerdotum praecipue usibus destinatam, id enim vox τύβιον significare videtur. Ἡμιτύβιον vero Graecis debetnr, qui aliam lini speciem, crassiorem et viliorem, sic appellarunt. Τύβιον, ablata nempe terminatione Graeca, Aegyptiis sonuisse ⲦⲞⲨⲂⲞ, valde verisimile est. Id autem *purum*, *mundum*, *sanctum* designat. Haec denominatio apud Aegyptios lino generatim competit, quippe quod sanctum et purum

modo ἡμιτύβιον origini suae magis consentire teneamus, nihil omnino interest": quae verba sunt *Hemsterhusii* ad *Aristophanis* Plutum v. 729. *Hesychius*, Ἡμιτύβιον· λινοῦν ἔνδυμα, ἢ σινδόνιον δίκροσσον, ubi conf. *Alberti* et ceteri interpretes.

(*b*) Vocem ἡμιτύβιον ab Aegyptiis manasse, vere monuit *Pollux*, iudicante *Hemsterhusio* ad *Aristophanis* Plutum v. 729, ad quem locum *E. Spanhemius* non aliter iudicasse videtur.

rum censebatur. *Apuleius* in Apologia p. 310. *Lana, segnissimi corporis excrementum, pecori detracta, iam inde Orphei et Pythagorae scitis, profanus vestitus est. Sed enim* mundissima lini seges, *inter optimas fruges terrae exorta, non modo indutui et amictui* sanctissimis Aegyptiorum Sacerdotibus, *sed opertui quoque in rebus sacris usurpatur*. Sic et *Gratius* in Cynegetico v. 42.

Vix operata suo Sacra ad Bubastia lino
Velatur sonipes aestivi turba Canopi.

Philostratus de vita Apollonii Tyanei Lib. VIII, cap. 3, Λίνον δὲ σπείρεται μὲν, ὡς ἔτυχε, —— ἀλλ' ὅμως ἐπειδὴ μὴ ἀπ' ἐμψύχων ἐδρέφθη, καθαρὸν μὲν Ἰνδοῖς δοκεῖ, καθαρὸν δὲ καὶ Αἰγυπτίοις. Hinc legitur apud *Suetonium* in Octavio cap. 12, *lintea relegiosaque vestis*. Potuerunt itaque Aegyptiis ⲦⲞⲨⲂⲈ dici, et inde Graecis τύβια, quaecumque ex lino, mundissima segete, et praecipue lino Aegyptiaco, quod optimum fuisse testatur *Plinius*, conficerentur. Quae autem adulterarentur, et viliora viderentur, ἡμιτύβια dicta fuere. Nam certe pro linteo crassiori, notaeque peioris, accipiunt Graecorum Grammatici. Idque res ipsa satis clare ostendit.

'ΗΩ'. Ita Graecorum sermone *Aurora* dicitur. Accipitur vero etiam pro *die*. Vide *Eustathium* in Odyss. B. p. 1430 et inprimis in Odyss. E. pag. 1527, ubi quoque observat, τὴν 'Ηὼ σωματοειδῆ, ut Deam, a Poëtis fingi. Adde *Athenaeum* Lib. V p. 195 B. Nec minus *Eustathius* illic ex *Hesiodo* monet, Deam hanc perhiberi noctis filiam. Τὴν ἠῶ vero, quando interpretatur *diem*, id ex Aegyptiorum sermone illustrari potest. Illis enim *dies* dicitur ⲈϨⲞⲞⲨ, *Eho-u*. Idque hic tanto magis observatione nostra dignum est, quia 'Ηὼ, Dea illa Poëtarum σωματοειδὴς, mater fuis-

se fingitur Memnonis, cuius in Thebaide statuam vocalem veteres magnopere celebrant. Vide mea de Memnone Syntagmata. Deam illam *Diem* interpretantur ex veteribus non pauci, quorum loca adduxi in Syntagmate primo. *Diem* vero inter octo Aegypti Numina primaria et antiquissima numerari, ostendi in Prolegomenis ad Pantheon Aegyptiorum, cap. II § XXIX, p. LXX et seqq.

Θ.

THABORIS, *Chamaeleon*, herba. *Apuleius* de Herbis cap. 23.

ΘΑ΄ΛΑΜΟΣ. Vox notissimae significationis, quam Aegyptiacae esse originis, apud quosdam memoriae proditum inveni. Duas potissimum habet vox haec significationes, quarum altera notior est ac vulgata magis, eamque Aegyptiis quoque in acceptis fert *Isidorus*, Origin. Lib. XV cap. 3, *Aegyptii quoque, lingua sua, loca, in quibus nubentes succedunt et incubant, thalamum appellant.* Hanc significationem vocis *thalamus* apud Graecos Romanosque fuisse receptam maxime, omnes norunt. Idemne vero etiam Aegyptiis designaverit *θάλαμος*, dubiis expositum magis videri potest. Nam Psalmo XIX. 5, quod in Graeco legitur: *ὡς νύμφιος ἐκπορευόμενος ἐκ παςοῦ αὐτοῦ*, ubi *παςὸς* idem plane significat, quod *θάλαμος*, Coptus ita reddit: ⲙ̀ⲫⲣⲏϯ ⲛⲟⲩⲡⲁⲧϣⲉⲗⲉⲧ ⲉϥⲛⲏⲟⲩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲙⲁⲛ̀ϣⲉⲗⲉⲧ. *Παςὸς* igitur Aegyptiace vertitur ⲙⲁⲛ̀ϣⲉⲗⲉϯ, proprie *locus* (habitatio) *sponsae*. Nulla hic in Aegyptiaco sermone vestigia vocis *thalamus*. Potuit tamen fieri, ut locus, qui de *sponsa*

dictus

dictus eſt ⲙⲁⲛϣⲉⲗⲉⲧ, *conclavae ſponſae*, alio quodam reſpectu diceretur *θάλαμος*. Eſt et alia vocis huius ſignificatio, Aegypto magis propria, quam *Plinius* aliique plurimi nobis tradunt. Verba *Plinii* ſunt Lib. VIII cap. 46: *ſunt ei* (Api) *delubra gemina, quae vocant Thalamos, auguria populorum. Solinus*, ubi de Aegypto, cap. XXXII, *Delubra, quibus ſuccedit et incubat* Apis, *myſtice thalamos nominant.* Obſerva, his ipſis verbis uſum eſſe *Iſidorum*, paulo ante excitatum; ſed ea ad alium ſenſum tranſtuliſſe. *Thalamum* pariter Apidi tribuit *Ammianus Marcellinus* Lib. XXII p. 245, et *Aelianus* de Animal. Lib. XI cap. 10. Video *θαλάμους* etiam vocari Sacella in maioribus Templis aliarum gentium inaedificata. Sic *Lucianus* de Dea Syria cap. 31: *Ἔνδοθεν δὲ ὁ νηὸς οὐκ ἁπλόος ἐστὶ, ἀλλὰ ἐν αὐτῷ θάλαμος ἄλλος πεποίηται. — Ἐς μὲν οὖν τὸν μέγαν νηὸν πάντες εἰσέρχονται, ἐς δὲ τὸν θάλαμον οἱ ἱρέες μοῦνον.* Interpretes Scripturae V. Teſtamenti Alexandrini, loquentes de Templo Domini, thalamos huiusmodi ſolent appellare *παστοὺς*, vel *παστοφόρια*. *Hieronymus* in Ieſaiam Lib. VII (Operum Tom. III) col. 200, *Praecipitur Iſaiae Prophetae* (cap. XXII. 15) *ut ingrediatur ad eum, qui habitat in Tabernaculo, quod Hebraice dicitur* SOCHEN. — SOCHEN *autem, vel Tabernaculum interpretatur, vel* PASTOPHORION, *hoc eſt* THALAMVS, *in quo habitat Praepoſitus Templi.* Ibi in Graeco eſt, *Πορεύου εἰς τὸ παστοφόριον.* Idem *Hieronymus* Lib. XII in Ezechiel. cap. XL col. 981. *Poſt limen autem portae, iuxta Hebraicum, menſus eſt* THALAMVM *ſive cubiculum, ut Symmachus tranſtulit παραστάδας, id eſt, poſtes ex utraque parte, calamo uno, tam in longum quam in latum. Quod et ipſum* LXX. *Aelam tranſtulerunt, quod in conſequentibus Symmachus* anteliminare *interpretatus eſt. Inter thalamos autem duos, ſive cubicula*, et *παραστάδας erant quinque cubiti.* Et poſt non-

nonnulla addit: *Thalami autem, id est cubicula, quae post portam Orientalem erant aedificata in vestibulis, respiciebant ad viam Orientalem.* Videtur igitur *thalamus* dictum fuisse *cubiculum* in Templo, vel exiguum delubrum aut sacellum singularis formae sive structurae. *Herodotus* thalamum etiam nuncupat *αὐλήν*: Αὐλήν τε τῷ Ἄπι ἐποίησε, Lib. II cap. 153. Nisi modo Aula Apis, ab eiusdem Thalamo, vel sacello, distinguenda sit, quod utique verum est. Vide *Strabonem* Lib. XVII p. 555. Conf. Pantheon Aegyptiorum Part. II p. 186, 187.

Crediderim *Thalamum*, qualis ille fuit Apis, Porticum fuisse oblongam, vel cubiculum, forte columnis distinctum, cuius maior multo esset longitudo, quam latitudo. Inde auguror esse, quod Aegyptii navigia quoque habuerint, in formam et ad imitationem Thalamorum fabricata, quorum nonnunquam veteres meminere. De Ptolemaeo Philopatore *Athenaeus* memoriae prodidit Lib. V p. 204, *κατεσκεύασε δὲ ὁ Φιλοπάτωρ καὶ ποτάμιον πλοῖον, τὴν θαλαμηγὸν καλουμένην.* *Strabo* quoque Lib. XVII p. 550, mentionem facit τῶν θαλαμηγῶν πλόιων, ἐφ' οἷς οἱ ἡγεμόνες εἰς τὴν ἄνω χώραν ἀναπλέουσιν (c). Huiusmodi navibus θαλαμηγοῖς Apim sigillatim, Nilopoli Memphim vehi consuevisse, testatur *Diodorus Siculus* Lib. I p. 76, cuius haec sunt verba: *Ἔπειτα εἰς θαλαμηγὸν ναῦν, οἴκημα κεχρυσωμένον ἔχουσαν, ἐμβιβάσαντες, [τὸν μόσχον] ὡς θεὸν ἀνάγουσιν εἰς Μέμφιν, εἰς τὸ τοῦ Ἡφαίστου τέμενος.*

Vocem hanc Aegyptiacam Θάλαμος aliquando Clar. *La Crozius* putabat plane eamdem esse cum ϴⲖⲰⲘ, *Thlom*,

(c) Θαλαμηγὰ χρυσόπρυμνα καὶ χρυσέμβολα memorat *Appianus* Alex. in praefat. p. 13 ed. novae. Conf. *Rhodomanus* ad *Diodorum Sic.* lib. I cap. 85, *Burmannus* aliique interpretes *Suetonii* in Caes. cap. 52.

Thlom, quo nomine Aegyptii vocant αὔλακα, *fulcum*, Numeror. cap. XXII. 24, Pfalm. LXV. 10. Neque mihi tum illa interpretatio difplicuit. At nunc, ubi rem hanc curatius expendo, nefcio, poffitne aedificium aliquod, aut conclave, *fulci* nomine rite defignari. Eftne, qui *fulcum Apis* intelligat de Sacello, bovi huic apparato? In mentem itaque venit, quod in *Wilkinfii* Differtatione de Lingua Coptica legiffe me recordor p. 113, ⲉ̀ⲗⲁⲙ Coptis *porticum* fignificare. ⲉ̀ⲗⲁⲙ, inquit, *porticus*, Hebr. אולם. Hebraeis certe אולם dici *porticum*, obfervant Philologi ex 1 Reg. VI. 3. Forte idem fignificat Αἰλὰμ, qua voce interterpretes Alexandrini faepius utuntur Ezechielis cap. XL. Videtur Clariffimus *Wilkinfius* eamdem vocem ⲉ̀ⲗⲁⲙ, in libro aliquo Vet. Teftamenti, Coptice verfo, deprehendiffe, quo ego ufus non fum. Eftque verofimile, voces has אולם, Αἴλαμ, et ⲉ̀ⲗⲁⲙ, rem unam eamdemque fignificare, et ex Aegyptiaca ⲉ̀ⲗⲁⲙ deinde reliquas derivatas fuiffe. Quod fi ita fe habet, uti auguror, tum habebimus origines vocis θαλάμου Aegyptiacas. Nam fi voci ⲉ̀ⲗⲁⲙ, praeponas notam foeminini generis, habebis ⲑⲉ̀ⲗⲁⲙ, *Thalam*, quod *porticum*, aut conclave porticui fimile, defignat. Si addideris terminationem Graecam, exhibit θάλαμος.

THEBAE. Vrbs in Aegypto ampliffima et praeftantiffima, totiusque Aegypti fuperioris princeps, a qua Provincia Thebais denominata eft. Verum quidem urbis illius maximae nomen, quod ex S. Scriptura didicimus, fuit *Amun-Noh*, vel *Noh-Amun*, de quo nonnulla deinde obfervabo. Sed veteres tamen aliquo modo fignificant, *Thebarum* nomen eidem urbi ab Aegyptiis pariter impofitum fuiffe. Et *Hieronymus*

Prooemio Lib. II ad Galatas obſervat, urbem hanc ſuo tempore *Thebeſten* vocatam fuiſſe. Eſt igitur originatio nominis illius ex ſermone Aegyptiaco petenda. Magnus *Bochartus*, in Hierozoici Part. I col. 169, ex *Kirchero*, monet, ⲑⲃⲁ, *thba*, Aegyptiis ſonare *decem millia*. Hinc putabat nomen fuiſſe Thebis. Verum ipſe *Bochartus* legendus eſt, qui illuſtrari poterit ex notis *Iſ. Voſſii* ad *Pomp. Melam* Lib. I cap. 9 p. 77, 78. Aliud mihi quondam in mentem venit, quod paucis exponam. Teſtantur Scriptores optimi, *Herodotus* et *Ariſtoteles*, ab *Iſ. Voſſio*, loc. cit. p. 79, ad teſtimonium vocati, olim *Thebarum* nomine totam Aegyptum, Aegyptum nempe ſuperiorem, deſignari conſueviſſe. Adde locis, a *Voſſio* allatis, *Olympiodorum* in *Ariſtotelis* Meteorologica p. 26. *a.* Aegyptus vero erat, ut *Hieronymus* monet, *humilis* et *deiecta.* Verba eius haec ſunt Lib. IX in Ezechielem (Oper. Tom. III) col. 904: *Neque vero unum habet flumen draco Aegyptius, ſed multa flumina, quibus irrigat Aegyptum humilem et deiectam, et nihil in ſe habentem montium. Humilem* vero et *deiectum* Aegyptii dicunt ⲑⲉⲃⲓⲉ, *thebie*, et ⲑⲉⲃⲓⲱ, *thebio*. Plerumque id de morum humilitate quidem uſurpatur, ſed tamen etiam de terrae humili et aequabili planitie. Ita accipitur in fragmento quodam Ieſaiae cap. XL. 4, quod ex Lectionario quodam vetuſto Eccleſiae Copticae, in Abbatia S. Germanenſi, Lutetiae Pariſiorum deſcripſi: ⲧⲱⲟⲩ ⲛⲓⲃⲉⲛ. ⲛⲉⲙ ⲕⲁⲗⲁⲙⲫⲟ ⲛⲓⲃⲉⲛ. ⲉⲩⲉⲑⲉⲃⲓⲱⲟⲩ.— ⲟⲩⲟϩ ⲛⲏⲉⲑⲛⲁϣⲧ, ⲛⲁϣⲱⲡⲓ ⲉ̀ϩⲁⲛⲙⲱⲓⲧ ⲉⲩⲭⲏⲛ. Graeca, quae interpretes Copti in linguam ſuam transtulerunt, ita habent: Πᾶν ὄρος καὶ βουνὸς ταπεινωθήσεται. καὶ ἔςαι – ἡ τραχεῖα εἰς πεδία. In eo vero humilitas Aegypti ſita eſt, quod ſit πεδιὰς, *campeſtris*, et *plana*, quemadmodum *Herodotus* loquitur Lib. II cap. 108:

quod

quod et omnes, qui Aegyptum viderunt, concordissime affirmant. Animadversione indignum non est, quod in verbis e Iesaia translatis, coniungantur *loca humilia* et ⲉⲩϫⲏⲛ, *levia*, montibus et collibus vacua, πεδία, *campestria*, ut est in Graeco. Vti enim a priori voce ⲑⲉⲃⲓⲟ, *humilitate*, nomen habuisse *Thebas* urbem, non praeter rem coniicio, ita a voce posteriori ϫⲏⲛ, vel ϫⲁⲛⲉ, *levi*, denominata videtur urbs Aegypti inferioris antiquissima, quae in S. Scriptura dicitur צען, *Tsoan*, Graecis Τάνις, in Coptorum vero libris ϫⲁⲛⲏ. Ad hanc vero urbis *Taneos*, et nominis huius interpretationem, ipse textus Sacer manu nos ducit, in quo legimus, Deum miracula edidisse ἐν πεδίοις Τάνεως, in *campestribus Taneos*. Et vero, in loco Iesaiae πεδία, *campestria*, Coptus interpres vertit ⲉⲩϫⲏⲛ, quod e ϫⲁⲛⲏ descendit.

Obiici quidem posset, *Thebaidem* postea Arabibus dictam fuisse, hodieque dici *Sahid*, id est, *regionem altam*, teste *Vanslebio*, in Relatione itineris sui Aegyptiaci Gallica, p. 20. Id etiam de Aegypto superiore observat *Theophrastus* de Ventis p. 404, τὰ δὲ ἄνω ὑψηλοτέρα. Sed id tantum locum habet respectu Aegypti inferioris, quae depressior creditur. Aegyptus superior ceteroquin, non minus quam inferior, humilis est, et deiecta, atque in campis agri illius montibus non intercipiuntur. Ideoque dici recte potuit ⲑⲉⲃⲓⲉ, vel ⲑⲉⲃⲓⲟ (*d*).

THE-

(*d*) *Forster* in epist. ad *I. D. Michaelis* p. 7 nomen *Thebarum* repetit a voce ⲧⲉⲟⲩⲏϩ, *habitatio*, existimatque illustrari hinc posse verba *Herodoti* lib. II cap. 15, τὸ δ᾽ ὦν πάλαι αἱ Θῆβαι Αἴγυπτος ἐκαλέετο, quandoquidem pars Aegypti semper fuit *habitabilis*.

THEOMENESTRVM. *Pentaphyllon*, herba. *Apuleius* de Herbis cap. 2. Editio Torini habet *Themonestron*.

ΘΕ'ΡΜΟΥΘΙΣ. Aspidis quaedam species, sacra, Isidi quippe singulatim dicata, qua et Deae huius caput cingi solebat. *Aelianus* de Animal. Lib. x cap. 31. Quod, si interpreteris, θανατηφόρον significat, vel mortiferam. Cuius rei rationem suggerit idem *Aelianus* Lib. vi cap. 38, *Nullus, ab aspide morsus, ex malo incolumis evasisse memoratur. — Amplius quatuor horis* (e), *quos momorderint, vivere non possunt.* Erat haecce aspis symbolum Isidis, quae *Tithrambo* cognominabatur, quasi dicas *ira furentem*. Etenim criminum et scelerum vindex habebatur. Ideoque et ipsa haec *Isis* cognomen quoque habuit *Thermuthis*. De hisce Isidis cognominibus egi in *Pantheo Aegyptiorum* Lib. I cap. v, sigillatim de *Thermuthi*, § 10, 11.

ΘΕ'ΣΚΕ. *Cyclaminus*, herba. Appendix *Dioscoridis* Lib. II cap. 194 [p. 447]. Vide infra in v. *Tithotos*.

ΘΕΥΘ a *Platone*, in Philebo, appellatur Numen illud Aegyptiorum celeberrimum, quod alii *Thot*, vel *Thoth*, alii *Thoyth* nuncupant. De eo plura vide in ΘΩ'Θ.

ΘΕΦΙ'Ν. *Polygonon*, vel *Proserpiniaca*, herba. *Apuleius* de Herbis cap. 18. Appendix *Dioscoridis* Lib. IV cap. 4 [p. 462]. *Kircherus* interpretatur ⲤⲦⲈⲘⲪϮ, idque vult significare *curam Dei*, in Oe-

(e) Legebatur quondam τετάρτης ὥρας. Editio Gronoviana praebet τετάρτου ὥρας, ut significetur pars quarta horae.

Oedipi Tom. III p. 75; imperite omnino, ut reliqua omnia.

THIOPHENGES. *Peristereon*, herba. *Apuleius* de Herbis cap. 65.

THIS. *Mentastrum*, ἡδύοσμον. *Apuleius* cap. 9. Appendix *Dioscoridis* Lib. III c. 41 [p. 454] habet Τίς. Observa, ἡδύοσμον Matth. XXIII. 23, et Lucae XI. 42, redditum esse ⲡⲓⲁϭⲓⲛ ⲛⲥⲑⲟⲓ, ab interpretibus Coptis.

ΘΜΟΥΙΣ, THMVIS. Vrbs Aegypti, *dicta lingua Aegyptia ab hirco*, inquit *Hieronymus* Lib. XIII in Iesaiam, col. 340, Op. Tom. III, et Lib. II in Iovinian. cap. 6, Oper. Tom. IV, ubi *Thmuis*, inquit, *interpretatur hircus.* Ad haec loca respiciens *David Wilkinsius*, in Dissertatione de lingua Coptica pag. III, ita pronuntiat: *Copti hodie* ⲙⲟⲩⲓ *hircum feram vocant.* Verum in libris Coptorum ⲙⲟⲩⲓ *Leonem* designat quidem; at nunquam *hircum.* Si ad sonum vocis *Thmuis* attendas, dicendum foret, ea significari *Leontopolin*, vel *urbem Leonis*, aut *Leonum*, quod, qua ratione urbi illi, cuius Numen tutelare erat *hircus*, convenire queat, alii viderint. Suspicor tamen, urbem hanc Aegyptiace, forte non a ⲙⲟⲩⲓ, *leone*, verum a ⲙⲟⲩⲉ̀, quod *radium solarem* innuit, denominatam fuisse. Vox haec Aegyptiaca, eo, quo dixi, sensu, reperitur Hebr. I. 3, et ab ea *Pyramis*, vel *obeliscus*, in honorem solis erectus, nomen accepit, quod pluribus explico in Prolegomenis ad Pantheon Aegyptiorum cap. II § XXXIV. Quia igitur *Mendes*, Numen Aegyptiorum, *Thmui*, in hirco animali cultum, symbolica quaedam solis imago erat, quod adductis idoneis rationibus in Pantheo Aegyptiorum, Lib. II cap. VII, prolixe ostendi, potuit urbs, in honorem so-

ſolis, aut hirci, qui eius putabatur imago, condita, facile a radio ſolis denominari, etſi proxima huius denominationis ratio, a veteribus quippe memoriae non mandata, nos lateat. Quod vero *Hieronymus*, ſine dubio poſt alios, *Thmuin* ab *hirco* ſic dictam eſſe perhibeat, hanc veram eſſe rationem exiſtimo. Vrbs haec *Thmuis* (*f*), Praefecturae Mendeſiae caput, etiam vocatur *Mendes.* Vide *Cellarii* Geographiam antiquam Africae p. 28, 29. *Mendes* vero nomine hoc inſignita erat a *Mendete* Numine, quod in hirco animali colebatur, unde veteres quidam ſibi perſuaſerunt, etſi falſo, *Mendes* Aegyptiis *hircum* ſonuiſſe. Sed hac de re prolixe diſſerui in Pantheo Aegyptiorum Lib. II cap. VII.

ΘΩΘ, THOTH, vel THOT, vel THEVTH, vel THOYTH. Numen Aegyptiorum, ſermonibus veterum non mediocriter celebratum, quod Graeci *Mercurium* interpretantur. Numini huic Aegyptii inventionem literarum, et ſcientiarum aliarum propemodum omnium, in acceptis ferunt, ut videatur eſſe nomen, non Philoſophi cuiuspiam, aut etiam Dei, verum ipſius ſcientiae. Quia autem ſcientiae olim, ac praeſertim in Aegypto, columnis inſcribebantur, idque quod in columnis inſcriptum erat, Mercurio huic vel *Thoth*, tanquam vero auctori, adſcribebatur, ſu-

ſpi-

(*f*) Nomen urbis varie ſcriptum eſt, nec una ratione corruptum in libris antiquis, Graecis, Latinis, Copticis. Vide *Berkelium* et *Holſtenium* ad *Stephanum Byz.* v. Θμοῦϊς, *Suritam* ac *Weſſelingium* ad *Antonini* Itin. p. 153, inprimis *A. A. Georgium* in praefat. ad Fragm. Euang. Iohannis Thebaicum p. VIII, IX, ſed qui dubium facit, ſintne Thmuis et Mendes una eademque urbs Aegypti. *Herodotus* certe lib. II cap. 166 diſtincte numerat *νομοὺς Μενδήσιον* et *Θμουΐτην*.

ſpicatus ſum, *Thoyth* re ipſa nihil aliud fuiſſe, quam ϯⲱⲟⲩϯ, id eſt, *columnam*, in qua res memorabiles, ac inprimis ſcientiarum meliorum inventa, inſcribi conſueverant. Exſtat ea de re ampla noſtra Diſſertatio, in Pantheo Aegyptiorum Lib. v cap. v, ubi omnia, quae ad Numinis huius hiſtoriam veramque ſignificationem ſpectant, diligenter excutiuntur (*g*).

ΘΟΥ'ΗΡΙΣ, Typhonis pollex, teſte *Plutarcho* de Iſide et Oſir. p. 358. Auguror, vocem hanc Aegyptiace ſcribendam eſſe ϯⲟⲩⲣⲏⲥ, quod *auſtrum* ſive *ventum meridionalem* ſignificat. Pluribus expoſitionem hanc adſtruxi et illuſtravi in Pantheo Aegyptiorum lib. v cap. 3 § 5—8.

ΘΥΟΣΙΜΑ'ΡΗΣ. Nomen regis Thebaei in Aegypto, quod *Eratoſthenes* in Catalogo regum illorum exponit κρατaιὸς ὅ ἐςιν ἥλιος. In annotationibus ad illum Catalogum, in *Vignolii* Chronologiae Sacrae Tom. II p. 756, monui, nomen Aegyptiacum ſic legi oportere, Ουοσιμάρης, quod ſic ſcribi poteſt Aegyptiace ⲟⲩⲟⲛϣ ϫⲟⲙ ⲉ̀ⲣⲏ, id eſt, *potens, qui eſt ſol.* Plura, quibus interpretationem hanc confirmavi, legi poſſunt loco nunc indicato.

ΘΥ-

(*g*) Agitur ibidem, p. 157, 162—164, de nomine menſis primi Aegyptiaci *Thoth*, cuius etiam *Cicero* meminit lib. III de N. D. c. 22, ubi quondam *Thoyt* vel *Thoyth* edebatur, nunc rectius *Thoth*. Repetiit *Tullii* verba *Lactantius* lib. I cap. 6 § 6, ubi conf. notas *Cellarii* et *Bünemanni*. In Anthologia Graeca tom. I p. 354 optime Θώθ, et in Latina *Grotii* verſione *Thoth*. In libris Coptorum MSS. nomen menſis ſcribitur ϯⲱⲟⲩⲧ. Vide Theſ. Epiſt. La Crozianum tom. III p. 133.

ΘΥΡΙΛΛΟΣ. Aliud nomen regis cuiusdam Thebaei, quod ab eodem *Eratosthene* Graece redditur, ὃ ἐστιν αὐξήσας τὸ πάτριον κράτος, *augens robur paternum*. In annotationibus meis ad hunc locum p. 757, 758, observavi, pro Θύριλλος, legendum esse Θηνίαλος, quae est levissima mutatio, praesertim, si, ut olim fieri consueverat, literae adhibeantur maiusculae. Parum certe a ΘΥΡΙΛΛΟϹ differt ΘΗΝΙΑΛΟϹ. Id iam ex sermone Aegyptiaco explicandum est. Nempe ⲑⲏⲛⲓ, (*theni*) est αὐξάνειν, *crescere*, Marci IV. 8, 27. ⲁⲗⲟⲩ vero, vox valde communis et trita, *puerum* designat. Erit igitur ⲑⲏⲛⲓ ⲁⲗⲟⲩ, *theni - alu*, παῖς αὐξήσας, *puer crescens* et *augescens*. Sed plura l. c. videri possunt.

I.

IAOR vel IEOR. Eo nomine in scriptis V. Testamenti flumen *Nilum* designari videmus, Genes. XLI. 1, Exod. I. 22, et alibi. Aegyptii *fluvium* ⲓⲁⲣⲟ, *Iaro* (*h*), dicunt. Et quia Nilus unicus et solus est in

(*h*) Dialecto nempe Memphitica; Sahidica autem ⲓⲉⲣⲟ, vel potius ⲉⲓⲉⲣⲟ. Vid. Lexicon *La Crozianum* p. 186, inprimis *Georgium* ad Fragm. Liturgica p. 320, 321. Pariter Nilus κατ' ἐξοχὴν tantum dicitur ὁ ποταμὸς apud *Aelianum* lib. I Var. Hist. cap. 4, ad q. l. notavit *Kuhnius*. Ipsa vox Hebraea יְאֹר manifeste et exoticum nomen est, et vere Aegyptium, tempore habitationis in Aegypto in linguam Israëlitarum receptum. Ita *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1041, 1042; praeterea monens, nullam certe lingua

in Aegypto fluvius, antiquissimis temporibus aliud quam *fluvii*, ⲓⲁⲣⲟ, nomen non habuisse videtur. Succedente aevo, cum Aegyptii aliorum insignium fluviorum notitiam acquisivissent, ut fluvium suum ab aliis distinguerent, *Nili* nomen eidem imposuere. Vide Pantheon Aegypt. Lib. IV cap. I.

'ΙΒΗΣΑΟΙΔΗ'. *Pedicularis*, herba. Appendix *Dioscoridis* Lib. IV cap. 156 [p. 473].

"ΙΒΙΣ, IBIS. Avis Aegypto peculiaris (*i*), cuius figuram satis bene depictam vide dans le grand Cabinet Romain de *Michel Ange de la Chausse*, pag. 71 num. XLII (*k*). Suspicatus sum aliquando, huic avi nomen inditum fuisse ab ⲓⲃⲓ, *Ibi*, quod et *sitim*, et *sitire*

guam aliam Orientalem, praeter solam Hebraicam, habere istud nomen, ac ne etymon quidem offerre, et adeo radicem Orientalem vocabulo non quaerendam esse. Quae de origine τοῦ יְאֹר Hebraica habent *Simonis* et Lexicographi alii, auctoribus ea relinquenda opinor. Adde *Mulleri* Saturam Observat. p. 161, 162.

(*i*) *Aelianus* lib. II de Animal. cap. 38, de Ibide scribit: τῆς δὲ Αἰγύπτου οὔποτε ἀποδημεῖ, κ. τ. λ. In iis, quae Aegyptiorum propria dicuntur, ἰδιάζοντα, numeratur quoque *Ibis* a *Strabone* lib. XVII p. 1178, 1179, ubi plura de ista ave leguntur.

(*k*) Etiam in *Conyers Middleton* Antiquitatis Monumentis Tab. X, ubi p. 129 – 134 tantum non omnia congesta sunt e scriptoribus antiquis, quae sparsim de Ibide inveniuntur. Sed de origine nominis tacet. Tacent pariter eruditi alii, quos citarunt *P. Boddaert* et *M. Tydeman* in notis ad *Shawii* Itinera tom. II p 93. Testatur autem *Shawius* p. 162, esse hanc avem nunc in Aegypto longe rarissimam ac propemodum incognitam. Hinc factum opinor, ut in *Petri Forskål* descriptionibus Animalium, Avium, rel., mentio Ibidis fieret nulla.

sitire significat. In hac sententia non parum me confirmavit, quod ex epistola Nestorii, apud *Evagrium*, Hist. Eccles. Lib. I cap. VII, intellexerim, *Oasin* Aegyptiacam superiorem dictam quoque fuisse *Ibin*. Videbatur namque tractus ille nomen hoc consecutus esse a *sitî*. Est enim regio perquam siticulosa, ad quam Nilus non accedit, et quae raram utique pluviam sentit. Verum, ubi deprehendi, Ibin avem Levit. XI. 17, et Deuteron. XIV. 16 (*l*), ab interprete Copto ϩⲓⲡⲡⲉⲛ nominari, rectius me facturum putavi, si iudicium meum hic cohiberem.

'IMOΎΘ. Titulum hunc libro cuidam suo praefixerat *Zosimus* Panopolites, cuius Liber IX commemoratur in *Syncelli* Chronographia p. 13. Vide et *Fabricii* Biblioth. Graec. Vol. XII p. 755, in notis, ubi observat, *Reinesium* in Variis Lectionibus p. 385 coniicere, Ἰμοὺθ *Aegyptiaca Lingua Chemiam notasse*. In aliquo *Hermetis Trismegisti* libro, qui inscriptus circumferebatur *κόρη κόσμου*, apud *Stobaeum* in Eclogis Physicis p. 117, Aesculapius dicitur *ὁ Ἀσκλήπιος ὁ Ἰμούθης σπανὸς, καὶ ἡφαίςου βουλαῖς*. Alii habent

(*l*) Ab interpretibus Alexandrinis יַנְשׁוּף vertitur Ἶβις Levit. XI. 17. Eodem vocabulo interpretantur הַתִּנְשֶׁמֶת Deut. XIV. 16, nisi forte, errore librariorum, verba Graeca illic transponenda sint, cum in hoc etiam loco יַנְשׁוּף commemoretur. In utroque loco pro Ἶβις Coptus dedit ϩⲓⲡⲡⲉⲛ. Iesaiae cap. XXXIV. 11 legitur יַנְשׁוּף, et Graece redditur Ἴβεις. Sed eius libri integri versio Coptica edita adhuc desideratur. Vix ullum mihi superest dubium, quin probari debeat sententia *Georgii*, vocem Ἶβις derivantis ex Aegyptiaca ϩⲓⲡ sive ϩⲓⲡⲓ, qua *Ibis* appellatur. Vide praefationem ad Fragm. Ioh. Thebaicum p. CXL.

bent Πᾶνος καὶ Ἡφαιςοβούλης. De quo loco aliquid notavi in Pantheo Aegyptiorum Lib. v cap. vi § 2 et 5.

IOBONSOS. *Lactuca sylvatica.* Eius meminit *Apuleius* de Herbis cap. 30. In nomine Aegyptiaco herbae huius videtur subinnui aliqua illius ad Lunam relatio. Priores enim duae literae *Io* (ⲒⲞϨ) Aegyptiorum lingua *Lunam* designant. Reliqua mihi obscura sunt.

'IOKPOΓ. *Hemerocallis*; herba. Appendix *Dioscoridis* Lib. III cap. 137 [459].

IR CHERES, עִיר הַחֶרֶס. Vrbs commemorata Esaiae cap. XIX. 18. In margine vero notatur haec lectio עִיר הַחֶרֶס. *Illud* civitatem dirutam, *hoc* solis urbem *denotat*, inquit *Mullerus* in Glossario Sacro p. 32 (*m*). Vix dubium esse potest, quin sit hic intel-

(*m*) Magna hic est lectionis varietas in codicibus MSS., de qua legantur *Kennicottus* ad Iesaiae locum, et in Dissertatione generali, tomo II V. T. subnexa, p. 10, 55, atque *De-Rossi* vol. III Var. Lect. V. T. p. 22. Scribit *Ikenius* l. c. p. 261, „ omnes codices non solum constanter legere הֶרֶס per ה, sed et nullam hic variantem lectionem a *Masorethis* annotatam esse, certissimo indicio, nullam illorum aetate discrepantem lectionem inventam esse ". Qua in re fallitur vir doctus. Ne dicam de codicibus aliis, in quibus legitur חֶרֶם, הֶרֶם et הָרִים, certo iam novimus, codices MSS. decem et sex חֶרֶס servasse. Probarunt hanc lectionem *Vitringa*, *Kennicott*, alii. Eamdem suis in libris invenisse videntur interpretes Graeci Alexandrini, si recte se habeat Ἀχερὲς in editione Complutensi, ac *Symmachus*, Hebraea vertens πόλις ἡλίου.

telligenda *Heliopolis*. Lectio in margine indoli linguae Aegyptiacae magis convenit. Aegyptii enim ⲢⲎ, et cum adspiratione, ⲎⲢⲎ, dixerunt *solem*, cuius rei exempla occurrunt in Catalogo regum Thebaeorum *Eratosthenis*. Peregrini id extulerunt *Cheres*, uti in eodem Catalogo videre est. *Mullerus* loco citato plura hanc in rem addit, quae apud ipsum legi malim. *Conradus Ikenius*, vir doctissimus, lectionem Textus hic tuetur, et עִיר הַהֶרֶס ex Arabico interpretatur *Leontopolin*. Rationes eius, quas proposuit, in Dissertationibus Philologicis p. 264 et sqq., expendi merentur (*u*).

"ΙΡΙ. *Oculus*. Quidam ex veteribus memoriae prodiderunt, nomen Osiridis compositum esse ex vocibus Aegyptiacis, *Os*, quod recte omnino interpretantur *multum*, et *iri*, quod volunt *oculum* significare. In postrema hac voce aberravit interpres, quisquis est, quem

(*u*) Ab *Ikenio* non dissentiunt *C. Muller* in Satura Observat. cap. 6 p. 65 sqq., *Doederlein* et *Dathe*, quorum iudicio ita evictum est, עִיר הַהֶרֶס esse *Leontopolin*, in nomo Heliopolitano sitam, ut vix alicui locus dubitandi relinquatur, et qui adeo ipsum *Leontopoleos* nomen versionibus suis intruserunt. Contra cum *Iablonskio* faciunt, et *Heliopolin* intelligunt, *Vitringa*, *A. Schultens*, in Indice Geographico ad Vitam Saladini v. MISR, *I. Bryant*, in Account of Egypt in its most early state p. 125 sqq., *Kennicott*, et *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 572, 573. *E. F. C. Rosenmullerus*, in Scholiis ad Iesaiae locum p. 451 sqq., neque pauca, neque levia *Ikenio* opponit, incertus tamen, legendumne sit הֶרֶס, an חֶרֶס. Si primum, verti vult *urbs liberationis*, i. e. liberata a calamitatibus, si vero alterum, *urbs custodiae*, *servationis*. Plura ut adiungam, vetat instituti ratio.

quem *Plutarchus* de Iſ. et Oſ. p. 355 ſequitur, nam sps non *oculum* ſignificat, verum *facere*. Totum itaque nomen, ſi hanc manuductionem ſequaris, non deſignat proprie *πολυόφθαλμον*, *multioculum*, uti *Diodorus Siculus*, *Plutarchus*, et alii referunt, ſed *multum et magna agentem*, aut *magna agendi facultate praeditum*. Si ſacerdos quiſpiam Aegyptius vocem *Oſiris* interpretatus eſt *multioculum*, interpretatio illa exiſtimanda eſt ſymbolica, et forte ex dialecto Sacerdotum arcana et myſtica (*o*) deſumta. De hac re dixi etiam in Pantheo Aegyptiorum, Lib. II cap. I § II.

Ἰ Σ Α Ί Α. *Helleborus niger*. Appendix *Dioſcoridis* Lib. IV cap. 151 [p. 473].

Ἰ Σ Μ Α Ν Δ Η Σ, *Ismandes*. Ita ab Aegyptiis ſermone patrio vocatum fuiſſe *Memnonem*, cuius ſtatua mirabilis cernebatur prope Thebas Aegyptias, teſtatur *Strabo* Lib. XVII p. 813, Ὁ Μέμνων ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων Ἰσμάνδης λέγεται. *Ismandes* vero et *Oſymandyas*, cuius res geſtas *Diodorus Siculus*, ex *Hecataeo* Abderita, tam prolixe exponit lib. I p. 44, unam eamdemque perſonam conſtituunt. *Ismandes* vel *Oſymandyas* ab Aegyptiis proprie dicebatur ſtatua *Memnonis* in Thebaide viſenda, in qua veteres vocem, quam fere quovis die, aurora exorta, emittere ſolebat, tantopere mirantur, laudibusque praedicant. Et hoc ipſum nomen *Oſymandyae* ſubinnuit. Nam ⲞⲨⲤⲘⲎ ⲚϮ, *Vsmandi*, ſignificat *emittentem*, vel *dantem vocem*. Et ſic veteres ſtatuam hanc nuncupare ſolent. Dicitur enim, neque raro, *Λίθος ἔμφωνος*, *Λίθος φώνηεις*, *Lapis*

(*o*) Qua eadem de cauſſa tegumentum capitis Sacerdotum Oſiridis in monumentis vetuſtis conſpicitur oculis multis ornatum, apud Comitem *de Caylus* tom. III, a, et alibi.

Lapis loquens, quod quidem Aegyptiacum *Vsmandi* egregie exprimit. Quidam, qui veram nominis huius rationem ignorabant, quique sibi persuadebant, *Vsmandi* esse nomen regis alicuius vel herois, quem mirabilis illa statua repraesentaret, confinxerunt nobis regem aliquem *Osymandyam*, rebus gestis permagnis inclytum, quae apud *Diodorum Siculum* legi possunt. Omnia haec, adductis veterum testimoniis, et rationibus idoneis, exposui ac illustravi in tribus de Memnone Syntagmatibus. Vide inprimis Syntagma III cap. v.

ISIS. Dea Aegyptiorum maxima, cui in cultu populari publico praecipuus habebatur honos. In Pantheo Aegyptiorum Lib. III cap. I argumentis non contemnendis ostendi, eam aliam ab Aegyptiis habitam non fuisse, quam *Lunam*, cui gens illa vim prorsus mirificam in res omnes sublunares inesse credidit. Quia igitur, secundum doctrinam Philosophorum Aegyptiorum, maxima et continua Lunae ad terram nostram est relatio, eaque ad res omnes, quae in mundo fiunt, influxu suo concurrit, hinc factum est, ut terra quoque nomine *Isidis* designata fuerit ratione symbolica. Ex eo quoque arbitratus sum, nomen *Isidis* esse exponendum. Aegyptiis ϹϹϹ dicitur πλησμονή, *abundantia*, et *satietas se diffundens et permanans*. Quia abundantiae huius caussa putabatur Luna, a nobilissimo hoc et praecipuo eius effectu, nomen ei indere placuit. Significat porro ϹϹϹ, *distendere* et *inflare*. Luna enim credebatur apud Aegyptios Nilum movere, atque inflare, ut, statuto tempore, se exundare, agros Aegyptiorum irrigare, eoque *abundantiam* terrae et *satietatem* procurare posset. Vtramque hanc significationem videntur mihi Sacerdotes Aegyptii in nomine *Isidis* coniungere voluisse. Pluribus haec persecutus sum loco iam indicato. Vide inprimis § 15.

ITA-

ΊΤΑΣΙΝ. *Foenum Graecum.* Appendix *Dioscoridis* Lib. II cap. 124 [p. 444].

Ἰῶ. Sic *Luna* dicebatur ab Argivis, Aegyptiorum colonis. Ἰὼ ἡ σελήνη κατὰ τὴν Ἀργείων διάλεκτον, inquit *Eustathius* in Dionysium Periegetem p. 23 edit. R. Stephani: cui iungi potest Auctor Chronici Alexandrini, vel Paschalis, p. 96. edit. Raderi. Existimo hoc nomine *Lunam* ab Aegyptiis diu cultam fuisse, et nomen hoc ab iis ad Argivos, ipsorum quippe colonos, pervenisse. Aegyptii enim vocem non habent, qua in communi vitae usu *Lunam* designent, praeter ⲓⲟϩ, *Ioh.* Postea, ubi scientiae Sacerdotum sacrae studiose excultae iam fuissent, et Theologia ipsorum mystica et symbolica poliri iam coepisset, simplici priori nomini *Ioh* successit aliud allegoricum et mysticum *Isis*, quo ab isto tempore Lunam in sacris designare placuit. Vide Pantheon Aegyptiorum Lib. III cap. 1 § 2, 3, et Prolegomena ad Pantheon, § XLVII pag. CX, CXI.

K.

KAΊMIN. Cognomen *Hori*, Dei Aegyptiorum, teste *Plutarcho* de Is. et Osir. p. 374, qui et cognomen istud interpretatur per ὁρώμενον, *eum*, vel *id quod videtur*, visui expositum et adspectabile est. Suspicatus aliquando sum, vocem Aegyptiacam sic scribi posse ⲕⲁϩⲓ ⲙⲙⲓⲛ, *Kahi emmin*, atque exponi *mundum ipsum.* Et sane *Plutarchus*, in illo libro, nescio ex quorum sententia, *Horum* satis aperte pro mundo sensibili et adspectabili, Osiridis Isidisque fructu, habet. Verum non ita pridem incidi in Miscellanea *La Croziana*, manu eius scripta, et fidei meae ante plures annos ab Illustri *Iordano* concredita, ubi haec

 lego:

lego: Καίμιν προσαγορεύειν, ὅπερ ἐςὶν ὁρώμενον. *Forte* ⲛⲁⲩ ⲙⲓⲛ. Haec vir doctiſſimus, qui coniiciebat, locum *Plutarchi* in mendo cubare, et apud eum pro Καίμιν legendum eſſe Ναύμιν. Acute omnino. Nam ⲛⲁⲩ ⲙⲓⲛ, ſecundum analogiam ſermonis Coptici, interpretari poſſis *eum qui videtur.* Et ita *Plutarchus* cognomen illud *Hori* vertendum eſſe affirmat.

ΚΑΚΕΙ'Σ. Panes quidam ſpeciei ſingularis, Aegyptiis uſitati. Meminit eorum *Strabo* Lib. XVII p. 824, Καὶ οἱ κακεῖς (*p*) δὲ ἴδιον τι ἄρτου γένος ςατικὸν κοιλίας. Difficile fuerit, veram vocis huius originem explicare, cum panum horum vera indoles nobis non ita perſpecta ſit. Obſervabo tamen, Aegyptios ⲕⲏⲕⲥ dicere *ſquamas*, Act. IX. 18, vel tumores, qui aſſurgunt, et ſuper ſuperficiem ſe nonnihil attollunt. Vnde forte etiam ⲕⲁⲕⲥⲉϩⲧ, dicitur *leproſus* (*q*). Intelligendi tum venirent panes, in quibus tumores quidam quaſi puſtulae aſſurgunt. Germanis noſtris ac praecipue Sileſiis mos eſt, placentas huiusmodi ſatis largas, ſed craſſitie admodum tenues placentas coquere, in quibus paſſim tumores nonnihil aſſurgentes apparent. Solent appellari ex eo *Aufflauffer.* An tales fuerint κακεῖς Aegyptiorum, quaerant alii.

ΚΑΛΑΙ'ΝΟ'Ν. Aliquod coloris genus. *Heſychius*, παρ' Αἰγυπτίοις χρῶμα Καλαϊνόν, in voce Κάλλαιοι. Mihi quod hac de re dicam, non ſuccurrit: ſed tangit eam *Bochartus* in Hierozoico, Part. II. Lib. IV cap. XXVII col. 625. Sunt nempe haec eius ver-

(*p*) In edit. Almeloveeni p. 1179, κάκεις. Confert *Caſaubonus* κυλλῆςις apud *Herodotum* II. 77; de quo panis Aegyptiaci genere infra dicetur.

(*q*) Conf. *La Crozii* Lexic. p. 30, 32.

verba: *Vnde constat*, *Arabum* Kermez *esse Graecorum* κόκκον βαφικὴν, *et hac voce*, *tam granum tinctorium significari*, *quam vermem*, *ex cuius sanie color elicitur.* — *Is ipse color Chaldaeis* זהורי zehori *dicitur*, *a luce et splendore. Illis enim* זהור zehor *lucem sonat.* — *Aethiopibus idem est* ሰይ : laia, *voce*, *nisi fallor*, *decurtata ex Aegyptia* ΚΑΛΛΑΙΑ, *unde Callainus vel Calainus color. Hesychius*, Καλάϊοι. κ. λ. Hactenus ille, quibus non est, quod addam (*r*).

ΚΑΛΑΣΙΡΙΕΣ. Hi, teste *Herodoto*, Lib. II cap. 163, et Lib. IX cap. 31, Graece dicerentur μάχιμοι. Sic vocabatur in Aegypto certa quaedam militum species, distincta ab Hermotybiibus, de qua suo loco, in Ἑρμοτυβιεῖς. *Salmasius* ad interpretationem huius vocis aliquid de suo collaturus, in libro de Annis Climactericis p. 567, observat, eam, ut plures aliae, ex ϣⲏⲣⲓ, quod *filium* notat, compositam esse. Haud dubie vero rem acu tetigit vir linguae Aegyptiacae quondam longe peritissimus *M. V. La Croze*, qui me ante annos fere quadraginta docuit, καλάσιρις Aegyptiorum nihil aliud esse, quam ϭⲉⲗϣⲏⲣⲓ, quo *adolescens*, vel *iuvenis* designatur. Eodem nomine insigniebantur etiam milites aetatis vegetae et floridae, qui ad munia militiae aliis aptiores sunt. Ideo Varro, apud *Censorinum* de Die Natali cap. XIV, observat, ab anno aetatis trigesimo ad quadragesimum quintum appellari *iuvenes*, *eo quod Rempublicam in re militari possint iuvare.* Neque etiam insolens est Graecis Romanisque scriptoribus, ut milites adolescentum nomine compellent. Apud *Plautum*, in Epidico Act. III Scena IV. 5, Periphanes militem sic alloquitur.

Ado-

(*r*) Confer tamen notas ad *Hesychium* tom. II p. 123.

Adolescens, si istunc hominem, quem tu quaeritas,
Tibi commonstrasso. — — Et mox,
Non repperisti, adolescens, tranquillum locum,
Vbi tuas virtutes explices.
— —

In *Livii* Lib. XXXV cap. 35. Alexamenes milites suos hunc in modum hortatur: *Agenda res est, iuvenes.* Marcus quoque Evangelista, milites ad capiendum Iesum missos, *νεανίσκους*, *adolescentes*, vocat, cap. XIV. 51, *καὶ κρατοῦσιν αὐτὸν οἱ νεανίσκοι.* Interpres Aegyptius ibi retinuit (*s*) vocem ϩⲉⲗⲱⲣⲥ. Similia apud *Curtium*, scriptoresque alios, non infrequenter leguntur. Sed alia praeterea superest ratio, cur quidam in Aegypto milites ϩⲉⲗⲱⲣⲥ, *adolescentes*, dicerentur, ut sic nimirum distinguerentur a veteranis, qui extra patriae limites pedem promovere non solebant, sed eam defendere tantum tenebantur, si hostes eam aggrederentur, quam ob rem appellabantur ⲉⲣⲙⲁⲧⲟⲥ ⲟⲩⲃⲉ, quasi dicas, *qui pugnabant contra* (aggressores patriae).

ΚΑΛΑΣΙΡΙΣ. Vestis quoddam genus, quod a nonnullis (*t*) tribuitur Persis, ab aliis vero Aegyptiis. *Pollux* in Onomastico Lib. VII cap. XVI [legm. 71], *καλάσιρις χιτὼν θυσσανωτὸς Αἰγύπτιος.* *Suidas* in hac voce, *καλάσιρις, χιτὼν πλατὺς*, lege *πλατύσημος*

(*s*) Aut scribere voluit *Iablonskius*, interpretem Aegyptium in verbis Marci eam *non* retinuisse, aut memoria eum fefellit. Nam vocis *νεανίσκοι* ratio plane nulla habetur in versione Coptica, quam edidit *Wilkinsius*, neque id monere is neglexit in Prolegomenis p. XX. In versione Copto-Sahidica invenitur ⲛⲓⲍⲟⲩⲡⲏⲣⲉⲧⲏⲥ, quae est vox Graeca *ὑπηρέτης*.

(*t*) In quibus *Relandus* part. II Dissertationum Miscell. p. 149, 150. — Cum *Bocharto* consentit *B. Caryophilus* in Dissertat. Miscell. p. 93.

μος (*u*); οὕτως Αἰγύπτιοι. Sic et alii. Omnibus vero his antiquior, *Herodotus* Calaſiries accurate ita deſcribit, Ἐνδεδύκασι δὲ χιτῶνας (*v*) λινέους, περὶ τὰ σκέλεα θυσσανωτοὺς, οὓς καλοῦσι καλάσιρις, ἐπὶ τούτοισι δὲ εἰρίνεα εἵματα λευκὰ ἐπαναβληδὸν φορέουσι, Lib. II cap. 81. *Bochartus* in Opuſculis p. 381 vocem hanc ita explicari poſſe cenſebat: *A* קרסל, *Karſol*, *talus*, *venit Calaſiris*, *toga talaris*. Verum primo, *Karſol* ab Aegyptiaco *Calaſiris* nimium recedit. Deinde, cur ex lingua peregrina voces Aegyptiacas interpretaremur? Porro, *Calaſiris* Aegyptiaca non erat toga, ſed tunica interior. Et poſtremo, quod ſummum rei caput eſt, veſtis illa Aegyptiorum non deſcendebat usque ad talos, unde nomen ei fuiſſe *Bochartus* ſuſpicatur; ſed circa crura erat ſimbriata, περὶ τὰ σκέλεα θυσσανωτὸς, uti *Herodotus*, qui eas ſaepe vidit, teſtatur. Quinimo videntur *Calaſiries* illae plerumque nonniſi ad genua pertigiſſe. Eas in permultis vetuſtorum monumentis, quae etiamnum ſuperſunt, cernere licet. Id quodammodo etiam ipſa vox Aegyptiaca καλάσιρις innuere quibusdam videbitur. ⲔⲈⲖⲒ enim, *Keli*, vel, uti etiam pronuntiatur, *Kali*, deſignat *genu*. Sed in aliis tamen monumentis reperiuntur etiam *Calaſiries* eius generis, quales *Herodotus* deſcribit. Vide Marmor, quod *Paulus Lucas* exhibet in

(*u*) Apud *Heſychium*, Καλάσιρις, χιτὼν πλατύσημος, ubi plura de voce καλάσιρις in notis. Iunge obſervationes *Hemſterhuſii* aliorumque ad *Pollucis* lib. x ſegm. 18. *Suidam* dudum emendavit *Briſſonius* de Regno Perſ. lib. II § 189. *Kuſterus* tamen, invitis etiam editionibus prioribus, retinuit πλατύς.

(*v*) Κιθῶνας eſt in editione Weſſelingiana, ex dialecto Ionica. Nec aliter lib. VII cap. 61, 139, alibi. Recte de Ionibus *Biſetus* ad *Ariſtophanis* Acharn. v. 759, ἀντὶ χιτὼν κιθὼν λέγουσι. — Editum illic etiam eſt, θυσανωτοὺς, καλέουσι, καλασίρις.

in Itinerario tertio, Parte I p. 366 et aliud itidem; quod editum est a *Sicardo*, dans les nouveaux Mémoires des Missions Tom. II p. 269.

Observo de hisce *Calasaribus*, quod fuerint *χιτῶνες*, *tunicae*, *velamina interiora*, quae ipsum corpus proprie tegerent. Tale vestimentum adhuc clarius a *Moscho* in Prato Spirituali appellatur *χιτωνίσκος ἐνδότερος*, *tunica interior*. Etenim plures tunicas induebant. *Plutarchus* in Tiberio Graccho p. 1528, Ὁ δὲ τὴν τήβεννον ἀφεὶς, καὶ φεύγων ἐν τοῖς χιτῶσιν. Latinis dicitur *interula*, et *subucula*, de quibus consuli possunt *Salmasius* ad *Tertullianum* de Pallio p. 409, 410, *Feithii* Antiquitates Homericae Lib. III cap. VI, *Octavius Ferrarius* de Re Vestiaria P. I Lib. III fere toto. Existimem igitur *καλάσιρις* Aegyptiorum sermone sonuisse ϫⲏⲗ ϩⲁ ϣⲁⲣ. Nam ϫⲏⲗ et ϫⲏⲗϩ est *amicire*, *vestire*, ϣⲁⲣ lingua illa dicitur *cutis*; erit igitur ϫⲏⲗ ϩⲁ ϣⲁⲣ, *Shal-ha-schar*, proprie *vestis ad cutem*, vel vestis ipsam cutem contingens ac velans. Id enim est *χιτών*. Audiamus *Feithium*, cui suus constabit honor, quamdiu literis humanioribus. Sic autem ille: „ Χιτὼν vestis ea erat, quae proxime corpori circumponebatur, τὸ προσεχῶς κεχυμένον τῇ σαρκὶ ἱμάτιον: unde et *Athenaeus* ἐχέσαρκον dixit L. XIII, ubi de Phryne loquens, ἐχέσαρκον γὰρ, ait, χιτώνιον ἀμπείχετο. Et clare liquet ita se habere ex eo, quod Vlysses Odyss. XX [Od. XIX. 233] ait, se χιτῶνα sensisse circa corpus, velut caepae tunicam,

> Τὸν δὲ χιτῶν' ἐνόησα περὶ χροῒ σιγαλόεντα,
> Οἷόν τε κρομύοιο λοπὸν κατὰ ἰσχαλέοιο.

Hanc autem interulam observavi circa corpus splendidum
Tanquam caepae tunicam aridae

Tu-

Tunicam interiorem dixit *Valerius Maximus* [lib. VII cap. 4 § 5]. *Ovidius* simpliciter *Tunicam* L. III Amor. [lib. I El. v. 14],

Pugnabat Tunica se [rectius, *sed*] *tamen illa tegi.*

Et [lib. III El. XIV. 21],

Illic nec Tunicam tibi sit posuisse pudori.

Nimirum, quia haec corporis verenda tegit; quemadmodum etiam indicatur Iliad. II [v. 262], ubi Vlysses minatur Thersiti, se detracturam

χλαῖνάν τ' ἠδὲ χιτῶνα, τά τ' αἰδῶ ἀμφικαλύπτει.

Eoque pertinet, quod ait *Herodotus* [lib. I cap. 8] Clio: "Ἅμα δὲ κιθῶνι ἐκδυομένῳ, ἐκδύεσθαι [συνεκδύεται] καὶ τὴν αἰδῶ γυνή, *cum tunica simul pudorem exuit mulier.*"

Haec omnia originationi, quam dedi, non leve praesidium afferunt. Non possum tamen non etiam hoc monere, ⲔⲀⲖ esse *crus*; Levitici XVI. 4, ⲞⲨⲌⲂⲰⲤ ⲚϢⲎⲚⲞⲨ ⲚϨⲢⲎⲒ ϢⲀⲚⲈⲔⲀⲖ dicitur vestis περισκελής, proprie et ad literam, *vestis, quae ad crura usque pertingit.* Adde VI. 10. Vnde quis non immerito posset suspicari, vocem κάλασις, descendere a ⲔⲀⲖ, id est, σκέλος, quia *Herodotus* testatur, fuisse vestimentum περισκελές. Iudicent, meliusque explicent alii. Observari insuper et hoc velim, 1) tunicam in libris Coptorum dici etiam ⲦϢⲐⲎⲚ, 2) *Eustathium* memoriae prodidisse, Calasirin vestem fuisse Sacerdotibus propriam, καλάσιρις λινοῦς χιτὼν ἱερατικός, in Iliada *Homeri* p. 391. Sed repugnat *Herodotus*, testis oculatus, et vetustus.

ΚΑΜΗΦΙΣ. Cognomen Dei Phtha, vel Vulcani Aegyptiorum, significans proprie *Custodem Aegypti.*

 Pro-

Prolixe cognomen hoc expositum vide in Pantheo Lib. II cap. IV § 9.

ΚΑ'ΝΝΑΙ. *Hesychius* scribit, Κάνναι· ψίαθοι, καὶ τὰ Αἰγύπτια πλέγματα, ἀφ' ὧν καὶ τὰ κανάθρα (*w*). Vltima haec verba indicare videntur, κάννας vocem esse origine non Aegyptiam; sed Graecam. Adde haec *Cassiani* Collation. XVIII cap. XV, *Et olim apud Aegyptios Monachos plectae, seu habenae ad* CANISTRA *conficienda; psiathique seu tegetes, ex eadem palma conficiebantur.*

ΚΑ'ΝΩΒΟΣ, *Canopus*, urbs Aegypti inferioris, ad mare mediterraneum, in confiniis Libyae sita. Eam veteres Graeci tradidere a Canopo, gubernatore Menelai Spartani, conditam fuisse. Scriptores quidam addidere, a Canobitis eum honoribus divinis esse cultum, et Numen urbis evasisse tutelare. Sunt quoque fabulae lepidae, quas de hoc Aegyptiorum Numine narrant. Quae omnia priscis Aegypti incolis penitus incognita fuisse, ostendimus in Pantheo Aegyptiorum Lib. V cap. IV. Confirmat ea, quae dixi, Sacerdos Canobiticus, qui *Aristidi* Rhetori retulit, urbem Canobum nomen haudquaquam accepisse a Canobo, Menelai gubernatore, sed nomen hoc esse Aegyptiacum, et significare χρυσοῦν ἔδαφος, *solum aureum*, quemadmodum *Aristides* ille ipse testatur in Aegyptio pag. 96. a. edit. Gr. Florentinae (*x*). Et rem ita se habere, iam dudum observavit praestantissimus nobisque, dum viveret, amicissimus *La Crozius* (*y*). Nam ⲔⲀⲌ ⲚⲞⲨⲂ

(*w*) Potius κάνναθρα, ex emendatione *Hemsterhusii* ad *Pollucem* lib. VII segm. 176, ubi plura de vocibus κάνναι et κάνναθρα. Iunge interpretes *Hesychii* ad utramque istam vocem.

(*x*) Tom. II p. 359 edit. Jebbii.

(*y*) Non uno in loco id repetiit *La Crozius*. Vide Thesau-

ⲛⲟⲩⲃ, *Cahi-nub*, est *terra aurea*. Vide plura loco iam citato. Reliqua Graecorum fabulis debentur.

CARCADANA. *Scelerate*, *Batrachion*, seu *Apium rusticum*. *Apuleius* de Herbis, cap. 8.

CATHOTIS. *Polium*. *Apuleius* de Herbis cap. 57.

ΚΕΡΑΤΩΝΙΑ. Συκῆ ἐν Αἰγύπτῳ, ut testatur *Hesychius*, qui et haec habet: Κερωνία δένδρον, ἡ συκῆ (ita lege) Αἰγυπτία (z). *Theophrastus* Histor. Plantar. Lib. I cap. XVIII, καθάπερ ἥ τε κερωνία, ἥν τινες καλοῦσι συκῆν Αἰγυπτίαν. Idem cap. XXIII, ἰδιωτάτη δὲ ἡ ἐκ τοῦ στελέχους ἔκφυσις, ὥσπερ τῆς ἐν Αἰγύπτῳ συκαμίνου· καὶ ταύτην γάρ φασι φέρειν ἐκ τοῦ στελέχους· αἱ δὲ μὲν ἐκ τῶν ἀκρεμόνων, ὥσπερ καὶ τῆς κερωνίας, αὕτη γὰρ ἐκ τούτων φέρει, πλὴν οὐ πολύν. κα-

saurum Epistolicum tom. III p. 89, et Lexicon Aegypt. p. 31. Aliam nominis originem Aegyptiacam, ab ea multum diversam, sed et plane repugnantem testimonio sacerdotis Aegyptii apud *Aristidem*, dedit *I. Kocher* in Dissertatione de nominibus *Cnuphis* aliisque, inserta Miscell. Observationibus Criticis Novis, tom. II, p. 137—142, existimans, nomen Κάνωβος derivandam esse e voce ⲛⲟⲩϥⲓ *bonus*, et praeposito articulo Aegyptiaco ⲭ vel ⲕ. Non longe hinc abiit *G. Zoëga* in Numis Aegyptiis Imperatoriis (Romae a. 1787) p. 34—38. Sententiam *La Crozii* et *Iablonskii* nuper admodum probatam esse ab eruditissimo *A. I. Silvestre de Sacy*, intellexi e Diario Germanico, Allgemeine Literatur-zeitung, May 1802, z. 359. Ipsae enim eius Observationes de origine nominis, quo Graeci et Arabes appellarunt Pyramides Aegyptiacas, atque de rebus nonnullis aliis, ad antiquitatem Aegyptiam pertinentibus, dum haec scribo, nondum ad me pervenerunt.

(z) *Alberti* edidit ἡ συκῆ. Coniecturae *Iablonskii* favet ipse *Hesychius*, infra pag. 1290 scribens: Συκῆ Αἰγυπτία, ἡ λεγομένη κερατία, (vel, κερατωνία, quod *Tollius* et *Alberti* malunt) τὸ δένδρον.

καλοῦσι δὲ κερωνίαν, ἀφ' ἧς τὰ σῦκα τὰ Αἰγύπτια. Libro vero IV cap. II haec habet, Ταύτῃ δὲ παραπλησία καὶ ἣν οἱ Ἴωνες κερωνίαν καλοῦσιν· ἐκ στελέχους γὰρ καὶ αὐτὴ φέρει τὸν πλεῖστον καρπόν· ἀπὸ δὲ τῶν ἀκρεμόνων, ὥσπερ εἴπομεν ὀλίγον· ὁ δὲ καρπὸς ἔλλοβος, ὃν καλοῦσί τινες Αἰγύπτιον σῦκον, διημαρτηκότες. οὐ γίνεται γὰρ ὅλως περὶ Αἴγυπτον, ἀλλὰ περὶ Συρίαν. Descripsit ista haud dubie, sicque vertit *Plinius* Lib. XIII cap. VIII: *Similis his siliqua, quam Iones cerauniam* (leg. *ceratoniam*, vel *ceroniam*) *vocant: trunco et ipsa fertilis. — Ob id quidam Aegyptiam ficum dixere, errore manifesto. Non enim in Aegypto nascitur.* Si *Theophrastum* et *Plinium* audimus, vox, quam hic attulimus, erit Graeca, non Aegyptia. Idque vero similius est.

ΚΕΡΕ'ΕΡΑ. *Asarum*, seu *Nardum sylvestre.* Appendix ad *Dioscoridem* Lib. I cap. 9 [p. 441].

ΚΕΡΣΑΙ'ΟΝ. Vide in Κορσίπιον.

ΚΕ'ΤΙ. *Conyza.* Appendix *Dioscoridis* Lib. III cap. 136 [p. 459].

ΚΙΒΩ'ΡΙΟΝ. Poculi genus in Aegypto. *Hesychius*, Κιβώριον, Αἰγύπτιον ὄνομα ἐπὶ ποτηρίου. Vide *Athenaeum* Libro III init. (*a*) et ad eum animadver-

(*a*) Pag. 284, 285 ed. novae, ubi citat *Athenaeus* versus *Nicandri* in Georgicis:

Σπείρειας κύαμον Αἰγύπτιον, ὄφρα θερείης
Ἄνθεα μὲν στεφάνους ἀνύῃς· τὰ δὲ πεπτηῶτα
Ἀκμαίου καρποῖο κιβώρια δαινυμένοισιν
Ἐς χέρας ἠϊθέοισι, κ. τ. λ.

Addit *Athenaeus*, Nicandrum loqui de radicibus, quae ab Alexandrinis κολοκάσια appellantur, et paulo post, Ἔστι δὲ καὶ κιβώριον, εἶδος ποτηρίου. Legantur ad eum locum notae Schweighaeuseri p. 2, 3.

versiones *Casauboni* col. 147 et seq. Eius et haec sunt verba. „ Ciborium proprie est ipsa faba Aegyptia, vel eius folliculus, non planta, quae fert fabam. Pro planta aliquando accipiunt, ut mox *Diphilus*, οἱ δὲ γινόμενοι κύαμοι ἐκ τῶν κιβωρίων. Sic *colocasia*, proprie fabae radix, apud *Plinium* Lib. XXI cap. XV est integra planta. Quod *Diphilus* vocat ἐριώδες, *lanosum*, cum ait, κρεῖττον δ' ἐςὶ τὸ ἥκιςα ἐριῶδες, Plinius *araneosum*, *Colocasiam e Nilo metunt, caule, cum coctus est, araneoso in mandendo.* " Haec ille. *Horatius* Lib. II Od. VII. 21.

Oblivioso levia Massico
Ciboria exple: — —

ubi haec commentatur Scholiastes vetus: *Ciboria sunt Alexandrina poma, quae habent similia colocasiis folia; in quorum similitudinem facta pocula eodem nomine appellantur. Ciboria etiam sunt vasa, in quibus navigantes soliti sunt ferre suos cibos. Strabo* de hoc Ciborio ita scribit Lib. XV p. 550: φύεται δ' ἐν τοῖς Αἰγυπτιακοῖς ἕλεσι καὶ ταῖς λίμναις, — καὶ ὁ Αἰγύπτιος κύαμος, ἐξ οὗ τὸ Κιβώριον. *Diodorus Siculus* Lib. I p. 30: Τὸ κιβώριον δαψιλέςατον ὑπάρχον, φέρει τὸν καλούμενον Αἰγύπτιον κύαμον. *Dioscorides* Lib. II cap. 128 plura habet. Versionem Latinam, ut brevior sim, adscribo. *Aegyptia faba, quam nonnulli Ponticam vocant, in Aegypto quidem magna copia provenit, sed et in Asia quoque et Cilicia, palustribus locis invenitur. Folium vero habet amplum instar petasi seu galeri, caulem cubitalem, digiti crassitudine: flore roseum, dupla papaverini floris amplitudine. At ubi defloruit, utriculos gerit folliculis similes, in quibus faba paululum super operculum instar bullae prominet. Ciborium aut Cibotium ideo nominatur, quasi loculamentum, quod feratur istiusmodi faba, ipsa humenti glebae indita atque ita in aquam*

de

demissa. Radix autem subiacet, harundinis radice crassior: quae cocta crudaque estur, et collocasia nominatur. Faba quoque ipsa virens comeditur: sed exsiccata nigrescit, et Graecam magnitudine superat. Vim porro habet astringendi; stomachumque iuvat. Aëtius Tetrabibli I serm. I col. 33, *Viridem fabarum Aegyptiacarum fructum ciborium appellant.* Vide et *Theophrasti* Histor. Plantar. Lib. IV cap. X. Erudite de hac planta egit *Muhadel* in Dissertatione, quae inscribitur: *Examen des divers Monuments, sur lesquels il y a des Plantes, que les Antiquaires confondent presque toujours avec le Lotus d'Egypte*, et vulgata est in Tom. III *de l'Histoire de l'Académie Royale des Inscriptions et belles Lettres* p. 171 sqq., ubi et in Tabula addita ad p. 186 delineatam habes eius iconem. Confer *H. Iunium* in Animadversorum Lib. I cap. 10 toto, ac *Salmasium* in Exercitat. Plinianis p. 679 sqq. et p. 925 (*b*).

CICHORIUM. *Erraticum intybum. Plinius* Lib. XIX cap. VIII: *Est et erraticum intubum, quod in Aegypto Cichorium vocant.* Lib. XX cap. XIII: *In Aegypto Cichorium vocant, quod sylvestre sit. Sativum autem Serin.* Vide et Lib. XXI cap. XV et XVII.

ΚΙΚΙ. *Herodotus* Lib. II cap. 94, Ἀλείφατι δὲ χρέωνται Αἰγυπτίων οἱ περὶ τὰ ἕλεα οἰκέοντες, ἀπὸ τῶν σιλλικυπρίων τοῦ καρποῦ, τὸ καλεῦσι μὲν Αἰγύπτιοι Κίκι (*c*). Postea sillicypria describuntur. *Hesychius*, Κρότων, οὕτω καλεῖται, ὅ τινὲς κίκυ [κίκι] Αἰγύπτιον, οἱ δὲ σεσαμίδα ἀγρίαν. Sic et *Galenus* in Lexico Hippocratis p. 82 edit. H. Steph., Κρότωνος ῥίζα, τοῦτο οἱ Αἰγύπ-

(*b*) Iunge interpretes *Hesychii* v. Κιβώριον.

(*c*) Male *I. Gronovius*, auctoritate codicis Medicei, pro Κίκι admisit Τῖκι, merito castigatus a *Wesselingio* in notis ad *Herodoti* l. c., item ad *Diodorum Sic.* tom. I p. 141.

γύπτιοι κίκιον ὀνομάζουσιν. Idem p. 58; Αἰγύπτιον ἔλαιον, ὅπερ αὐτοὶ καλοῦσι κίκινον. Οἱ μέντοι παλαιοὶ τῆς κίκι καὶ κίκινον. De oleo hoc videndus etiam *Dioscorides* Lib. I cap. 38. *Plinius* Lib. XV cap. VII, ubi de oleis factitiis, scribit, *Proximum fit e cici arbore in Aegypto copiosa: alii crotonem, alii trixin, alii sesamum sylvestre appellant.* Idem *olei cecini* meminit Lib. XXIII cap. IV. *Strabo* Lib. XVII p. 824 inter ea, quae Aegypto propria sunt, refert etiam τὸ κίκι, de quo ait, καρπός τις σπειρόμενος ἐν ἀρούραις, ἐξ οὗ ἔλαιον ἀποθλίβεται, εἰς μὲν λύχνον τοῖς ἀπὸ τῆς χώρας σχεδὸν τι πᾶσιν, εἰς ἄλειμμα δὲ τοῖς πενεστέροις. Similiter *Diodorus Siculus* Lib. I p. 31, χρῶνται δὲ καὶ πρὸς τὴν τῶν λύχνων καῦσιν, ἐπιχέοντες ἀντ' ἐλαίου τὸ ἀποθλιβόμενον ἔκ τινος Φυτοῦ, προσαγορευόμενον καὶ κίκι. *Paulus Aegineta* Medicus Lib. VII p. 297, Ἔλαιον κίκινον τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν Αἰγύπτῳ γίνεται ἀπὸ τοῦ σπέρματος τῆς κίκεος, ὁ καλεῖται κρότων, ὁμοίως κοπτομένου ἢ λειουμένου. Adde ex recentioribus *Chardinium* in Relatione itineris Persici Tom. IV p. m. 210, et *Pauli Lucae* Relationem itineris tertii in Orientem Tom. II p. 284.

Apud Scriptores Hebraeos etiam saepius commemoratur שמן קיק, *Oleum kik.* Vide *Buxtorfii* Lexicon magnum Talmudicum col. 2029, et *Bochartum* in Hierozoico Part. II col. 293. qui observant, uti et alii, קיק, cuius meminerunt Talmudici Scriptores, aliique Iudaeorum magistri, idem esse cum Ionae קיקיון. Vide Ionae Prophetiam cap. IV. 6—10, ibique Commentarios Criticos, et *Pfeifferi* Dubia Vexata S. Scripturae (*d*).

Tan-

(*d*) Oper. Philol. tom. I p. 450. Multo tamen magis consulantur *O. Celsius*, Hierobotanici part. I p. 273—282, *Michaëlis* in Supplem. ad Lex. Hebr. p. 2185—2190, et docta *Blasii Caryophili* dissertatio de קיקיון, ubi plurima de

Tantum id unum adiiciam, in Scala *Kircheri* p. 185 legi, ⲔⲞⲔⲤ *Granum Alcheroae*, *forte Cherimes*. Quorum verborum quis sit valor, quae fides, dicere non habeo.

ΚΝΗ'Φ. Aegyptiis dicebatur ὁ Ἀγαθοδαίμων, *bonus genius* vel *spiritus*. Veterum plurimi nomen hoc ita scribunt. *Straboni* idem audit Κνοῦφις. Et sic nomen istud in gemmis nonnullis Abraxeis effertur. Puto Aegyptiis nomen hoc verum et plenum sonuisse Ἰχονοῦφις, ⲠⲀⲄ ⲚⲞⲨϤⲈ, quod secundum literam significat ἀγαθὸν Δαίμονα. Prolixe argumentum hoc persecutus sum in Pantheo Aegyptiorum Lib. I cap. IV (*e*).

ΚΝΟΥ'ΦΙΣ. Non differt a Κνήφ, de quo proxime dictum est.

ΚΝΥ'Ξ. *Fumaria*. Herba. Appendix *Dioscoridis* Lib. IV c. 110 [p. 470].

ΚΟ'ΛΛΑΣΤΙΣ. Vide brevi post in v. Κύλλαςις.

CO-

de Κλῖ, in Dissertat. Miscellan. p. 259 — 274. Quae cum sint omni eruditionis genere refertae, et ad universam Antiquitatem, Aegyptiacam quoque, illustrandam praeclare utiles, utinam in plurium esset manibus! Pars prior Romae a. 1718, posterior numquam edita est. Argumentum istarum Dissertationum, a longo tempore rariorum factarum, paucis commemoratur a *Dan. Gerdes* in Floril. libr. rar. p. 376. Adde Cl. *Saxii* Onom. Lit. P. VI p. 104, 105.

(*e*) Comparari autem debent Dissertatio *I. Kocheri* de Etymo nominum *Cnuphis*, cet., in Miscell. Observ. Criticis Novis tom. II p. 129 — 148, inprimis p. 144 sqq., atque observationes *Georgii* in praefat. ad Fragm. Iohannis Thebaica p. XXXVI, CLV — CLVII, et in notis ad Fragm. Liturgica p. 456.

COLOCASIA. *Plinius* Lib. xxi cap. xv, *In Aegypto nobiliſſima eſt* colocaſia, *quam* cyamon *aliqui vocant. Hanc e Nilo metunt, caule, cum coctus eſt, araneoſo in mandendo.* Et mox, *Adeo Nili ſui dotibus gaudent, ut implexis* colocaſiae *foliis, in variam ſpeciem vaſorum, potare gratiſſimum habeant.* De colocaſiae floribus intelligendus *Virgilius* Ecl. iv, v. 20,

Mixtaque ridenti colocaſia fundet acantho (*f*).

KO'MMI. Ita vocantur lachrymae ſpinae Aegyptiae. Τὸ *δὲ δάκρυον κόμμι ἐςι*, ſcribit *Herodotus* Lib. ii cap. 96 (*g*). *Strabo* Lib. xvii p. 556, Τὸ *τῆς ἀκάνθης ἄλσος τῆς Θηβαϊκῆς, ἐξ ἧς τὸ κόμμι.* *Theophraſtus* Lib. iv hiſtor. Plantar. cap. 3, loquens de ſpina Aegyptiaca, obſervat, *Γίνεται δὲ ἐκ ταύτης καὶ τὸ κόμμι· καὶ ῥέει, καὶ πληγείσης, καὶ αὐτόματον ἄνευ σχάσεως.* *Arrianus* in Periplo maris Erythraei (in Geographis minoribus Hudſoni Tomo i) p. 16, *ὥς τινα τῶν*

(*f*) De *Colocaſia* vide *Salmaſium* in Exercit. Plin. p. 678—688, 924, 925, de Homonymis Hyles Iatricae p. 198, 199, *Mahudel* in Hiſt. Acad. R. Inſcript. tom. iii p. 171, et *Rauwolffi* Floram Orientalem p. 117. Multa de *Colocaſia*, Arabibus vulgo dicta القلقاس, habet *Abdollatiph* in Compendio Memorabilium Aegypti p. 16 ſqq. edit. Tubingenſis 1789. Ex codice MS. Bodleiano editum ante erat a *Ioſepho White*. Memorabilia iſta ſcriptoris Arabici Germanice vertit notisque illuſtravit *S. F. Günther Wahl*, a. 1790. In qua interpretatione de *Colocaſia* agitur p. 65—75. Monet autem p. 66, eſſe vocem Aegyptiam antiquam, compoſitam ex *κωλ*, *convolvere*, *plicare*, et *καſch*, *arundo*, atque hoc nomine plantam optime ſic appellari, uti patet ex eius icone apud *Cluſium* in Hiſtoria Plantarum rariorum lib. iv p. lxxv. De ipſa re iudicabunt Botanici. Verum eſt, quod ait de vocabulis ⲕⲟⲗ ſive ⲕⲱⲗ, et ⲕⲁϣ. Vid. *La Crozii* Lex. p. 30, 33, 34.

(*g*) Meminit eiusdem *Herodotus* lib. ii cap. 86, ad q. l. vide *Weſſelingium*.

τῶν καὶ παρ' ἡμῖν ἐν Αἰγύπτῳ δένδρων δακρύει τὸ κόμμι. Ex locis, modo adductis, facile intelligitur, 1) vocem κόμμι, vel *Gummi*, esse vocem Aegypto propriam (*h*). Vnde etiam *Athenaeus* Lib. 11 p. 66 obseruat, vocem Graecam non desinere in ι, praeter μέλι, quasdam vero Graecis usitatas, quales sunt πέπερι, κόμμι, κῦφι, esse peregrinas. 2) Κόμμι proprie dici, liquorem lachrymae instar ex arbore destillantis, qui deinde concrescit et durescit. Vnde *gummi* dicitur non modo humor ex spina Aegyptiaca guttatim defluens; sed etiam ex aliis arboribus, cuiusmodi arborum meminit *Dioscorides* Lib. 1 cap. 23, Lib. III cap. 99. Idem Lib. v cap. 1, de vite vinifera, Τὸ δὲ δάκρυον αὐτῆς ὅμοιον ὂν κόμμει, περιπηγνύμενον τοῖς στελέχεσι. De eadem re *Plinius* Praefatione Libri XXIII, *Lachryma vitium, quae veluti gummi est.* Idem Lib. XXIV cap. IX, *Vnum arbor ipsa exudat gummi modo.* Et Lib. XXXVII cap 11 haec refert: *Modestiores sed aeque falsum prodidere, in extremis Adriatici sinus rupibus, in viis arbores stare, quae canis ortu hoc effundunt gummi.* Et hoc ipsum vox Aegyptiaca κόμμι, recte excussa, satis subindicat. ϪΩ enim Aegyptiis θέσιν, *positionem* quamcumque et *consolidationem* designat; ⲘⲎ vero et ⲘⲈ, voces quae iam in desuetudinem abiere, et derivatae ab illis ⲘⲞⲨ et ⲘⲰⲞⲨ, *aquam* vel *humorem* designant. Inde sine dubio est ⲈⲢⲘⲈ, *lachryma*, quasi dicas *aquam facere*, et ⲢⲒⲘⲒ, *plorare*, quod plane easdem in compositione voces seruat. ⲈⲢⲘⲈ, *lachryma*, si originem etymologicam spectes, est proprie *res humida*, quae talis ma-

(*h*) Qui Κόμμι et *Gummi*, cum *Martinio*, *Vossio* et aliis, voces esse origine aut Arabicas, aut Graecas, opinarentur, non satis attendisse videntur ad testimonia *Herodoti* similiaque.

manet: XDIUH, vel XUIUH, *humor*, sed qui postea *concrevit*, vel *humor concretus*. Est igitur κόμμι, XUIUS, vel XUIUH, *consolidatio humidi*, vel *gutta*, aut *lachryma concreta*. Et hoc est *gummi*. In scala Kircheriana legitur XDIUH, *Gummi*. Vide et quae dicentur in Χημία.

ΚΟ'ΡΣΕΟΝ, vel ΚΟ'ΡΣΙΟΝ. *Strabo* Lib. XVII p. 566, Γίνεται δὲ καὶ τὸ κόρσιον, ὅμοιον τῷ πεπερὶ τράγημα, μικρῷ αὐτοῦ μεῖζον. *Theophrastus* historiae Plant. Lib. IV cap. X, Ἡ δὲ ῥίζα τοῦ λωτοῦ καλεῖται μὲν κόρσιον. ἔςι δὲ ςρογγύλη τὸ μέγεθος, ἡλίκον μῆλον κυδώνιον (*i*).

ΚΟΡΣΙ'ΠΙΟΝ est ῥίζα τὶς, ἢ νόμισμα παρ' Αἰγυπτίοις, τὸ κερσαῖον λεγόμενον, teste *Hesychio* in Κορσίπιον. An huc etiam pertinet, quod ante scripserat *Hesychius*, Κέρσα, Ἀσιανὸν νόμισμα (*k*).

ΚΟΥΚΟΥ'ΦΑ. *Ciconia*. Ita *Horapollo* Lib. I cap. 55. *Wilkinsius* in Diss. de lingua Coptica p. 102 ait, forte ex *Kirchero*, cui nimium fidit, eamdem alitem a Coptis hodieque KOSKOSϕAT appellari. Quod suo loco relinquo, cum dubitandi iustissima causa sit. *Horapollo* non dicit, κουκοῦφαν Aegyptiis dici *ciconiam*. Haec est tantum interpretatio *Caelii Calcagnini*, et *Iohannis Merceri*, in notis ad illum Scriptorem. Verba *Horapollinis* sunt: Εὐχαριςίαν γράφοντες, κουκοῦφαν ζωγραφοῦσι. Hic non intelligi Ciconiam,

(*i*) Auctor nobis est *Diodorus Sic.* lib. I cap. 10, Aegyptum ad victum suppeditare καὶ τὸ καλούμενον κόρσεον. Lege illic doctam *Wesselingii* annotationem, sed iunge *Salmasium* in Exercit. Plin. p. 678, 679.

(*k*) Vide notas ad utrumque *Hesychii* locum.

niam, verba eiusdam auctoris, quae deinde ſequuntur, ſatis produnt, ὅθεν καὶ τῶν θείων σκήπτρων κουκοῦφα προτίμησίς ἐςι. Et certe ſceptrum tale, quale memorat hic auctor, in notiſſima omnibus Tabula Bembina ſaepius conſpicitur. Verum, quod in illo apparet alitis caput, haudquaquam eſſe ciconiae, ocularis inſpectio unumquemque docebit. Idcirco *Pignorius*, in expoſitione illius Tabulae p. 29, κουκοῦφαν interpretabatur *Vpupam* (*l*). Sed nec hoc placet *Iohanni Cornelio de Pauw*, qui potius in notis ad *Horapollinem* p. 339 ſuſpicatur, auctorem ſcripſiſſe κουκοῦβαν, qua voce Graeci recentiores *noctuam* deſignant. An vero caput alitis, quod in ſceptris Deorum, in Tabula Iſiaca, cernitur, ſit caput noctuae, iudicent alii. Mihi non videtur.

ΚΡΟ'ΒΥΣΟΣ. *Eryngium.* Appendix *Dioſcoridis* Lib. III c. 29 [p. 453].

ΚΥ'ΛΛΗΣΤΙΣ, vel ΚΟ'ΛΛΗΣΤΙΣ, vel ΚΥ'ΛΛΑΣΤΙΣ. Panis quaedam ſpecies in Aegypto. *Herodotus* Lib. II cap. 77, Ἀρτοφαγέουσι δὲ ἐκ τῶν ὀλυρέων ποιεῦντες ἄρτους, τοὺς ἐκεῖνοι κύλλης̣ις (*m*) ὀνομάζουσι. *Athenaeus* Lib. III p. 114, Αἰγύπτιοι δὲ τὸν

(*l*) Idem placuit *Bocharto* part. II Hierozoici lib. II cap. 31 p. 348, κουκοῦφα habenti pro voce Aegyptia, eamque accedere opinanti ad Hebraeam דוּכִיפַת, Levit. XI. 19, Deut. XIV. 18, quam alii vertunt *upupam*, alii aliter. Vide *Michaëlis* Supplem. ad Lex. Hebr. p. 415—417. In loco priori interpres Coptus dedit ⲍⲏⲡⲡⲟⲥ, in poſteriori ⲡⲟⲣⲫⲉⲣⲓⲟⲛ, ſecutus interpretes Alexandrinos, apud quos ἔποπα et πορφύριων.

(*m*) Variant codices *Herodotei*, κυλλήςις, κολλήςις, κολλῆς. Primum recepit *Weſſelingius*, quem vide in Lect. Var. ac notis. Κυλλάςις conſtans eſt lectio codicum *Athenaei*. Eodem modo nunc legitur apud *Heſychium*, ubi tamen alii ali-

τὸν ὑποξίζοντα ἄρτον κυλλᾶςιν καλοῦσιν. Μνημονεύει δ' αὐτοῦ Ἀριςοφάνης ἐν Δαναΐσι·

Καὶ τὸν κυλλᾶςιν φθέγγου, καὶ τὸν πετόσιριν.

Μνημονεύουσιν αὐτοῦ καὶ Ἑκαταῖος, καὶ Ἡρόδοτος, καὶ ὁ Φανόδημος ἐν ἑβδόμῃ Ἀτθίδος. Ὁ δὲ Θυατειρηνὸς Νίκανδρος τὸν ἐκ τῆς κριθῆς ἄρτον γινόμενον ὑπὸ Αἰγυπτίων κυλλαςίν φησι καλεῖσθαι. Idem Lib. x p. 418. Αἰγυπτίους δ' Ἑκαταῖος ἀρτοφάγους φησὶν εἶναι κυλλήςιας ἐσθίοντας, τὰς δὲ κριθὰς εἰς ποτὸν καταλεαίνοντας. *Hesychius*, uti a *Casaubono* corrigitur, haec habet, κυλλᾶςις ἄρτός τις ἐν Αἰγύπτῳ ὑποξίζων ἐξ ὀλύρας. Aiunt ita scriptores, Aegyptios panes hos confecisse ex hordeo, vel olyra. Addunt alii, fuisse eos ὑποξίζοντας, quod putabam significare panem *subacidum*, quemadmodum *Dalechampius*. At aliter vocem hanc accepit *Pollux* in Onomastico Lib. VI cap. XI § 73. Ita enim scribit, Αἰγύπτιοι δὲ τοὺς εἰς ὀξὺ ἀνηνεγμένους ἄρτους καλλιςεῖς (vel κυλλαςεῖς) ὠνόμαζον. Ex quo apparet, ἄρτους ὑποξίζοντας *Polluci* eos esse, qui εἰς ὀξὺ λήγουσι. Eaque de causa *Casaubonus* ad *Athenaeum* Lib. III cap. XXX, panes illos interpretatur, *fastigiatos*, *vel turbinatos*, *ad instar sorborum*. De varia autem vocis huius scriptione videndus *Iungermannus* ad *Pollucem* loc. cit. Quaenam sit ceteroquin vera vocis huius Aegyptiacae originatio, adhucdum assequi non potui.

ΚΥΦΙ. Species aliqua aromatis, thuris instar Diis adoleri soliti, sed ex pluribus rebus compositi. Sacerdotes Aegyptii aroma hoc quotidie, circa occasum so-

aliter in notis p. 373, 374. In Etymologico M. v. Ἐπικύλλωμα legitur, καλοῦσι δὲ κυλλίςην, τὸν Αἰγύπτιον. Κυλλήςιν rescribendum alii monuere. An pro τὸν Αἰγ. potius ἄρτον Αἰγ. ponendum? Iudicium penes Criticos esto!

ſolis, magno huic lumini mundi adolere conſueverant, teſte *Plutarcho* de Iſide p. 372, ubi appellat τὸ καλούμενον κῦφι. P. 383 vero idem aromatis huius compoſitionem explicat (*n*). Obſervat etiam p. 384, *Cyphi* hoc a ſacerdotibus quoque in potu adhiberi. Vide praeterea (*o*) *Dioſcoridem* Lib. 1 cap. 24, *Suidam* in Κῦφι, qui ſcribit, Manethonem Aegyptium confeciſſe Κῦφι, ſe autem ignorare, quaenam eius conficiendi ratio fuerit. Iunge eumdem *Suidam* v. Μάναιθως, et *Paulum Aeginetam* Lib. VII cap. 22 p. 299 verſus fin. Addantur *Iacobi Goupyli* Caſtigat. in *Alexandr. Trallian.* ad p. 8 v. 6, pag. 4.

Vocem hanc eſſe non Graecam, ſed peregrinam, monet *Athenaeus* Lib. 11 p. 66, [cap. 73 p. 256], qui paulo ante commemoraverat μύρον Αἰγύπτιον. Nec aliter opinatus fuiſſe videtur *Plutarchus*. Qui autem reliqua omnia loca veterum, a nobis adducta, expendere dignabitur, intelliget facile, eam Aegyptiis deberi. Exiſtimo κῦφι Aegyptiis ſonuiſſe ⲭⲟⲩϥⲓ. Nam ⲟⲩϥⲓ eſt *bonus*. Hinc ⲥⲑⲟⲓ ⲛ̀ⲛⲟⲩϥⲓ, proprie *odor bonus*, εὐοσμία. Sed ſpeciatim ſic appellatur *ſuffimen ſacrum*, vel *thus*, quod Diis adoletur. Tale vero eſſe κῦφι, veteres omnes docent. Abbreviato ⲑ vero *ſuffimen* hoc paulatim loco ⲥⲑⲟⲓ ⲛ̀ⲛⲟⲩϥⲓ, dici conſuevit ⲛ̀ⲛⲟⲩϥⲓ, vel quod plane idem eſt

(*n*) Verba *Plutarchi* ſunt: τὸ δὲ κῦφι μίγμα μὲν ἑκκαίδεκα μυῶν mellis, vini, uvae paſſae, cyperi, reſinae, myrrhae, aſpalathi, ſeſelis, iunci odorati, bituminis, folii ficulni, rumicis, iuniperi utriusque, cardamomi et calami. Vocem μυῶν in γενῶν mutatum voluere *Xylander*, *Baxter*, *Squire*. Cl. *Wyttenbachius* ante ipſe coniecerat δυνάμεων, ut monet p. 568, 569 ed. Oxon.

(*o*) Iunge *Damocratem* apud *Galenum* lib. 11 περὶ Ἀντιδ. p. 441, quem locum illuſtravit *Squire* ad *Plutarchum* de Iſ. et Oſir. p. 184, 185, 187.

est ⲭⲟⲩϥⲓ. Nomine vero isto suffimen hoc insignire placuit, quod nempe *suffimen*, ⲥⲑⲟⲓ ⲛⲟⲩϥⲓ, per excellentiam dici mereretur.

ΚΩΜΑΣΙ'ΑΙ, ΚΩΜΑΣΤΗ'Σ, et ΚΩΜΑΣΤΗ'ΡΙΑ. De vocibus his Aegyptiacis, quaedam ex *Synesio* comperimus. Ita namque is in Encomio Calvitii p. 50 edit. Graecae Turnebi: Παρ' Αἰγυπτίοις τὰ προφητικὰ γένη βαναύσοις μὲν καὶ χειρώναξιν οὐκ ἐπιτρέπουσι δημιουργεῖν εἴδη θεῶν, ἵνα μή τι τοιοῦτο παρανομήσωσιν, ἀλλὰ τοῖς μὲν ῥάμφεσι τῶν ἱεράκων καὶ τῶν ἴβεων, ἃ τοῖς προτεμενίσμασιν ἐγκολάπτουσι, καταμωκῶνται τοῦ δήμου· αὐτοὶ δὲ καταδῦντες εἰς τοὺς ἱεροὺς χηραμοὺς ἅττ' ἂν ἀπεργάσωνται περιςέλλουσι. καὶ ἔςιν αὐτοῖς κωμαςήρια, τὰ κιβώτια κρύπτοντα, φασὶ, ταύτας τὰς σφαίρας ἃς ὁ δῆμος, ἐὰν ἴδῃ χαλεπανεῖ. τὸ δὲ ῥᾷςον καταγελάσεται. δεῖται γὰρ τερατείας. πῶς δὲ οὐ μέλλει, δῆμος γε ὤν. Idem in Libro de Providentia p. 65 Sacerdotes in tres ordines distinguit. Primum constituunt προφῆται, secundum κωμαςαὶ, tertium ζάκοροι. Ibidem paulo ante commemoratur κωμαςήριον, videlicet *Collegium Comastarum*. Recte vero magnus *Seldenus* in Prolegomenis Libri de Diis Syrorum cap. III p. 70 coniicit, voces has, κωμαςήρια et κωμαςὰς, nequaquam ex lingua Graeca explicari debere, sed eas potius in Aegypto natas esse, et ad huius gentis linguam referendas. Optime vero ibidem observat, *Clementem* quoque *Alexandrinum* κωμασίων Aegyptiacarum meminisse. Verba eius Lib. v Stromatum p. 567 haec sunt: Ἐν ταῖς καλουμέναις παρ' Αἰγυπτίοις κωμασίαις τῶν θεῶν χρυσᾶ ἀγάλματα, δύο μὲν κύνας, ἕνα δὲ ἱεράκα καὶ ἶβιν περιφέρουσι. Plura vide apud auctorem doctissimum. Omittere hic non possum observationem egregiam *Tho. Galei*, quae in eius notis ad *Iamblichum* de Mysteriis Aegyptiorum legitur p. 252, 253: *Erat Aegyptiorum et quidem*

 …ios-

Diospolitarum propria dictio κωμασία, *Deorum pompa solennis. Et* κωμαςικὴ τάξις, *sive* κωμαςαὶ *portabant* κωμαςήρια, *i. e. arcas, thecas,* κιβώτια, ναΐδια, παςάδας, *in quibus erant Deorum quorundam simulachra; neque enim omnes omnium Deorum imagines producebant in populum; sed eas solummodo, quae erant subdiales (quarum in S. Scriptura mentio habetur), non illas, quae in adytis occultabantur.* Plura apud eumdem legi possunt.

Quod ad me attinet, in ea sum sententia, κωμαςὰς e Sacerdotum turba illos fuisse, qui Astrologiae et rerum coelestium scientiae se addixissent, quique etiam ex ea scientia futura praedicerent. Ad hanc sententiam ipsa vetus Aegyptiorum lingua nos manu ducere videtur. Etenim ⲙⲁⲥ, et ⲙⲓⲥⲓ, lingua illa significat *nasci*, et γένεσιν, *nativitatem.* Ita in ipso N. Testamenti initio legitur ⲡϫⲱⲙ ⲙ̀ⲙⲓⲥⲓ, Βίβλος γενέσεως. Igitur ϫⲱ ⲙ̀ⲙⲁⲥ, iisdem est λέγειν τὴν γένεσιν, vel γενεθλιαλογεῖν. Vel etiam Ϫⲱ ⲙ̀ⲙⲁⲥ erit θεῖναι τὴν γένεσιν, *ponere nativitatem.* Ex quo conficitur, ϫⲱ ⲙⲁⲥ, vel ϫⲱ ⲙⲁⲥ, dici *genethliacum*, vel γενεθλιαλόγον. Erant autem inter Sacerdotes, quibus scientia haec commendata, atque iniuncta erat. Videri potest Pseudo-*Callisthenis* Fragmentum ex historia vitae Alexandri M., quod *Io. Alb. Fabricius* edidit in Bibliotheca Graeca, Vol. XIV p. 148—150. Erant plura Sacerdotum munera, quibus certi quidam Sacerdotes, quibus illa speciatim demandata erant, sollicite fungebantur. Eorum praecipuos nominat et describit *Clemens Alexandrinus*, Stromatum Lib. VI, quos inter p. 633 commemoratur etiam Horoscopus. De eo haec ibi legas. Ὡροσκόπος ὡρολόγιόν τε μετὰ χεῖρα, καὶ φοίνικα, ἀςρολογίας ἔχων σύμβολα, πρόσεισιν etc. Astrologos Aegyptiorum habes etiam apud *Diodorum* L. I p. 24. Et quis eo-

eorum mentionem non fecit? Illos vero ex Aſtrologis, vel Aſtronomis, qui, ex ſtellarum ortu et relationibus cum aliis ſtellis, futura hominibusque eventura praedicerent, dictos arbitror fuiſſe *Comaſtas*. Cumque illorum ſemper in Aegypto numerus fuerit inſignis, et auctoritas non levis, ab iis ordinem totum Ἱερογραμματέων, apud *Syneſium* dictum fuiſſe τάξιν κωμαςικὴν auguror. Certe apud hunc ſcriptorem, inter tres Sacerdotum Aegyptiorum ordines, Κωμαςαὶ conſtituunt ſecundum. Illos vero Scriptores alii nuncupant Ἱερογραμματέας (*p*).

ΚΩΝΟΥΦΙΣ. Vide ſupra in Κνὴφ et Κνοῦφις.

Λ.

ΛΑΒΑΡΕΙΣ. Οἱ μάχιμοι. Militum aliquod in Aegypto genus. Ita apud *Stephanum* Ethnicographum legitur, in iſthac voce (*q*). Verum plane aſſentior *Abrahamo Berkelio*, in notis monenti, vocem hanc corruptam eſſe ex καλασιριεῖς, quomodo ſcriptores antiqui hoſce milites nuncuparunt. Vide, quae ſupra [pag. 101, 102] diximus in Καλασιριεῖς.

ΛΑ-

(*p*) De nonnullis eorum, quae hic attingit, ipſe *Iablonskius* plenius egit in Prolegom. ad Pantheon Aegypt. cap. 3. Sed comparanda inprimis *F. S. de Schmidt* Diſſertatio de Sacerdotibus et Sacrificiis Aegyptiorum, in qua p. 104 ac ſeqq. de variis ordinibus claſſibusque Sacerdotum, et de *Comaſtis* p. 211—216, accurate diſputatur. Nihil autem illic de origine vocum κωμαςῆς et κωμαςία Aegyptiaca, quas Graecas iudicat, ex vulgari plerorumque eruditorum ſententia.

(*q*) Immo vero in voce Ἑρμοτυμβιεῖς, ad q. l. *Holſtenius* idem monet, quod *Berkelius*. Aſſentitur *Cuperus* in Syllog. Epiſtol. *Burmanniana*, tom. II p. 690.

ΛΑΒΥΡΙΝΘΟΣ. Hoc nomine in Aegypto scimus vocatum fuisse aedificium structurae amplissimae, valde sumtuosae, et vere mirandae, cui simile vix in toto orbe ostendi queat. Sed et nomen hoc nemini paulo humaniori ignotum esse potest. Fuit enim et in Creta Labyrinthus oppido celebratus, cuius memoriam in nummis conservarunt Gnossii, quales recenset *Harduinus* in Nummis antiquis illustratis p. 254, et in imagine exhibet *Laurentius Begerus* in Thesauro Brandenburgico. Fuerunt et alii Labyrinthi; sed reliquos omnes vicit Labyrinthus Aegyptius, et ex hoc reliqui videntur esse derivati, quemadmodum illis etiam nomen Aegyptiacum *Labyrinthi* adhaesit. *Marshamus* tamen, vir antiquitatis omnis peritissimus, Labyrinthum Creticum Aegyptiaco antiquiorem censet, in Canone Chronico p. 291. Quae veteres de stupenda Labyrinthi Aegyptiaci magnitudine, de incredibili eius sumtuositate et magnificentia praedicant, fidem omnem superare videntur. Vide *Herodotum* Lib. II cap. 148, *Diodorum* p. 53, 60, *Strabonem* Lib. XVII p. 557, *Melam* Lib. I cap. 9, *Plinium* Lib. XXXVI cap. 13. Quibus, ex recentioribus, qui rudera magnifici huius operis viderunt, addi poterunt *Vanslebii* relatio Itineris Aegyptii, Gallice scripta, p. 268, 269, *Pauli Lucae* historia peregrinationis suae tertiae, de An. 1714, Tom. II p. 18, Les Nouveaux Mémoires des Missions Tom. V et VII, Itinerarium *Grangerii* p. 150, 151, inprimis vero accuratissima *Richardi Pocockii* Descriptio Orientis, ac sigillatim Aegypti. De loco, in quo mirabile hoc aedificium erectum fuit, videtur aliquis esse inter veteres dissensus. *Herodotus*, *Diodorus*, *Strabo*, et tota fere veterum turba Labyrinthum locat prope lacum Moeridis, meridiem versus. Secundum *Plinium* vero Lib. V cap. IV, in fine, *Labyrinthus*, in Moeridis lacu, *nullo addito ligno exaedificatus fuerat*. Sed scriptores hi conciliari haud difficulter possunt. Erat enim in medio lacu Moeridis insula, cuius memi-

ne-

nerunt, praeter *Plinium*, *Herodotus* Lib. II cap. 101, 149, et luculentius *Diodorus* Lib. I p. 48. In illa insula, quod scriptores iidem docent, conspiciebantur Pyramides, et alia quaedam industriae Aegyptiorum monumenta eximia. Cumque omnes testentur, Labyrinthum inserviisse sepulchris regum et crocodilorum sacrorum, *Diodorus* insuper memoriae prodidit, Regem Moeridem, qui lacum effodisse creditur, sibi et uxori in illa insula sepulchra condidisse. Regis vero, qui Labyrinthum condidit, sepulchrum in ipso Labyrintho locant alii. Et satis apparet, insulam, et Labyrinthum in continenti, ad opus idem a conditore Labyrinthi fuisse destinatum. Minus certo constat, quis fuerit verus operis tam sumtuosi auctor. *Plinius* testatur, tradi, Labyrinthum *factum esse ante annos* IIIMDC. *Petesucco rege*, *sive Tithoe*. *Herodotus*, et ex eo *Diodorus Siculus*, affirmant, Labyrinthum opus esse XII regum, cui coronidem imposuerit Psammetichus. Hinc *Mela* vocat *Psammetichi opus Labyrinthum*. *Strabo* opus ait fuisse *Imandae* Regis, quo nomine, quemnam scriptor eximius designare voluerit, dicere difficile fuerit. *Diodorus Siculus* appellat *Mendem* p. 55. Satis perspicitur ex his, veras origines Labyrinthi Aegyptiis recte et certo cognitas haud fuisse, aut Sacerdotes saltem eas, multarum fabularum cortice tectas, vulgum celare voluisse. In Dynastiis *Manethonis*, uti ab *Africano* et *Eusebio* reperiuntur dispositae apud *Syncellum*, videtur Dynastia XII ad nostrum negotium spectare. Nam in *Africani* excerptis Chronologicis ex illa Dynastia, rex IV nominatur Λαχάρης, et de illo additur, ὃς τὸν ἐν Ἀρσενοΐτῃ λαβύρινθον ἑαυτῷ τάφον κατεσκεύασεν. Vide *Syncellum* p. 59. Idem vero p. 60, *Eusebii* Digesta adfert, quae de eodem rege haec habent, Λάβαρις, ὃς τὸν ἐν Ἀρσενοΐτῃ λαβύρινθον ἑαυτῷ τάφον κατεσκεύασεν. Quae si esset vera lectio, facile iam foret nomen Labyrinthi explicare et interpretari. Si enim *Labaris*, vel *Labyris*, verus auctor est illius La-

Labyrinthi, tum vox haec *Labyrinthus* commode exponi posset, *domicilium Labaris*, vel *Labyris*. Certe ⲑⲟ, *tho*, Apoc. III. 10 redditur οἰκουμένη. Sed dubitari potest, designaveritne vox illa totum semper *orbem terrarum*, quod vox Graeca vulgo significat, an vero nonnunquam *locum* quemvis *bene cultum* et *habitatum*. Quod si posterius locum habet, ⲗⲁⲃⲁⲣⲥ ⲛ̇ⲑⲟ, *Labyrintho*, recte et analogice significabit *ornatum* et bene *cultum Labyris habitaculum*. ⲧⲟⲥ porro significat *partem*, *portionem*, *sortem*: esset proinde ⲗⲁⲃⲩⲣⲥ ⲛ̇ⲧⲟⲥ, *pars*, *possessio Labyris*. Verum etiam atque etiam metuendum est, ne nomen hoc *Eusebius* ad sonum *Labyrinthi* contorserit, ut sic vocis huius postremae originationem facilem et commodam lectoribus praeberet. Labaris huius ceteroquin nulla uspiam mentio occurrit, ne apud illos quidem, qui in conditores Labyrinthi sollicita industria inquirunt.

Mihi certum est, Israëlitas, dum tota eorum gens servitute Aegyptiaca premeretur, ad construendum Labyrinthum, tum eum, qui in insula conspiciebatur, tum qui in continenti extabat, fuisse adhibitos. Multa, dum argumentum hoc volvo et revolvo, cogitationibus meis se offerunt, quae id, quod dixi, mirabiliter confirmare queunt. Sed ea hic exponere, nimis foret prolixum. Vnicum tantum memorabo, quod non parum habet verosimilitudinis. Aiunt *Herodotus* et *Diodorus*, Labyrinthum construxisse duodecim Aegypti Principes, ex quibus deinde Psammetichus toti Aegypto solus imperavit, cui etiam mirabile illud opus a nonnullis vindicatur. Sed stupendum hoc opus aetatem Psammetichi longe superare, vel illa incertitudo scriptorum veterum de vero Labyrinthi conditore satis testatur, ut alia plurima nunc taceam. Illa tamen, cuius modo memini, traditio, ex vero aliquid trahere mihi videtur. Suntne duodecim principes, totidem duo-

duodecim tribuum Israëlis praefecti et veluti Patriarchae, aut forte Duces, qui reliquis erant praepositi a rege Aegypti tanquam ἐργοδιῶκται, qui opus urgerent, et laborantibus acriter instarent. Opus vero hoc, post exitum Israëlitarum ex Aegypto, diu intermissum, Psammetichus multo post resumsit, ac tandem perfecit. Sententiam hanc ipsa quoque *Labyrinthi* vox Aegyptiaca aliquo modo verosimilem facit. Nam ⲟⲩⲉⲣⲓ ⲛⲑⲟ, *Viri*, vel *Biri ntho*, nam V. et B. pronuntiando saepe permutantur, sermone Aegyptiaco *opus multitudinis* significat. ⲉⲣⲓ est *facere*. Articulus indefinitus ⲟⲩ, praepositus, indit huic verbo significationem nominis substantivi, ut *opus* designetur. ⲑⲟ vero *multos* vel *multitudinem* innuit, sicuti Psalmo XXII. 12, et 16, ubi habes ϩⲑⲟ, itemque Psalmo XLV. 9, 13. Inde forte ἡ οἰκουμένη dicta est, ut diximus, ⲑⲟ. Est igitur ⲟⲩⲉⲣⲓ ⲛⲑⲟ, *Virintho*, vel *Birintho*, *opus multorum*, vel magnae multitudinis. Constructus enim erat Labyrinthus per Israëlitas, quos historia Mosaica refert fuisse numero permultos, ita ut de eorum multitudine Aegyptii conquesti fuerint, Exodi I. 7, 9, 12. Id nomen hoc *Labyrinthi* prae se fert. Aegyptii, post id temporis, nomen istud aliter interpretati sunt, aut ex eo coniecerunt, opus fuisse plurium, et quidem duodecim Principum. Sic enim Sacerdotibus placuit, antiquam veramque de hoc opere traditionem falsis additamentis contaminare. Superest hic tamen, fateor, prima syllaba *La*, quam interpretatio mea non explicat. Sed multa nos de sermone Aegyptiorum veteri latent, quibus forte et hoc accensendum erit (*r*).

ΛΗ'-

(*r*) Sententiam *Iablonskii* de prima origine *Labyrinthi* Aegyptiaci, atque de etymologia nominis, alii expendant. Pru-

ΛΗΝΗΣ. *Helenium.* *Dioscorides* Lib. I cap. 28, et in Appendice ad eiusdem cap. 27 [p. 442].

ΛΙΒΙΟΥΜ. *Iuniperus minor.* Ita auctor Appendicis ad *Dioscoridem* Lib. I cap. 103 [p. 442]. Credo, vocem hanc, nescio quo fato, ex Aegypto migrasse in Lycaoniam Asiae minoris. Illi enim, teste *Stephano* Ethnicographo, in voce Δέρβη, *iuniperum* patrio sermone dicebant δέλβειαν. Si nempe addas notam generis foeminini ϯ, vel ϮΕ, habebis ϯλιβι, vel ϮΕλιβι, unde Graeci fecere λιβιοῦμ, et Δελβείαν.

LIGEA. *Symphoniaca*, seu *Hyoscyamus.* *Apuleius* de Herbis cap. 4.

ΛΥΙΣΤΗ. *Smilax aspera.* Appendix *Dioscoridis* Lib. IV cap. 144 [p. 472].

ΛΩ-

Prudenter Auctor Etymologici M. vocabuli originem nullam dedit, exemplum cuius *H. Stephanus* secutus est, in Ind. Thes. L. Gr. p. 1336. *Suidas* Labyrinthum dictum ait παρὰ τὸ λαβεῖν θύραν, quam etymologiam ineptam esse et merito explodendam pronunciat *Kusterus.* Eamdem tamen ac similes haud meliores repetiere *Gayetus* ad *Hesychium* v. Λάβιρος, *M. Martinius* in Lex. Etymol., *Facciolatus* et *Forcellinus* in Latinitatis Lexico, *Lennepius* in Etym. L. Gr., plures alii. Istiusmodi notationes verborum non male dicas ἀγκύλους λόγους καὶ λαβυρίνθοις ὁμοίους, ut utar verbis *Luciani* tom. III Oper. p. 817. De *Labyrintho* autem Aegyptio, praeter recentiores, qui iter suum in Aegyptum descripsere, consulantur *Is. Vossius* ad *Melam* I. 9, *Wesselingius* ad *Diodorum Sic.* tom. I p. 71, et ad *Herodotum* II. 148, *Banier* dans l'Histoire de l'Académie R. des Inscript. et Belles Lettres tom. V p. 245—250, Comes *de Caylus* dans les Mémoires de la même Académie tom. XXIII p. 288 et suiv., et *Gibert* in iisdem Commentariis tom. XXVIII p. 225—245. Poterit inde excursus *Iablonskii* de *Labyrintho Aegyptiaco* illustrari, augeri, emendari.

ΛΩΤΟ'Σ. Species quaedam Lilii aquatici in Aegypto, cuius veterum permulti meminere, *Herodotus* Lib. II cap. 92, et IV. 177, *Theophrastus* Histor. Plantar. Lib. IV cap. 10, *Dioscorides* Lib. IV cap. 114 (*s*), *Plinius* Lib. XIII cap. 17, *Tzetzes* Chil. VI histor. 714. Ex recentioribus videri possunt *Prosper Alpinus* de Plantis Aegypti cap. XXXIV, *Spanhemius* de Usu Numismatum p. 257, 258, edit. Belgic., *Gisb. Cuperus* in Harpocrate p. 14, 19, 20, et prae ceteris auctor Dissertationis perelegantis *de Monumentis variis, in quibus plantae cernuntur, quas Antiquarii fere omnes pro Loto habent.* Legitur ea *dans l'Histoire de l'Académie des Inscriptions* Tom. III p. 181 et suiv. Vide inprimis p. 182, 183, 185, 186 (*t*). De nomine vix aliquid certi dicere licet, cum

(*s*) Addatur *Plutarchus* de If. et Osir. cap. XI, nisi illic pro *ἐκ λωτοῦ* legendum censeas *ἐξ ἰλύος*, *ex luto*, quod vult *Squire* p. 27, 28. Meminit saepius *λωτοῦ* *Strabo*, lib. III p. 237, XVII p. 1185, 1191. *Diodorus Sic.* lib. I c. 34, *Λωτός τε γὰρ φύεται πολὺς, ἐξ οὗ καὶ κατασκευάζουσιν ἄρτους οἱ κατ' Αἴγυπτον*, iterum cap. 43. Notabilis valde locus est *Athenaei*, sive potius ipsius Epitomatoris, lib. III p. 287 ed. novae: *Γίνεται δὲ ὄντως ἐκ τῶν κιβωρίων καὶ ἄνθος στεφανωτικόν· καλοῦσι δ' Αἰγύπτιοι μὲν αὐτὸ Λωτόν· Ναυκρατῖται δὲ οἱ ἐμοὶ, λέγει οὗτος ὁ Ἀθήναιος, μελίλωτον.* Ad quae verba consule *Schweighaeuseri* animadversiones p. 4, 5, sed et *Salmasii* Exercit. Plinian. p. 679.

(*t*) Praeter alios plures, quos numerare longum sit et inutile, de *Loto* Aegyptiaco dabunt alia scriptores veteres ac recentiores, laudati a *Boddaertio* et *Tydemanno* in notis ad Itinera *Shawii* tom. I p. 396, qui et ipse adeundus p. 239, 240. Vnum tamen adiungam *Salmasium* in Exercitat. Plinian. p. 628 sqq., p. 685 sqq., p. 728 sqq., de Homonymis Hyles Iatr. p. 1, 2, 6, et in prolegom. p. 22; cuius observata eo maxime pertinent, ne arbores ac plantae, nomine *Loti* dictae omnes, et tamen diversae, permutentur. Quae quidem observatio magnum nobis praestat usum in recta scriptorum antiquorum interpretatione, corrigendisque erroribus recentioribus.

cum pluribus plantis, quin et arboribus, commune fuerit. Disquisitionem hanc aliis igitur relinquimus.

M.

MAN. Cibus Israëlitarum in deserto, de quo, primum viso, Israëlitae dicebant מָן הוּא, *Hoc est Man. Andreas Müllerus*, in Glossario Sacro, vocem putat esse Aegyptiam (*u*).

ΜΑΝΕΡΩΣ. Nomine isthoc, Linum, inclytum Graeciae Poëtam, celebratum fuisse ab Aegyptiis, auctor est *Herodotus* Lib. II cap. 79, Ἔςι δὲ Αἰγυπτιςὶ ὁ Λῖνος καλεύμενος Μανέρως. Addit ibidem, ἔφασαν δέ μιν Αἰγύπτιοι τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος Αἰγυπτίων [Αἰγύπτου] παῖδα μουνογενέα γενέσθαι. Si vera (*v*) hic narrat historicus nobilissimus, fuit *Maneros* filius primi Aegyptiorum regis. Is autem, consentientibus omnibus, fuit *Menes*, quod in notis ad *Eratosthenis* Catalogum regum Thebaeorum interpretatus sum ⲙⲉⲛⲉϩ, *Meneh*, id est, *aeternum*. Et profecto, in Μανέρως levia apparent vestigia nominis Μήνης, vel Μάνης (*w*). Adde, quod in Pentateucho, voce alias ra-

(*u*) Placuit idem *Drusio*, *Grotio*, *Polo*. Aliis tamen aliter visum est. Vide e multis *Dathe* ac *Rosenmullerum* ad Exod. XVI. 15, *Pfeifferum* tom. I Op. Phil. p. 122, *Hackmannum* in Praecidaneis Sacris p. 68—72, *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1517. Notus est omnibus aut esse debet *Salmasii* commentarius de Manna, adiectus Exercit. de Homon. Hyles Iatricae p. 245—254.

(*v*) Legendus omnino *Wesselingius* ad *Herodoti* locum.

(*w*) *Manerota* dictum esse de *Mene*, vetustissimo illo Aegyptiorum rege, non a vero alienum putat *Squire* ad *Plutarchum* de Is. et Osir. p. 41, 42.

rariori ϧⲣⲟϯ, *Chroti*, dicatur, ſi recte memini, *filius*, aut *ſoboles*. Vnde ⲙⲉⲛⲉϩϧⲣⲟϯ, *Menehchroti*, exponi poſſet, *filius*, aut *ſoboles Menis*. Ad hanc expoſitionem, cui tamen nihil tribuo, manu nos ducit *Herodotus* Forte ſcriptor ille aliquem conſuluit, cui melior vocis illius originatio non ſuppetebat. At veram eſſe non iudico. Aliter *Heſychius*, cuius haec in voce Μανέρως ſunt verba, Τοῦτον φασὶν Αἰγύπτιον (ſcil. ὄντα) ὁμολογῆσαι πρῶτον, παρὰ Μάγων διδαχθέντα, καὶ διὰ τοῦτο πᾶσιν ἀνὰ στόμα γενέσθαι. Pro ὁμολογῆσαι, quod commodum ſenſum hic non fundit, legere malim θεολογῆσαι. Tum omnia plana, facilia, et perſpicua ſunt. Sed quis ille *Maneros* ſit, qui, a Magis edoctus et initiatus, primus Theologiam tradidit Aegyptiis, id me latere fateor. Et omnino vereor, ne *Heſychius* hic nobis parum vera perſuadere voluerit. Communiorem hanc apud veteres traditionem reperio, *Maneros* fuiſſe aliquod cantilenae genus, ab Aegyptiis in honorem Lini cantillari ſolitae. Ita *Herodotus*, loc. cit., *Pauſanias* in Boeot. p. 303, 304, edit. Graec. Wechel., et *Athenaeus* Lib. XIV p. 620. *Suidas* memoriae prodidit, eamdem cantilenam dici etiam περιμανὼς, in v. Μανέρως et Περιμανώς. Forſitan per Linum intelligendus venit ille Aegyptius, cuius *Heſychius* meminit, qui primus Aegyptios Theologiam docuiſſe perhibetur, etſi haud credam, illum a Magis, Perſarum Philoſophis, inſtitutum fuiſſe. Forſitan in verbis *Heſychii*, praeter mendum illud, quod ſuſtulimus, aliud etiamnum latet, haud obſervatum, et cuius emendationem nunc non tentabo. Forſitan *Maneros* ille, quia primus Theologiam, certis ſine dubio regulis et legibus comprehenſam, Aegyptiis tradidit, quod apud Graecos praeſtitiſſe Linus fertur, hanc ob cauſam a Graecis Lini nomine inſignitus fuit. Voluerunt nempe ſubinnuere, eum fuiſſe Aegyptiorum Linum. Non vero omittendum, quod de re eadem *Plutar-*

tarchus scriptum reliquit de Iside et Osir. p. 357, τὸν δὲ ᾀδόμενον Μανέρωτα, πρῶτον εὑρεῖν μουσικὴν ἱσοροῦσιν. ἔνιοι δέ φασιν, ὄνομα μὲν οὐδενὸς εἶναι, διάλεκτον δὲ πίνουσιν ἀνθρώποις, καὶ θαλειάζουσι πρέπουσαν, αἴσιμα τὰ (x) τοιαῦτα παρέιη. τούτῳ (y) γὰρ τῷ Μανέρωτι φραζόμενον ἀναφωνεῖν ἑκάςοτε τοὺς Αἰγυπτίους, κ. τ. λ. Videtur enim Μανέρως fuisse aliquod celeusma, quo omnes ad cantandum et gaudendum excitarentur. Nam ⲙⲁⲛⲉⲣϩⲱⲥ, (*Manerhos*) significat *cantate*, aut ⲙⲁⲣⲉⲛϩⲱⲥ, (*Marenhos*) *cantemus*, uti in Cantico Mosis Exodi xv. 1, 21. Potest etiam fuisse initium alicuius cantilenae, a quo initio tota cantilena Μανέρως vocata fuit, quod non infrequens est. Sic Athenis cantilena quaedam Ἁρμόδιος dici consuevit, quia a celebrando Harmodio incepit. Initium eius erat, Φίλτατε Ἁρμόδιε οὔτι που τέθνηκας. Vide *Suidam* in voce Οὐδέ ποτ' ἐγώ, et Πάροινος, et confer Scholiasten *Aristophanis* in Acharnenses p. 418 (z). Antequam ad alia pro-

(x) Non erat, quare totam hanc dictionem, Αἴσιμα τὰ τοιαῦτα παρέιη, *Fausta haec nobis adsint*, prorsus corruptam opinaretur *Xylander*, monente Cl. *Wyttenbachio* p. 466, cui tamen pro τὰ τοιαῦτα forte legendum videtur ταῦτα.

(y) Pro Τούτῳ potius Τοῦτο scribendum iudicavit *I. S. Semler*, Erleuterung der Egyptischen Alterthümer durch ueberſetzung der schrift Plutarchs von der I. und dem O., p. 215. Τοῦτο etiam legunt *Marklandus*, et libri MSS., monente Cl. *Wyttenbachio*.

(z) *Aristophanes* in Acharnens. v. 977, Οὐδὲ παρ' ἐμοί ποτε τὸν Ἁρμόδιον ᾄσεται, ubi plura *Berglerus*, quem, ut et Scholiasten ac *Fl. Christianum*, vide ad eiusdem Comici Vespas v. 1227 sqq. Cum Aegyptiorum Μανέρως comparatur Maryandenorum, vel Mariandynorum, Βῶρμος, Βώριμος, aut quaecumque vera fuerit scribendi ratio, quae in codicibus MSS. variat, ab *Athenaeo* lib. XIV p. 619, et *Polluce* IV. 54, ad q. l. plura dabunt interpretes, item ad *Hesychium* v. Βῶρμον. Qui ad ea aliaque eius generis attendat animum, non is extemplo, opinor, coniecturam *Iablonskii* fastidiet. Meliora forte et certiora deinde docebimur.

progrediar, monere visum, me in *La Crozianis*, manu eius exaratis, et fidei meae ab Illustri *Iordano* quondam creditis, hanc legisse viri doctissimi, ad locum *Plutarchi* paulo ante a me adductum, observationem: *Filium Regis Bybli, quem Isis terrore interfecit* Μανέρωτα *Aegyptii appellant. Eum Isis, ut videtur, lactaverat, inde Aegyptiace* ⲙⲁ ⲛⲉⲣⲱϯ, *Maneroti, cui lac praebetur.* Vide *Herodot.* Lib. II p. 117 et *Clericum* in Hesiod. p. 328. Haec ille, quae ego, vel propter famam viri praestantissimi, minime negligenda esse duxi.

ΜΑΡΙ'Α. Lacus prope Alexandriam, unius diei itinere ab urbe illa distans. Scriptores eum passim vocant *Lacum Mareotin.* *Strabo* Lib. XVII p. 793, Τῆς λίμνης, τῆς Μαρείας, ἢ καὶ Μαρεῶτις λέγεται. Qualia habet etiam *Stephanus* de Vrbibus, in voce Μάρεια. Ad quem locum consuli possunt notae eruditorum virorum. Verum tamen antiquum Paludis illius nomen Aegyptiacum est Μαρία et Μαρεία, cui cognominis erat urbs ad Austrum Paludis sita. A Palude et urbe nomen habuit regio *Mareotis:* et hoc ipsum nomen postea a Graecis et Romanis, Paludi quoque nonnunquam datur. Vide de Μαρίᾳ vel Μαρείᾳ, *Strabonem* Lib. XVII p. 803, *Philonem Iudaeum* in libro de Vita Contemplativa p. 892. Ita et *Ptolemaeus* in Geogr. Lib. VI cap. V p. 117 edit. Bertii, (etsi sphalmate typographico excusum legat 121,). Vide porro *Aelianum* de Animal. Lib. VI cap. 32, *Aristidem* Rhetorem, in Aegyptio p. 94 a. edit. Graec. Florent., *Athenaeum* Deipnosoph. Lib. I p. 33, *Sozomenum* Hist. Eccles. Lib. I cap. XIV, XVII, et *Palladii* Historiam Lausiacam, cap. VI et XVII (*a*).

Ne-

(*a*) Vnus adiungatur *Diodorus Sic.* lib. I cap. 68, cum nota *Wesselingii.*

Nemo ambigere poteſt, quin nomen lacus huius, quippe antiquiſſimum, originis ſit vere Aegyptiacae. Dictum ego lacum hunc *Μαρίαν* exiſtimo a ⲙⲁϩⲣⲓ, vel cum ⲟ in fine vocis, *Mahri*, ſive *Mahro*, quod Aegypti incolis *ſtercus* deſignavit, ex. gr. in verſione Coptica Lucae cap. XIII. 8. Hanc autem eſſe veram (*b*) nominis *Maria* rationem, ex iis intelligi poteſt, quae *Nicolaus Chriſtophorus Radzivilius*, Princeps, in Epiſtolis de peregrinatione ſua, de indole lacus huius memoriae mandavit, ita (*c*) ſcribens: *Aër Alexandriae a menſe Maio usque ad primas autumni pluvias, inſalubris et propemodum peſtilens eſt. — Nonnulli paludem Mareotidem, ſeu Araepoten, quae uno et dimidio milliari abeſt a Civitate, cauſſam mali exiſtimant: in quam cum Nilus* Sordes *omnes, ex agris et campis, qui ſunt ab illa Alexandriae parte, collectas exoneret, multaque venenoſa animalia comportet, — aërem putredine corruptum in Civitatem propellunt* (Eteſiae).

ΜΑΡΗΣ. Nomen regis Thebaei in Aegypto, quod ab *Eratoſthene* exponitur Ἡλιόδωρος, *a ſole datus*, vel *donum ſolis*. Recte omnino et bene. Nam ⲙⲁⲣⲏ, *Ma-*

(*b*) Aliter iudicat *Forſter* in Epiſt. ad *I. D. Michaëlis* p. 13, obſervans, lacum *Mareae* ante eſſe nominatum *Arapoten*, teſte *Plinio* lib. V cap. 10, utrumque vero illud nomen ex Aegyptia lingua hauſtum, cum ſit *Marea* ⲙⲁⲁⲣⲉϩ, *Maareh*, *locus cuſtodiae*, et *Arapotes* ⲁⲣⲉϩⲫⲟⲧⲡ, *Areh-phot*, *cuſtodia occidentis*. Non videtur ultimum ⲡ pronunciatum. Quam coniecturam forte adiuvabit *Herodotus*, de Pſammeticho rege narrans lib. II cap. 30, ſub eo φυλακὰς eſſe collocatas adverſus Libyam ἐν Μαρέῃ.

(*c*) Leguntur in ipſius Hieroſolymitana Peregrinatione, Epiſtola tertia p. 210, ed. 1601.

Mare, id ipſum, ſermone Aegyptiorum, plane ſignificat. Vide notas noſtras in *Eratoſthenis* Catalogum, apud *Vignolium* in Chronologia Sacra Tom. II p. 744, 745.

ΜΕΘΥΕ'Ρ. Cognomen Iſidis in Aegypto. *Plutarchus* in libro de Iſide et Oſiride p. 374 ait, nomen hocce compoſitum eſſe ἔκ τε τοῦ πλήρους καὶ τοῦ αἰτίου (*d*) *ex pleno et cauſali*. Nempe cognomine hoc Sacerdotes ſubinnuere voluerunt eam, *quae plena eſt virtutis cauſalis, vel effectricis*, vel, *in qua inſignis ineſt facultas agendi et efficiendi*. Id ipſum accurate ſignificat et exprimit Aegyptiis ⲙⲉϩⲧⲟⲩⲏⲣ, *Mehtu-er*, id eſt, *plena virtutis cauſalis et effectricis*. Plura videri poſſunt in Pantheo noſtro Lib. III cap. v § 6.

ΜΕΙΣΙ'. *Serpens*. *Horapollo* Hieroglyphic. Lib. I cap. 59, Τὸ δὲ ὄνομα τοῦ ὄφεως παρ' Αἰγυπτίοις ἐστὶ Μεισί. Verum obſervandum, Aegyptios non ſerpentem naturalem voce hac deſignaſſe, quod ex Coptorum libris unicuique patet; ſed ſerpentem ſymbolicum vel Hieroglyphicum, plenum nempe atque abſolutum, atque ad verum ſuum principium redeuntem. Id enim ſine dubio ſignificabat Aegyptiis ſerpens in ſe revolutus, et caudam ſuam comprehendens, etſi veram ſymboli huius rationem *Horapollo* aſſecutus minime ſit. Ille igitur ſerpens ſymbolicus, quatenus annum hieroglyphice innuebat, dicebatur Μεισί. Equidem *Ioſ. Scaliger* Lib. III de Emendat. Temp. p. 194 verbis *Horapollinis* mendum ſubeſſe coniicit, mavultque pro Μεισὶ legere Νεισὶ, quia Coptitae hodieque τὰς ἐπαγομένας, quinque dies in fine anni additas, eo nomine de-

(*d*) Pro αἰτίου *Marklandus* et *Squire* p. 139, 140, malebant ἀγαθοῦ. Vulgatum ſanum eſſe, Cl. *Wyttenbachius* ex *Iablonskii* animadverſione patere cenſuit p. 531.

designant. In quo ratio virum magnum fefellit. Sed de voce Νεισὶ, vel Νεσὶ, quam vix Aegyptiacam esse crediderim, plura suo loco. Ab ea utique differt vox Μεισί, quam esse vere Aegyptiacam certo scio. Aliquid hic vidit *Salmasius*, qui veram viam ingressus, at non emensus est. Ita enim scribit Epist. LX ad Golium: *Male ὁ μακαρίτης Scaliger*, Μεισὶ *Hori Apollinis*, *cum* Νισὶ *confundit. Serpentem*, *quo anni revolutionem signabant*, *qui ore caudam apprehendebat*, *vocarunt illi* Μεισὶ, *quod est caudam capiens. Nam* Μεὶ (ⲙⲉⲥ) *apud illos cauda est.* Σὶ (ϭⲥ) *in ea lingua significat capere*, *sumere.* Sed vir magnus, qui scientiam linguae Copticae a limine tantum salutaverat, hic rem acu non tetigit. Quod ad vocem ϭⲥ, vel Σι, attinet, eam utique bene interpretatus est *capere*, vel *sumere.* Quando vero asseverat ⲙⲉⲥ esse *caudam*, omnino frustra est. Nescio, utrum hanc vocis ⲙⲉⲥ significationem coniiciendo tantum hariolatus fuerit, an vero eam apud auctorem fidei minus probatae invenerit. *Caudam* interpretes Copti reddunt ⲥⲁⲧ, *sat*, vel ⲥⲏⲧ, *set*, sicuti Exodi cap. IV. 4, et Apocalypſ. IX. 10. Et quod observasse non poenitebit, in locis his sermo est de serpentibus et scorpiis. Videtur *Salmasium* Iota in voce Μεισὶ, quod sane superfluum est, decepisse. Alioquin vocis huius Aegyptiacae interpretatio perfacilis censenda est. Nempe vox illa Aegyptiaca, quae in codicibus *Horapollinis* nunc scribitur Μεισὶ, efferenda rectius esset Μεσὶ, estque composita ex ⲙⲉϩ, *meh*, *plenum*, vel *plenitudo*, et ϭⲥ, quod *Salmasius* recte interpretatur *capere* et *sumere.* Est igitur Μεσὶ, ⲙⲉϩϭⲥ, *complementum accipiens.* Dicebatur sic symbolice annus Aegyptiorum, qui, postquam quinque ἐπαγο-

γομέναι illi essent additae, credebatur plenitudinem omnem assecutus esse. Atque id symbolum serpentis in se revoluti Aegyptiis significabat. Conceptis verbis id docet *Servius* in Aeneid. v. 84. *Annus secundum Aegyptios indicabatur, ante inventas literas, picto dracone, caudam suam mordente, quia in se recurrit.* Eadem de causa *Herodotus* annum Aegyptiorum *circulum* vocat *in se redeuntem*, Lib. II cap. 4, Αἰγύπτιοι δὲ τριηκοντημέρους ἄγοντες τοὺς δυώδεκα μῆνας, ἐπάγουσι ἀνὰ πᾶν ἔτος πέντε ἡμέρας πάρεξ τοῦ ἀριθμοῦ. καί σφι ὁ κύκλος τῶν ὡρέων εἰς τὠῦτὸ περιϊὼν παραγίνεται. Addi potest *Diodorus Siculus*, qui de anno, ab Aegyptiis in eam, quam dixi, formam redacto, Lib. I p. 46 [cap. 50] loquitur, atque tandem ita pronuntiat, τούτῳ τῷ τρόπῳ τὸν ἐνιαύσιον κύκλον ἀναπληροῦσιν. Annum vocat *circulum*, et formam anni Aegyptii, *circuli* illius ἀναπλήρωσιν, *plenitudinem*, vel *complementum*. Id plane significat ⲙⲉⲍ—ϭⲓ, Μεσί. Quin imo res adeo notabilis regi ipsi, quo regnante annus Aegyptiorum illam formam accepit, nomen indidisse videtur. Rex ille in *Eratosthenis* catalogo regum Thebaeorum, num. xxxv, vocatur *Siphoas*, ut vulgo legitur, ut vero ego corrigendum esse censeo, *Saphthas*, idemque cognominatur *Hermes*. Verba *Eratosthenis* sunt. Θηβαίων λε. ἐβασίλευσε Σιφωὰς (lege Σαφθὰς) ὁ καὶ Ἑρμῆς, υἱὸς Ἡφαίςου. Dictus igitur *Saphthas* ille fuit etiam Ἑρμῆς, quod interpres pro nomine Graeco habuit, vertitque *Mercurium*. Eum sequitur *Marshamus* in Canone Chronico, qui hinc arguit eum fuisse Mercurium Aegyptiorum secundum. Ego vero Ἑρμῆς non pro nomine Graeco habeo, sed Aegyptiacum esse arbitror, huiusque meae sententiae rationes dedi in Pantheo Lib. v § 18 et 20. Nomen istud *Ermes*, vel *Armes* et *Armais*, non raro in historia rerum Aegypti occurrit. Ego illud loc. cit. interpretatus sum Ⲉⲣ—ⲙⲉⲍ, *Ermeh*, id est, *qui*

rei alicui complementum impertit, quod ex ante dictis explicare facile fuerit. Auguror porro huius ipsius regis meminisse *Censorinum*, de Die Natali cap. XIX, his verbis: *Annum Aegyptiorum novissime* ARMINION *ad tredecim* (eruditi legunt *duodecim*) *menses et dies quinque perduxisse.* Qui *Eratostheni* audit *Ermes*, eum *Censorinus*, incertum ex quo auctore, *Arminion* nuncupat. Quae huc usque adstruxi, iam anno 1720, per literas Viro etiam doctissimo, *Alphonso des Vignoles*, (*e*) significavi, cum is ea de re sententiam meam requisivisset. Meminit illius in Chronologia Sacra Tom. II p. 771, 772, etsi is tamen sententiae *Marshami* de significatione vocis Ἑρμῆς inhaereat. Rem enim hanc verbo tantum attigeram, rationibus non additis, quas deinde in Pantheo exposui. Vide *Vignolium* loc. cit. p. 774, 775. Meminit vir ille beatus etiam illius partis mearum literarum, in qua vocem Μεσὶ explicueram, libro cit. Tom. II p. 671, et de hac explicatione ita iudicat: *Mr. Iablonski me répondit, entre autres choses, que sans rien changer*, MESI *signifie une chose qui devient complette*, (accipiens complementum). *Idée peu convenable à l'année Egyptienne, qui devance toûjours la solaire: mais très propre à représenter le grand cycle. On peut aussi le dire de leur année secrette, à laquelle on ajoûtoit le quart d'un jour.* Idem et ego observaveram, antequam Viri Praestantissimi Chronologiam, quae primum A. 1738 prodiit, vidissem. In Adversariis meis haec notata deprehendo.

ΜΕΛΗ͂ΤΑ. *Crocodilion*, quod figuram habet chamaeleontis nigri, teste etiam *Dioscoride* Lib. III cap. 12. *Apuleius* de Herbis, cap. 32. Codex MS. *Vos-*

(*e*) Vera dicere Virum optimum etsi nemo erit, qui dubitet, vide tamen Syllogen novam Epistolarum *Vhlianam* vol. IV p. 192, 193, et *Vignolii* Chronol. S. tom. II p. 671.

Vossianus hoc loco habet *Imlleta.* Et sic pariter reperi in editione Torini Basileënsi a. 1528.

MEMENEPSA. *Chamaepity. Apuleius* de Herbis cap. 26.

ΜΕ΄ΜΦΙΣ. Vrbs celeberrima Aegypti, et satis diu regni illius sedes. Quod ad significationem huius nominis attinet, de ea sic scribit *Plutarchus* de Iside et Osiride p. 359: *Τὴν μὲν πόλιν Μέμφιν οἱ μὲν ὅρμον ἀγαθῶν ἑρμηνεύουσιν, οἱ δ' ὡς τάφον Ὀσίριδος.* Nempe *Memphis* audiebat Aegyptiis *Menuphi*, atque hoc nomen vere significat *plenam bonorum* (*f*). Pluribus originationem isthanc adstruxi in Dissertatione IV *de Terra Gosen* § IV p. 40, 41.

(*f*) *Memphis* vocabatur ⲙⲉⲛϥⲓ, Sahidice ⲙⲉⲛϥⲉ, monente etiam *Georgio* in praefat. ad Fragm. Ioh. Thebaica p. XXVII, sed et ⲙⲉϩⲛⲟⲩϥⲓ, in quo nomine *Kocherus* pro ϥ ponit literam ⲫ. Hinc orta videntur nomina מֹף et נֹף, quae ab interpretibus Alexandrinis vertuntur Μέμφις, ut deinde dicetur. Copti hodierni vocant ⲙⲉⲛϥ, et Arabes منف, *Menf.* Vid. *A. Schultens* in Indice Geogr. ad vitam Saladini v. MISR, et *I. Kocher* in Misc. Obs. Crit. Nov. tom. II p. 132—135, qui et alterum nominis Μέμφις significatum, a *Plutarcho* servatum, *τάφον* Ὀσίριδος, conatur tueri, ut sit contractum ex vocibus ⲙϩⲁⲩ *sepulcrum*, et ⲟⲛⲫⲓ sive ⲟⲙⲫⲓ, quandoquidem Osiris ab Aegyptiis, teste *Plutarcho*, etiam appellabatur Ὄμφις, tamquam Εὐεργέτης. Etymologiam *Iablonskianam* non probat *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1536, 1537, et suspicatur, *Plutarchum* scripsisse ὅρμον ἀγαθὸν, *portus bonus.* Comparetur autem *Forster* in Epist. p. 34.

ΜΕ'ΝΔΗΣ. Nomine hoc, Aegyptios veteres, et *hircum*, et Deum *Pana*, deſignaſſe, antiquorum permulti teſtantur. Teſtimonia ea de re copioſa videri poſſunt in Pantheo meo Lib. II cap. VII § I, et apud alios auctores, illic a me laudatos. Sed ibidem § 2 obſervavi, *hircum* naturalem, animal illud libidinoſum, in Aegyptiorum lingua, aliud (*g*) nomen habere, et *Mendes* illo ſermonem *hircum* non ſignificare. Sed Aegyptii hoc nomine deum illum ſuae gentis, quem Graeci *Pana* interpretantur, et cuius ſymbolum, ceu viva quaedam eius imago, hircus erat, ſemper deſignabant. Hircum igitur illum, qui Pani ſacer erat, eo quod eſſet illius imago, et Pan ipſe cenſeretur, Aegyptii nuncupabant *Mendetem*. Significat autem *Mendés*, vel literis Aegyptiacis ſcriptum, ⲙⲛⲧⲏⲭ, *ſeminalem*, *prolificum*, *foecundum*. Volebant enim Aegyptii ſymbolo hoc foecunditatem prolificam Naturae, ac ſigillatim Solis, aenigmatice adumbrare. Omnia prolixe explicantur et illuſtrantur in Pantheo Lib. II cap. VII (*h*).

MENEM. *Satyrion*. *Apuleius* de Herbis cap. 15. Videtur vox haec cum illa, quam modo explicuimus, *Mendes*, aliquam affinitatem habere. Confirmat hoc auctor Arabs a *Kirchero* productus, ſi modo fides illi ad-

(*g*) Conf. *D. Wilkins* in Theſ. Epiſt. La Croz. tom. I p. 379.

(*h*) Nota urbs Aegyptia *Mendes*, cum ex Hiſtoricis, *Herodoto*, *Diodoro Sic.*, *Plutarcho*, tum e *Strabone* lib. XVII p. 1154, *Stephano Byz.*, *Xenophonte Epheſio* lib. IV p. 55, ad quem legatur *Hemſterhuſius* in Miſc. Obſ. Crit. vol. VI p. 294, 295. In tribus Numis Hadriani fit mentio ΜΕΝΔησίων, eorumque in uno conſpicitur *Hircus ſtans*. In Numo Marci Antonini legitur ΜΕΝΔΗCΙΟC, et conſpicitur vir barbatus, Iupiter vel quis alius, ſiniſtra *Hircum* ſuſtinens. Vide Numos Aegyptios Imperatorios, quos e Muſeo Borgiano et aliunde edidit *G. Zoëga*, p. 117, 215.

adhiberi poteſt. Verba eius haec ſunt, a *Kirchero* deſcripta in Oedipo Tom. III p. 70: *Satyrion, vel teſticulus canis, herba eſt, quam Sapientes Aegyptii vocant* Panium, *quia potenter excitat ad coitum.* Illuſtrantur haec non mediocriter ex iis, quae de originatione vocis *Mendes*, in Pantheo noſtro, diſputavimus.

ΜΕΝΕΦΩ´Θ. *Crocodili.* Ita legitur in Chronico Alexandrino, vel Paſchali, p. 364, edit. Raderi. Adde *Dorotheum* in vitis Prophetarum p. 448, edit. Fabricii: Τῶν γὰρ ὑδάτων οἱ θῆρες, οὓς καλοῦσιν οἱ Αἰγύπτιοι Μανεφῶθ, Ἕλληνες δὲ κροκοδείλους. In verſione Pſalmorum Coptica occurrit ſaepiſſime vox Aegyptiaca ⲘⲀⲚⲪⲰⲦ, *Manſot*, eaque *refugium* ſignificat, proprie *locum refugii.* Sed non videtur tale nomen locum habere in crocodilo. In *Epiphanio*, cui etiam liber de vitis Prophetarum adſcribitur, Operum Tom. II p. 239, ſcribitur Νεφώθ. Et ſic locum hunc video etiam citari a *Bocharto*, Hierozoic. Part. II Lib. V cap. XVIII fin., etſi is alteram lectionem *Menephot*, vel *Manephot*, praeferat: *Id* (inquit) *puta rectius. Sic enim dici videntur a Memphi, quae Arabibus Menf, vel Meneph. Itaque Menephot erunt Memphitae, et Memphitae Aegyptii, quia Aegypti metropolis erat Memphis.* Vbi tamen haud diffiteor, originationem hanc viri ſummi minus mihi probari. Non convenit illi cum analogia linguae Aegyptiacae. Et cur quaeſo crocodilus diceretur *Memphiticus.* Crocodilorum longe maior copia eſt in Thebaide, quam in aliis Aegypti partibus. Et Thebae videntur prius caput regni fuiſſe, quam Memphis. Dicendi hac ratione potius fuiſſent *Thebaei*, quam *Memphitici.* Eſt praeterea alia vox, qua Aegyptii beſtias illas deſignabant, quod *Herodotum* non latuit. Vide in Χάμψαι. *David Wilkinſius*, in Diſſertatione de Lingua Coptica, ubi ad hanc vocem pervenit, de ea pag. 104 ſcribit: " *Hodie* ⲈⲪⲰⲦ, *in lingua Coptica* crocodilum,

et

et ⲚⲈⲪⲰⲦ crocodilos *significat.*" Verum haec non singularem Copticismi peritiam produnt. Forte autem respexit ad *Nomenclatorem* Coptico-Arabicum, a *Kirchero* editum, in quo p. 171 legitur, ϮⲈⲪⲰⲦ, Piscis loricatus, testudo. Si vere ⲈⲪⲰⲦ *Piscem loricatum* Aegyptiis designavit, uti habet versio Latina illius Nomenclatoris, tum ratio patet, cur Aegyptii quidam Crocodilum dixerint ⲈⲪⲰⲦ, vel ⲘⲈⲚⲈⲪⲰⲦ. Nam crocodilus, certa ratione, piscibus loricatis accenseri potest. Vide Librum *Iobi* cap. XLI, secundum Hebraeos vers. 6, et ad illum locum *Schultensii* prolixas observationes.

ΜΕ'ΝΟΥΘΙΣ. Fuisse in Aegypto Numen aliquod, generis foeminini, hoc nomine dictum, temploque et sacris honoratum, disci potest ex *Epiphanio* Lib. III advers. Haeres. pag. 1093. Testatur idem in Ancorato § CVIII, nomen hoc fuisse uxoris Canobi, de quo supra aliquid notavi. In postremo quidem *Epiphanii* loco legitur Εὐμενουθίς, sed viri docti iam dudum animadverterunt, illic quoque legendum esse Μένουθις. Nomen ipsum, quod veteres, quantum memini, non explicant, significare videtur aut ⲘⲈⲒ — ⲚⲞⲨϮ, *Meinuti*, *amantem Dei*, aut ⲘⲎ — ⲚⲞⲨϮ, *Menuti*, *Deam maris.* Erat et vicus, cui nomen Μένουθις, iuxta Canobum situs, cuius meminit (*i*) *Stephanus* Ethnicographus. Plura dixi in Pantheo meo Lib. V cap. IV § II.

ΜΕ'-

(*i*) Dubium non est, quin eiusdem vici memoria servetur in lapide antiquo apud *Gruterum* LXXXV. 1, cum fiat simul mentio Isidis Phariae, hoc est, quae in insula Aegyptiaca Pharos colebatur. — Est praeterea *Menuthis* nomen viri proprium Aegyptiacum, de quo *Georgius* in praef. ad Fragm. Ioh. Theb. p. XXVII.

ΜΕ´ΡΗΣ, nomen regis Thebaei in Catalogo *Eratosthenis* num. XXXVIII, quod redditur φιλόσοφος. Verum sciendum, ita, ut edidi (*k*), legi in *Eusebianis* Graecis a *Scaligero* editis p. 23. In *Syncello*, qui cura *Goari* Parisiis prodiit, scribitur Μευρὴς, et φιλόσκορος. Vtraque lectio corrupta mihi videtur. Sed haud video, quaenam sit adhibenda medela. Illud tantum monebo, ⲣⲱⲓⲥ, et ⲣⲏⲥ, Aegyptiis dici ἀγρυπνεῖν, *noctem vigilando transigere*, Luc. XII. 37. An id in rege nostro observatum, isque ideo dictus fuerit *Philosophus*, aliis arbitrandum relinquo.

MERVOPNOS. *Serpyllum*. *Apuleius* de Herbis cap. 99. In Appendice *Dioscoridis* Lib. III cap. 46 [454] legitur Μερουόπνος.

ΜΕΣΟ´ΡΙ. Mensis nomen apud Aegyptios, et quidem ultimi. In anno gentis huius huius fixo, quo omnes illic utuntur, a temporibus religionis Christianae penitus stabilitae, mensis hic respondet maximam partem Augusto. In Coptorum libris, praecipue antiquioribus, scribitur ⲙⲉⲥⲱⲟⲩⲣⲓ (*l*). Nomen hoc Celeberrimus *La Crozius* mihi aliquando interpretabatur ⲙⲉϩ ⲥⲟⲩⲣⲓ, *plenum Nilum*. Qua de re videri possunt, quae disserui in Pantheo Aegyptiorum Lib. IV cap. I § 9. Ego in sententiam viri dignissimi pedibus haud dubie irem, si, quo tempore nomina mensibus indita sunt,

(*k*) In *Vignolii* Chronol. tom. II p. 759, ubi quae scripsit *Iablonskius*, ex his possunt augeri.

(*l*) Etiam ⲙⲉⲥⲱⲣⲏ. Conf. Thes. Epist. *La Crozianus* tom. III p. 134. Graece nomen varie scriptum legitur, Μεσόρι, Μεσορὶ, Μεσσορὶ, Μεσωρὶ, Μεσορή. Vide *Fabricii* Menologium p. 23, 26. In *Synesii* Epist. CXLII p. 280 scribitur Μεσωρίς.

ſunt, Aegyptii uſi fuiſſent anno fixo. Verum cum certo ſciamus, olim obtinuiſſe aunum ex diebus tantum 360 compoſitum, illique ſucceſſiſſe annum vagum, in quo cuncti menſes pervagabantur tempeſtates omnes, merito hic ἐπέχω. Vt *Meſori* reſponderet fere menſi Auguſto Romanorum, nonniſi a temporibus *Auguſti* Imperatoris, apud Alexandrinos locum habuit.

ΜΕΤΩ΄ΠΙΟΝ. Vnguenti ſpecies in Aegypto. *Dioſcorides* Lib. I cap. 71, Σκευάζεται ἐν Αἰγύπτῳ μύρον, ἐπιχωρίως ὑπ' αὐτῶν καλούμενον μετώπιον, διὰ τὴν χαλβάνης μίξιν. τὸ γὰρ ξύλον, ἐξ οὗ γεννᾶται ἡ χαλβάνη, μετώπιον καλεῖται. De eodem *Athenaeus* Lib. XV p. 688 fin., *Galenus* in Lexico vocum Hippocratis p. 58, voce Αἰγύπτιον μύρον, *Paulus Aegineta* Lib. VII p. 298 init. (*m*).

ΜΕΤΡΗ'Σ, ſive ΜΕΤΡΗ͂Σ. Vide dicta ad vocem Μέρης.

ΜΕ-

(*m*) Alibi habet *Dioſcorides*, Χαλβάνη ὀπός ἐστιν ναρθηκὸς ἐν Συρίᾳ γεννωμένου, ἣν ἔνιοι Μετώπιον καλοῦσιν, lib. III c. 97, ad q. l. Scholia *Saraceni* legantur. Pro ἣν *Salmaſius*, auctoritate veteris codicis MS., mavult ὃν, quod pertineat ad ὀπὸν, *ſuccum*, non ad χαλβάνην, *galbanum*, in Exercit. Plinian. p. 249. „Monet autem *Caryophilus* in Diſſert. Miſcell. p. 83, 84," in errore verſari Virum clariſſimum, cum idem *Dioſcorides* alias [lib. I cap. 71] ſcriptum reliquit, quid ſit Μετώπιον. Vox enim *Aegyptia* eſt, qua non ſuccus, ſed lignum ſignificatur: — hinc etiam patet, *Plinium* errare lib. XII cap. 25, qui Metopion eſſe lacrymam Ammoniaci autumat". Reliqua, quae addit *Caryophilus*, occupavit *Foëſius* in Oeconomia *Hippocratis* p. 411, non oblitus *Heſychii*, ſcribentis: Νέτωπον· νετώπιον· μύρον συντιθέμενον ἐκ πολλῶν μιγμάτων. οἱ δὲ, Μετόπια, pro quo forte ſcribendum Μετώπιον, iudicante *Foëſio* l. c., iterumque p. 426, ubi plura de voce Νέτωπον. Adde notas ad *Heſychium* v. Νέτωπον.

ΜΕΧΕΙ'Ρ. Mensis Aegyptii nomen, qui maxime Romanorum Februario, sed et ex parte Ianuario respondet. *Hieronymus* in Zachariam cap. 1 col. 1709 fin., *Ab Aegyptiis* Mechir, — *a Romanis Februarius appellatur*. *Plinius* Lib. VI cap. 23, *Machirem* vocat. In optimis Coptorum Monumentis scriptum reperimus Ⲙⲉⲭⲓⲣ (*n*). In finem huius mensis incidere solebat Quadragesima, ut notat *Theophilus* Alexandrinus Lib. I Paschal. fin. ex interpretatione *Hieronymi* col. 705. Quodsi Aegyptii anno semper usi fuissent fixo, et cui eorum anno nomina mensium essent accommodata, auderem nominis *Mechir* rationem reddere, non ita longe petitam. Eam mihi suppeditat Epigramma Graecum, in Antholog. Lib. I cap. XCI Ep. I, ubi et haec leguntur:

Σημαίνει πλωτῆρσι Μεχεὶρ πλόον ἀμφιπολεύειν (*o*).

Itaque in Aegypto, praesertim, ut puto, Alexandriae, mense *Mechir* solebant navigationes et itinera maritima redauspicari, eoque populus frequentior in pla-

(*n*) Conf. Thes. *La Crozianus* tom. III p. 133. Variare nominis scripturam Graecam, docet *Fabricius* in Menologio p. 22. In Graeca Inscriptione Rosetana legitur, ΜΗΝΟΣ ΞΑΝΔΙΚΟΥ ΤΕΤΡΑΔΙ ΑΙΓΥΠΤΙΩΝ ΔΕ ΜΕΧΕΙΡ ΟΚΤΩ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΗΙ. Monet id *A. I. Silvestre de Sacy* in Epistola de ista Inscriptione Aegyptiaca p. 45. Sed nova tum oritur controversia, quam tamen meam hic non facio, de initio ac fine *Xanthici* mensis apud gentes diversas, ac mutuo eiusdem, mensisque aut Martii, aut Aprilis, aut etiam alius, inter se respectu. Cui vacat, potest consulere viros eruditos ad *Hesychium* v. Νιτᾶν et Ξανθικά, *Norisium* de anno Macedonum, tom. II Oper. p. 6, 7, 28 sqq., *Corsinum* in Fastis Atticis, tom. II diss. XIII, *du Four de Longerue* de variis Epochis et anni forma veterum Orientalium cap. 1 et 2.

(*o*) *Grotius* vertit, tom. I Anthol. Gr. p. 355 ed. novae:

Pandere vela Mechir iubet et decurrere ponto.

plateis urbium maritimarum tum conspiciebatur. Hoc potest designare *Mechir*. Pars prior vocis, quod saepius monuimus, significat *plenus*, ϧⲓⲣ vero, *chir*, est *vicus* vel *platea* urbis, Luc. XIV. 2. *Mechir* itaque, si alia concurrerent, commode exponi posset Mensis, *quo vici et plateae rursus frequentari incipiunt*, aut *quo populus iam frequentior in plateis apparet, et discurrit*. Posset forsitan eo etiam trahi solemnitas religionis Aegyptiacae, quam sibi Cenchreis in Graecia visam, *Apuleius* describit Milef. Lib. XI (*p*). De ea quaedam commentatus sum, in Miscellaneis Berolinensibus Societatis Scientiarum Regiae, Tom. VII p. 441, 442. Sed quia annus Aegyptiorum erat vagus, non fixus, quo tempore Mensi huic, de quo loquimur, nomen *Mechir* imponere placuit, nihil definire audeo. Rem hanc in universum loco suo relinquo.

ΜΗΘΙ΄ΔΗ. Φυτὸν ὑπεραίρον πάσης ἐλαίας μέγεθος. *Plutarchus* de If. et Ofir. p. 359. Quale autem fuerit illud φυτὸν, et unde nomen traxerit, nec ex illo *Plutarchi* loco, nec aliunde discere potui.

ΜΗ΄ΝΗΣ, nomen regis Thebaeorum (*q*) primi, in *Eratosthenis* Catalogo, quod ibi Graece redditur Διό-

(*p*) Verba *Appuleii* lib. XI Metam. p. 789 sunt: *Tunc ex his unus, quem cuncti Grammatea dicebant — de litteris fausta vota praefatus, Principi magno, Senatuique, et Equiti, totique Romano Populo, nauticis, navibus, quaeque sub imperio mundi nostratis reguntur, renuntiat, sermone rituque Graeciensi, ita*; ΛΑΟΙΣ ΑΦΕΣΙΣ. Pro *reguntur* ut cum *Iablonskio* legeretur *vehuntur*, non probabat *Oudendorpius*; cui tamen coniectura *Iablonskii*, pro ΛΑΟΙΣ ΑΦΕΣΙΣ scribendum existimantis ΠΛΟΙ ΑΦΕΣΙΣ, *navigationis initium*, non prorsus displicebat.

(*q*) In scribendo regis nomine magna veterum discrepantia est, item in plerisque codicibus MSS. Comparentur *Squi-*

Διόνιος. Verum haud dubie in Catalogo illo legendum est Αἰώνιος, id est, *aeternus*. Id enim nomen Aegyptiacum ⲙⲉⲛⲉϩ, *Meneh*, omnino significat. Pluribus nomen istud in annotationibus ad illum Catalogum illustravi. Vide la Chronologie Sacrée de Mr. *des Vignoles*, Tom. II p. 736, 737.

MIKIEI'. *Anagallis*, herba. Appendix *Dioscoridis* Lib. II cap. 209 [p. 449].

MNA'ΣΙΟΝ. Planta in Nilo crescens, dulcis sapore. *Theophrastus*, histor. Plantar. Lib. IV cap. 9 p. 86, Διαφέρειν δὲ δοκεῖ τῇ γλυκύτητι, καὶ τῷ τρόφιμα μάλιςα εἶναι τρία ταῦτα· ὅ τε πάπυρος, καὶ τὸ καλούμενον Σάρι, καὶ τρίτον, ὃ Μνάσιον καλοῦσιν. Et mox versus finem. Τὸ δὲ Μνάσιον ποῶδές ἐςιν, ὥςε οὐδεμίαν παρέχεται, forte (*qq*) παρέχεσθαι, χρείαν, πλῆεις τροφήν.

MNEΥΊΣ, *Mnevis*. Bos Aegyptiorum sacer, religiose Heliopoli cultus, sicuti Memphi Apis. Plura de Numine hoc Aegyptiorum dixi in Pantheo Aegyptiorum Lib. IV cap. IV § 2 ad 7. Nomen istud § 6 hoc modo interpretatus sum:" Graeci — nomen hoc scribunt Μνεῦις, et in casu quarto Μνεῦιν (*r*). Hoc

Squire ad *Plutarchum* de I. et O. p. 21; *Havercampus* ad *Fl. Iosephum* lib. VIII Ant. cap. 6 § 2, praesertim *Wesselingius* ad *Diodori Sic.* lib. I cap. 45, et *Herodoti* lib. II cap. 4.

(*qq*) Non opus hac mutatione; monente etiam Cl. *Wyttenbachio*.

(*r*) Apud *Plutarchum* de If. et Of. p. 364 (492 ed. Oxon.) Μνεῦιν probarunt *Xylander*, *Bentleius*, *Marklandus*, *Squire* et *Wyttenbachius*. Alii male Μνύειν. Optimi codices *Diodori Sic.*, *Aeliani* et aliorum pariter habent Μνεῦιν. De origine nominis aliter statuit *Kocherus* in Misc. Obs. Crit. Novis tom. II p. 135, 136, existimans, nomen

 Μνεῦις

Hoc ultimum, *Μνεῦιν*, ad typum vere Copticum proxime accedere arbitror. Inde Graeci, ut opinor, casum formarunt primum *Μνεῦις*. Si bene divinavi, literis Copticis id sic exprimendum esset, ⲙⲛⲟⲩⲉⲓⲛ, *Mnouein*, vel ⲙⲛⲟⲉⲓⲛ, *Mnoein*. Dicitur nempe ⲟⲩⲟⲉⲓⲛ, *u-o-ein*, vel ⲟⲉⲓⲛ, *o-ein*, additoque praefixo consueto ⲛ, ⲛⲟⲉⲓⲛ, *lux*, eademque voce designatur etiam *Sol*. Hinc igitur est, quod urbs Aegypti pervetusta, quam incolae, lingua avita, dixerunt ⲟⲉⲓⲛ, Hebraei vero scribere solent און, a Graecis interpretibus vertatur *Ἡλιόπολις*, id est, *urbs solis*. Accedente autem novo praefixo, ⲙ, nomen illud induit naturam adiectivi, poteftque ⲙⲛⲟⲉⲓⲛ commode reddi *Onienſis*, vel *qui ad urbem On pertinet*, aut *qui One eſt conſecratus*. Sed poteſt illa vox etiam non minus commode exponi et reddi, *conſecratus ſoli*".

ΜΟΘΜΟΤΘΙ'Μ. *Portulaca. Apuleius* de Herbis cap. 103. Appendix *Dioſcoridis* Lib. II cap. 150 [p. 445] habet *μοχμοϐθιμ*. Auctor Arabs ineditus, in Bibliotheca Vaticana, apud *Kircherum* Oedipi Tom. III p. 78, *Motmut*.

ΜΟΘΟ'Θ. *Chelidonium*, [*Chelidonia maior*] Appendix *Dioſcoridis* Lib. II cap. 211 [p. 450].

ΜΟΙ'ΡΙΣ vel ΜΥ'ΡΙΣ. Lacus in Aegypto mirabilis, et valde celebris in Arſenoite nomo, ad Occiden-

Μνεῦις et *Μέμφις* esse idem, derivandumque ex ⲙⲉϩ vel ⲙϩⲁⲩ et ⲛⲟⲩϥⲓ, aut potius, ad nomen Oſiridis *Ὀνοῦφις*, vel dempto articulo *Νοῦφι*, literam ⲙ acceſſiſſe, ut *Oſirius* diceretur Bos, quaſi Oſiridi vel Onuphidi facer.

dentem situs, multis veterum sermonibus et orationibus vehementer celebratus. Vide *Cellarii* Geographiam Antiquam Part. III p. 64, et de vera nominis huius scriptione, *Holstenium* in *Stephanum Byzantinum*, voce Ἀσδύνις. De lacu ipso consulendus praeterea *Marshami* Canon Chronicus p. 238 et sqq.; atque recentiorum Peregrinatorum, *Pauli Lucae* praesertim, et *Richardi Pocockii* Relationes (*s*). Si veteres audimus, Lacus ille nomen accepit a Rege *Moeri*, vel *Myri*, qui, in Aegypti salutem et commodum, effodi eum curavit. Vide *Marshamum*. Verum longe alia fuit optimo et doctissimo *La Crozio* sententia; quod ex Epistolis, quas *Ludovicus Bourguetus* ad eum quondam dedit, quasque ante novem annos curae meae credidit Illustris *Iordanus*, eo fine, ut eas notis illustrarem; colligere potui. Scripserat *Bourguetus* ad *La Crozium* in Epistola, quae in Volumine, mecum olim communicato, erat XXXIV numero, in haec verba: *Comme ils auront donné au Said celui de Saris, ut Meris, suivant votre remarque, parce qu'ils tournerent au Midy, en s'y rendant.* Et permultis interiectis haec sequuntur: *Je crois voir, que le Lac Meris n'a porté ce nom, que parce qu'il étoit au Midy de la Mediterranée, & non pour quelque roy, qui l'ayt fait, car au reste je le crois naturel, & non pas artificiel.* Ad quae verba illustranda, cum literis *La Crozii*, ad quas hic respicitur, nobis carendum sit, hancce, uti rogatus eram, notam apposui: *En effet,* ⲁⲙⲉⲣⲥ *est le Midy en langue Cophte, comme Psalm.* XXXVII. 6, *dans la version Cophte Manuscrite, & en plu-*

(*s*) Nolim, negligas, quae notavit *Wesselingius* ad *Diodori Sic.* lib. I c. 51, et *Herodoti* lib. I c. 149. Digna est inprimis, quae attente legatur, dissertatio *Giberti* de hoc lacu, in Commentariis Academiae R. Inscript. tom. XXVIII p. 225 — 245.

plusieurs autres endroits. Le Midy est aussi appellé ⲙⲉⲣⲏⲥ Genes. XVIII. 1, *d'ou vient* ⲙ̀ⲙⲉⲣⲏⲥ, meridianus, *dans le même endroit. Et* Saris, *ou bien* Sares, *dont-il a été parlé cy-devant, veut dire un païs situé au midy. En relisant ce que je viens d'écrire & pensant attentivement à ce qui a été dit cy-devant du lac Moeris, je m'apperçois, que selon Mr. La^c Croze,* ⲙⲉⲣⲓⲥ, vel ⲙⲉⲣⲏⲥ, *est une portion, ou un païs donné, qui est au Midy. La langue Cophte autorise cette étymologie. Ou plutot, ce qui me paroit le plus vraisemblable,* ⲙⲏⲣⲏⲥ, *ou bien* ⲙⲟⲩ ⲣⲏⲥ, *peut aussi signifier la mer du Midy. C'est à ce que je crois, la véritable pensée de Mr. La Croze.* Nam ⲙⲟⲩ est aqua, etiam in lacubus stagnans, aut in alveis fluens, uti patet ex ⲙⲟⲩ ⲛ̇ⲥⲱⲣⲉⲙ, qua voce Aegyptii *torrentem* designant, ⲣⲏⲥ vero est *meridies*, ⲙⲟⲩⲣⲏⲥ igitur recte prorsus significat *lacum Meridionalem.* Graeci id pronunciarunt Μῦρις.

MONI. Fuit hoc *Mosi* nomen Aegyptiacum, si credimus Hebraeorum magistris, ac sigillatim *Aben Esrae* ad Exodi II. 10. *Gilbertus Gaulminius*, de vita Mosis Lib. I cap. III p. III, p. 195 et 196, nominis huius istam reddit rationem: MΩ *Aegyptiis est* aqua, NI ex, *Μόνιος igitur est*, ex aqua. Quae verba ostendunt, virum illum doctum ne prima quidem elementa linguae Aegyptiacae recte didicisse. Nam etsi merito largior, ⲙⲱⲟⲩ, praesertim in vocibus compositis, *aquam* designare, ⲛⲓ tamen nunquam Aegyptiis significavit *ex. Andreas Mullerus* in Glossario sacro de nomine hoc ista habet p. 26: „*Insuper* Aben Esra *tradit, Mosen ab Aegyptiis* מוניוס Monios *vocatum esse. Sic ille* ad Exodi II. Testatur autem, in libro עבודת האדמה, Agriculturae, [de Agricultura] *ita*

ita legi: qui liber ex lingua Aegyptiaca in Kedarenam [ſanctam, ſ. Hebraeam] *translatus ſit. Addit* Aben Eſra, *ſe idem in libris Philoſophorum Graecorum legiſſe. An vero ibi* מוניום, Monios, *vel aliter lectum ſit, non liquet. Apud* Gedaliam *ſane non* מתיים, Monios, *ſed* חוניום *legitur*, Schalſchel. *p.* 11 *b. Corruptam eſſe vocem*, Kircherus *non fruſtra coniicit, Prodrom. Copt.* p. 137. *Forte* Mnevis *eſt. Kircherus* loc. cit. verba *Aben-Eſrae* adducit."

Quid iam de voce hac iudicandum ſit, etiam atque etiam ambigo. Poſſet quis coniicere, *Monios* Aegyptiace ſonare ⲙⲱⲥⲏⲥ, nam, quod dictum iam eſt, ⲙⲱ in vocibus compoſitis ſaepe *aquam* deſignat, ⲥⲏⲥ vero *ducere*, et *educere*, unde intelligitur ⲙⲱⲥⲏⲥ, recte ſermone Aegyptiorum eum dici, *qui ex aqua eductus eſt.* Obſervare praeterea operae pretium eſt, vocem *Monios*, in veterum libris non ſemper eodem modo afferri. Nam *Gedalia* ſcribit, ut modo didicimus, *Chonios*, et forte, ſi alia ſupereſſent Hebraeorum monumenta, quae memoriam illius nominis conſervarunt, etiam aliam eiusdem nominis ſcriptionem illic deprehenderemus. Vitio igitur mihi verti non poteſt, ſi coniiciam, vocem *Moni* depravatam eſſe ex Aegyptiaco Ⲁⲙⲟⲛⲓ, *Amoni*, quod *paſcere* et *paſtorem* ſignificat; Moſen vero fuiſſe et *Paſtorem gregum*, et *Paſtorem populi Dei*, ex Scriptura Sacra oppido notum eſt. Quid ſi vero nomen hoc *Moni*, per errorem, Moſi tribuatur, cum re ipſa datum fuerit filiae Pharaonis, quae Moſen ex aquis extrahi curavit. Nam ⲙⲟⲛⲓ Aegyptiis dicitur *nutrix*, τροφὸς, 1 Theſſal. 11. 7. Et Geneſeos xxxv. 8 τροφὸς Coptice redditur ϯⲙⲁⲩ ⲙ̀ⲙⲟⲛⲓ, *mater nutrix.* Filiam autem Pharaonis, recte et iure optimo, dici potuiſſe *nutricem*, et Moſen eam honoris cauſa eo nomine compel-

 laſſe,

laſſe, quis dubitet? ſed arbitrium huius rei perlibenter aliis relinquo (*t*).

ΜΩΡΗ, מֹף. Ita in Scriptura S. nonnunquam (*u*) appellatur *Memphis*, contractum nempe ex *Menufis*. Ita cenſui Diſſert. IV de Terra Goſen § IV p. 41.

ΜΟΣΧΕΡΙΣ. Nomen regis Thebaei in Aegypto, apud *Eratoſthenem* in Catalogo num. XVII, qui illud interpretatur ἡλιόδοτος. Nempe ⲙⲟⲓ-ⲭⲣⲏ, *Moichre*, Aegyptiis dicitur *donum ſolis*, vel *donatus a ſole*. Vide notas meas ad illum Catalogum, in *Alph. Vignolii* Chronol. Sac. Tom. II p. 752.

ΜΟΥΘ. Cognomen Iſidis, ſignificans *matrem*. *Plutarchus* de Iſide et Oſ. p. 374, ἡ δ' Ἶσις ἐςιν ὅτε καὶ ΜΟΥΘ,

(*t*) Iudicium de ultima *Jablonskii* coniectura ego quidem aliis relinquo. Obſervandum tamen, filiam Pharaonis, cui Moſes plurimum debebat, appellari a *Fl. Joſepho* Θέρμουθις ſ. Θερμοῦθις, ab *Artapano* Μέῤῥις, ab *Abulcaſimo* صادوق, Ζεβοῦθις, unde *Relandus* ſuſpicabatur pro Θέρμουθις in *Joſepho* legendum Θερβοῦθις. Vide notas ad *Joſephi* lib. II Antiq. cap. 9 § 5. De nomine *Moni*, ſive *Monios*, egit *Buddeus* in Hiſt. Eccleſ. V. T. tom. I p. 392, 393.

(*u*) Si bene memini, *ſemel*, Hoſ. IX. 6, ubi habent plerique codices MSS. מֹף, alii מוֹף, teſte *Kennicotto*, Alexandrini vero interpretes, quorum eſt magna auctoritas in rebus, ad rem Aegypti Geographicam pertinentibus, praebent Μέμφις. Quos ſecuti ſunt *Hieronymus* ad Hoſeae locum, interpres Latinus antiquus, alii. Cum iis non diſcordant recentiores, de quibus nominaſſe ſufficiet Cl. *Ravium* in not. ad *Shawii* Itinera tom. II p. 82, *Mangerum* ad Hoſeae verba, et *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1536.

MOΥΘ, σημαίνουσι δὲ τῷ μὲν πρώτῳ (v) τῶν ὀνομάτων ΜΗΤΕΡΑ. Nempe ⲙⲁⲩ, et ⲙⲁⲩⲧ, *matrem* designat, quod Graeci extulerunt μοὺθ. Observatu vero haud indignum, quod idem *Plutarchus* scriptum reliquit p. 368, Aegyptios *Lunam*, id est, Isidem, *appellasse matrem mundi:* quod eam mihi suspicionem suggessit, fieri posse, ut *Plutarchus* cognomen hocce Isidis Μοὺθ in mente habuerit. Nam Ⲙⲁⲩ—ϩⲟ, recte dici potest *mater mundi.* Plura vide sis in Pantheo meo Lib. IV cap. V § 3.

ΜΥ̃ΡΙΣ. Vide supra in Μοῖρις (w).

ΜΥΡΤΑΙ̃ΟΣ. Ἀμμωνόδοτος. Ita *Eratosthenes* in Catalogo regum Thebaeorum Aegypti num. XXIII. In notis ad hunc Catalogi locum, dixi nomen Aegyptiacum vere ita scribendum fuisse Ἀμύνταῖος. Nam Ⲁⲙⲟⲩⲛ ⲧⲁⲥⲟ, est *donum Ammonis*, vel *donatus ab Ammone*, Ἀμμωνόδοτος. Verum Graeci paulatim nomen hoc pronuntiando corruperunt, dixeruntque pro Ἀμυνταῖος, Μυρταῖος, et vitiosa illa pronuntiatio propagata, tandem apud Graecos (x) invaluit. Vide Chronolog. Sac. *Vignolii* Tom. II p. 756.

ΜΩ̃Σ et ΜΩΥ̃. *Aqua.* Observant hoc scriptores veteres permulti, qui nomen *Mosis* ex lingua Aegyptio-

(v) Post πρώτῳ excidisse videtur τούτων, iudice *Marklando* p. 138 ed. Squirii.

(w) Μῦρις est in quibusdam codicibus, sed rectius scribitur Μοῖρις. Conf. *Wesselingius* ad *Diodor. Sic.* tom. I p. 61.

(x) Apud *Herodotum* vero II. 140. III. 15, ac *Thucydidem* I. 110, nomen scribitur Ἀμυνταῖος.

gyptiorum interpretari fategerunt. Et certum eft, ⲙⲱⲟⲩ, *Mo-u* fignificare Aegyptiorum filiis *aquam*. In vocibus compofitis etiam occurrit ⲙⲱ. Vide Μωϋσῆς.

ΜΩΣΗΛΕ'. *Deus marinus*, fi credimus *Iohanni Tzetzae*, qui id, nefcio unde hauftum, memoriae prodidit Chiliad. IX hift. 259.

— τὸ Μωσηλὲ δηλοῖ ταῖς γοναῖς Αἰγυπτίων
Ποσειδῶ θεὸν θαλάσσιον, καὶ θεὸν τῶν ὑδάτων

Vocarunt igitur Aegyptii *Neptunum*, Deum maris, fermone patrio Μωσηλέ. Vbi obfervabis, 1) Neptunum Maris Praefidem, in Aegypto cultum non inveniffe, qua de re confuli poteft Pantheon meum Lib. V cap. III § 2, et cap. IV § 3. 2) Μωσηλὲ effe nomen ab homine rerum Aegyptiacarum ignaro confictum, compofitum quippe ex voce Aegyptiaca et Hebraica. ⲙⲱ enim, ut aliquoties iam monui, non vero μῶς, in compofitis vocibus, *aquam* fignificat; ηλ vero vox eft Hebraica אל, *Deum* defignans. Aegyptius θεὸν τῶν ὑδάτων, vel θεὸν θαλάσσιον dixiffet ⲙⲱⲛⲟⲩϯ, aut ⲙⲏⲛⲟⲩϯ. Sed Μωσηλὲ Aegyptiis vere monftrum aliquod vocis fuiffe cenferi debet.

ΜΩΥΣΗΣ. Ita interpretes Alexandrini efferunt nomen magni illius viri, qui populum Dei ex Aegypto eduxit, eiusque in Arabiae deferto Legislator extitit. Hebraei nomen illud fcribunt משה. Nomen ipfum veterum permulti Aegyptiacum effe iudicarunt, et ex illa lingua etiam interpretati funt. Qui hoc negant, nominisque huius origines in Hebraeorum fermone quaerendas effe contendunt, praefidium in his ipfius Mofis verbis, Exodi II. 10, fe invenire exiftimant, ubi haec no-

nominis *Mosis* ratio adfertur, כִּי מִן־הַמַּיִם מְשִׁיתִהוּ *quia ex aquis extraxi eum*; vel, uti vertit *Pfeifferus*, *quia ex aqua extraxisti eum*, tanquam mater Mosis verba haec protulerit, loquens cum filia Pharaonis. מֹשֶׁה igitur Hebraeis significaret *extractum ex aqua*, et hanc esse veram nominis *Moses* significationem, testaretur Moses ipse. At non abs re erit, hic observasse, 1) vocem מֹשֶׁה sumi quidem de *extractione* qualicumque; verum non de extractione ex aqua. Vox igitur Hebraica מֹשֶׁה significabit quidem eum, qui *alicunde extractus est*; sed non *extractum ex aqua*, nisi addatur, ut fecit Moses מִן־הַמַּיִם, *ex aqua*. Recte id etiam monuit *Eusebius Renaudotius*, dans les Mémoires de Literature de l'Académie des Inscriptions Tom. 11 p. 272, tametsi *Bochartus* in Geographia Sac. Part. 1 Lib. 1 cap. xv asseruerit, at non probaverit, vocem מֹשֶׁה semper sumi *de extractione ex aqua*. *Moses* igitur haudquaquam significat *extractum ex aqua*. 2) Vocem hanc ne significare quidem *extractum*, qualitercumque demum id fiat. Explicemus hoc verbis *Andreae Mulleri*, qui in Glossario S. p. 28 hac de re ita disserit. *Vox ista* מֹשֶׁה, Mose, *non* extractum aquis *significaret*, *sed* qui extraxisset. Extractum *vero* מָשׁוּי, Masui, *diceres*. 3) Nihil omnino decedere auctoritati et veritati textus Sacri, si dicatur nomen *Mosis* fuisse origine Aegyptiacum. Non enim affirmat historia Mosaica, nomen *Mosis* ex lingua Hebraica esse desumtum, sed docet tantum, ex eventu illo memorabili, quo iussu filiae regis ex aqua servatus est, nomen suum *Mosen* accepisse, sive id factum fuerit ab Hebraeis, sive ab Aegyptiis. Cum autem nomen hoc ex lingua Aegyptiaca optime deduci possit, idque, quod historia Mosaica de nomine hoc observat, plenius exprimat, si ex lingua Aegyptiaca explicatur,

 quam

quam si ratio ex Hebraico sermone reddenda sit, intelligitur facile, salvam utique esse auctoritatem textus Sacri. Non video igitur, quid me impedire possit aut debeat, quominus in eorum pedibus sententiam eam, qui *Mosis* nomen vere fuisse Aegyptiacum censent. Sunt potius rationes plurimae, et quae pondus habent non leve, quae me, ut sententiam eorum meam faciam, induxerunt. Nam I. Interpretes Alexandrini, qui sunt Iudaeorum omnium, quorum scripta aetatem tulere, antiquissimi, qui vixerunt in Aegypto, ubi *Moses* nomine hoc donatus fuit, qui Aegyptiorum et Hebraeorum ea de re monumenta consulere potuerunt, iam dudum deperdita, non praeter rationem nomen id extulere Μωϋσῆς, quod est vere Aegyptiacum, et rem illam, quam de nomine hoc nos docet Scriptor Sacer, egregie et ex asse exprimit. Sine dubio illi veram docere voluerunt pronunciationem nominis *Moses*, cum Hebraei ab ipso iam principio illud idem magis ad genium linguae suae detorserint, scribendo et pronunciando מֹשֶׁה. Ipsum vero Mosen pronuntiationem hanc, a populo suo receptam et dudum stabilitam, retinuisse, mirum profecto non est. Num spreta suorum consuetudine, cui a teneris assuetus ipse erat, formam nominis Aegyptiacam, forte tum plurimis ignotam, praetulisset? Quis tale quid de Mose, cuius inimici implacabiles erant Aegyptii, suspicari queat? II. Non aliam fuisse doctis olim Hebraeorum magistris sententiam, ex antiquissimis eorum, quorum aliquid superest, facile intelligitur. Eos inter est *Ezechielus* Tragicus, ab aetate interpretum Alexandrinorum non ita remotus. Illius hosce versus, quibus filia Pharaonis matrem Mosis alloquitur, adferunt *Clemens Alexandrinus*, Lib. 1 Strom. p. 345 [414], et *Eusebius* Praeparat. Evang. Lib. IX cap. 28,

Τοῦτον, γύναι,
Τρόφευε· κἀγὼ μισθὸν ἀποδώσω σέθεν.

"Ονο-

"Ονομα δὲ Μωσῆν ὠνόμαζε, τοῦ χάριν
Ὑγρᾶς ἀνεῖλεν ποταμίας ἀπ' ἠόνος.

Quae qua ratione accipienda sint, et a scriptoribus vetustis re ipsa accepta fuerint, ex iis, quae apud *Clementem* praecedunt p. 343, colligere proclive est. *Ezechielo* adstipulatur *Philo* Iudaeus, in Libro I de vita Mosis p. 605 [tom. II p. 83 ed. Mang.] scribens: Εἶτα δίδωσιν ὄνομα, θεμένη Μωσῆν ἐτύμως, διὰ τὸ ἐκ τοῦ ὕδατος αὐτὸν ἀνελέσθαι· τὸ γὰρ ὕδωρ ΜΩΣ ὀνομάζουσιν Αἰγύπτιοι (y) Iungendus huic *Iosephus*, ius verba ex Antiquit. Iud. Lib. II cap. IX § 6 adscribo: κατ' αὐτῷ τὴν ἐπίκλησιν ταύτην, (Μωϋσῆς) κατὰ τὸ συμβεβηκὸς ἔθετο, εἰς τὸν ποταμὸν ἐμπεσόντι· τὸ γὰρ ὕδωρ μῶ οἱ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν, ὑσῆς δὲ τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας. Ex Iudaeorum scriptis accepisse hoc videtur vetustus auctor versuum *Orpheo* tributorum, cui Moses audit ὑδογενὴς, *ex aqua ortus*. Vide *Ios. Scaligeri* notas in Fragmenta veterum selecta, libris de Emendatione Temporum subiuncta, p. 48. III. Eamdem porro, de nomine Mosis Aegyptiaco, sententiam, suam quoque faciunt prisci Ecclesiae Christianae Doctores, *Clemens Alexandrinus* p. 343, *Hieronymus*, Operum Tom. II p. 103, *Eustathius* Antiochenus in Hexaëmeron p. 79, ad quem *Leo Allatius* in notis addit *Rhabanum Maurum*, et *Procopium*. Adstipulatur illis *Suidas*, in voce Μῶϋ scribens, Μῶϋ τὸ ὕδωρ παρ' Αἰγυπτίοις· ἐξ οὗ καὶ Μωϋσῆς. IV. Ex recentioribus igitur nostris eruditis, et Scripturae interpretibus, cum hic tot haberent sibi praeeuntes, eorum sententiam non inviti amplexi sunt *Hottingerus*, aliique non pauci, quorum nonnullos ad-

(y) *Philoni* tamen tempore alio aliter visum est. Scribit enim, Libro de nominum mutatione, tom. I p. 597, Μεταληφθεὶς γὰρ Μωσῆς, καλεῖται λῆμμα· δύναται δὲ καὶ ψηλάφημα, διὰ τῆς εἰρημένης αἰτίας.

adfert *Pfeifferus* in Dubiis Vexatis ad Exodi II. 10 (z). Eſt inter eos etiam *Athanaſius Kircherus*, qui aliquam linguae veteris Aegyptiacae notitiam jactavit potius, quam habuit, et *Claudius Salmaſius*, qui feliciores in illo ſtudio progreſſus fecit. Eorum verba mox adferemus. V. Conſiderationem hic et illud meretur, quod nomen *Moſis* infanti, tum expoſito, a virgine Aegyptia, regis filia, datum fuerit, quae id profecto non ex Hebraeorum, ſed ſuo proprio et patrio ſermone deſumtura fuiſſe videtur. Vrſit hoc non ſine cauſa *Kircherus*, idemque argumentum ponderis non ſpernendi eſſe cenſet *Hottingerus* in Exercitationibus Anti-Morinianis p. 44 in notis. Quibus et VI. illa accedat ratio, quod *Moſis* nomen, vel uti Alexandrini habent Μωϋσῆς, commode ex lingua Aegyptiorum explicari poſſit ita, ut rei et verbis Scriptoris Sacri omni ex parte ſatisfiat. Videamus primo, quo pacto *Salmaſius* rem hanc expediverit. In libro de Annis Climacter. p. 614 hunc in modum diſſerit: Σι (ϭⲓ) *eſt capere. — In fine poſitus paſſivam inducit (ſignificationem), ut* Μωουσὶ (ⲙⲱⲟⲩϭⲓ) *captus ex aqua*, ἀναληφθεὶς ἐξ ὕδατος. Non omnia *Salmaſii* verba tueri auſim. Vide et eiusdem Epiſtolam LX p. 132, et LXXVIII p. 167. *Salmaſii* explicationem, tacito eius nomine, adoptavit *Huëtius* in Demonſtrat. Evangel. p. m. 75. Certum tamen eſt, ⲙⲱⲟⲩϭⲓ recte exponi poſſe *ſumtum*, vel *captum ex aqua*. Poſſet quoque vox eadem explicari ⲙⲱⲟⲩϣⲉ, *ex aqua veniens*, *egrediens*, quod magis favet ſcriptioni Alexandrinorum interpretum, et Scriptorum N. Teſtamenti, qui frequenter habent Μωϋσῆς, quod plane eſt ⲙⲱⲟⲩϣⲉ. Et hanc originationem probaſſe videntur, qui olim Μωϋσῆς interpretabantur τὸν ἐκπο-
πνεῦ-

(z) Op. Phil. tom. I p. 112, 113.

πνεύσαντα τῷ ὕδατι, apud *Clementem Alexandrinum* p. 343. Communiter tamen veteres nomen hoc significare aiunt *servatum ex aqua*, ut *Iosephus*, *Eustathius* Antiochenus, et alii. Sic enim sententiam suam declarant, Τὸ ὕδωρ, *μῶ*, (vel, ut alii, *μῶϋ*) *ὀνομάζουσιν* Αἰγύπτιοι, *ὑσης δὲ τοὺς ἐξ ὕδατος σωθέντας*, ubi voces has *ἐξ ὕδατος*, glossema esse mihi persuadeo, quae essent delendae apud *Iosephum*, uti nec apud *Eustathium* Antiochenum comparent. Placuit haec interpretatio *Kirchero*, qui, in Prodromo Coptico p. 138, ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ, inquit, *Aegyptiacum est*, *non Hebraicum. A* ⲙⲱ, et ⲩⲥⲏⲥ, *quod ex aqua servatum dicit.* Verum hic, ut in aliis plurimis, fucum lectoribus fecit Iesuita ille, et fumum vendidit. Non est enim vox Aegyptiaca ⲩⲥⲏⲥ: et multo minus *servare*, aut *servari*, aut *servatum* significat. De expositione hac, ut eam *Kircherus* protulit, merito etiam dubitat *Andreas Mullerus* in Glossario Sac. p. 29. Dum vero ipse, reiecta Kircheriana interpretatione, suum substituit ⲙⲱⲟⲩ—ⲥⲱϯ, quod vertit *servatum ex aquis*, quis non videt, eam a scriptione nominis huius, quae in omnibus linguis reperitur, et citra ullam necessitatem, longe recedere. Interpretatio, quam veteres nobis subministrant, veritati prorsus congruit, dummodo recte exponatur. Nempe ⲙⲱ, in vocibus compositis, *aquam* persaepe designat. ⲟⲩϫⲉ vero, *Vse*, vox notissima, et in Coptorum libris admodum frequenter occurrens, est *σώζειν*. Vnde patet ⲙⲱ—ⲟⲩϫⲉ, Μωϋσῆ, et cum terminatione Graeca, Μωϋσῆς, vere Aegyptiis sonuisse *σωθέντα ἐξ ὕδατος* (*a*).

N.

(*a*) Omissis aliis, quae ex scriptoribus vetustioribus queant afferri, tantum adscribam e Codice MS. Vossiano, in Bi-

N.

NACOPHTON. *Malobathrum.* *Apuleius* de Herbis cap. 79. Vbi fufpicari quis poffet, *Nacophton* Aegyptiis vere fonaffe ⲚⲈϨ-ⲔⲞⲠⲦ, *Neh*, vel *Nah-Kopt*, id eft, *oleum Copticum*, aut potius ⲚⲀ-ⲔⲞⲠⲦ, *Copticum*; id eft, *Aegyptiacum*. *Aegyptii* enim a multis inde feculis *Copti* vocantur, funtque longe plurimi, qui nomen hoc ipfis ab antiquo, ab urbe *Copto* in fuperiori Aegypto, adhaefiffe augurentur. Potuit vero *Malobathrum* dici *Aegyptiacum*, aut *Copticon*, quod Malobathrum optimum Aegypto effet proprium, ideoque *Aegyptium* re ipfa dici foleret. Teftatur hoc *Erotianus*, in Lexico fuo Hippocratico ita fcribens, Μύρον Αἰγύπτιον, *οἱ μὲν ἐδέξαντο; τὸ λεγόμενον ἀπὸ σκάφης*;

Bibliotheca Lugduno Batava, Gloffam hanc in Octateuchum: Μωϋσῆς· παρὰ Μῶν [Μῶϋ], ὃ σημαίνει τὸ ὕδωρ Αἰγυπτιςὶ, καὶ τὸ Σης, ὃ σημαίνει τὸ λαμβάνω κατ' Αἰγυπτίους· ὁ ἐκ τοῦ ὕδατος ληφθείς. De origine nominis *Mofes* recentiores quoque in diverfa abeunt. Vt taceam interpretes libri Mofaici Exod. II. 10; *Mangey* ad *Philonem* tom. II p. 83, et *Alberti* ad *Hefychium* v. Μῶϋ, Hebraicam putant. Contrarium vero effe fimilius opinatur *Michaelis* l. c. p. 1562. *Mingarellius* ad Aegyptiorum codicum reliquias p. CCLXXI, CCLXXII, nominis originem Aegyptiacam agnofcit, compofiti nempe ex ⲘⲰⲞⲨ, *aqua*, et ⲤⲈ, *bibere*, aut ϢⲈ, *ire*, *abire*, nifi forte illud ⲤⲎⲤ fit complementum nominis, nihil per fe denotans. Nomen effe vere Aegyptium, iudicat *A. A. Georgius*, ducitque ex ⲘⲰⲞⲨ, Thebaice ⲘⲞⲞⲨ, *aqua*, et ϬⲒ, Theb. ϪⲒ, *captus*, *fublatus*, vel *eductus*. V. praefat. ad Fragm. Joh. Theb. p. CXLIV, et notas p. 174, 175, 266, 267. Intelligitur ex his, neque viros eruditos, quibus nomen Aegyptium videtur, in etymologia concordes effe.

φὴς, ἐςὶ γὰρ θερμαντικόν· οἱ δὲ μελοβάθρινον (lege Μαλοβάθρινον.) Vnguentum igitur *Malobathrinum* singulari ratione, et per excellentiam videmus dictum fuisse *Aegyptium*. Certe originatio haec specie non mediocri commendare se posset, si Aegyptii regionem suam unquam *Aegyptum*, vel *Coptum*, eiusque incolas *Aegyptios*, aut *Coptos*, dixissent. At nunc tam certum mihi est, quam quod certissimum, *Aegyptum* vocem esse non Aegyptiacae, sed tantum Graecae originis. Ipsi Aegyptii regionem suam patriam, nunquam aliter, quam ⲬⲎⲘⲒ, *Chami*, et *Aegyptium* semper ⲚⲀⲬⲎⲘⲒ, *Na-chami* vocant. Denominatio vero *Coptorum* debetur unice Arabibus, quod *Ios. Scaliger* in libris de Emendatione Temporum acute vidit, aliisque ostendit. Certum est, *Coptorum* nomen, antequam Arabes Aegyptum sibi subiecissent, nuspiam auditum lectumve fuisse. At quia ab illo tempore paulatim lingua Arabica incolis Aegypti patria evasit, ex eo factum est, ut et ipsi *Coptos* se nuncuparent. Itaque originatio vocis *Nacophton*, quam obtuli, locum habere non potest.

NA'P. *Iris Illyrica*, herba. Vide Appendicem *Dioscoridis* Lib. I cap. I [p. 441].

NEIΣI'. Vide Νεσί.

NEMECON. *Apium rusticum*. *Apuleius* de Herbis cap. 8.

NEMENESPA. *Chamaepitis*. *Apuleius* de Herbis, cap. 26. Sic et editio Torini, et MS. Vossianus, cap. XXXIII. *Kircherus*, in Oedipo, Tom. III p. 71 id interpretatur *pulchritudinem*, sive *decorem coeli*. Inscite omnino. Arabs apud eumdem haec habet: *Aegyptiis dicitur Nespha*.

NE-

ΝΕΣΙ'. Aegyptios lingua sua sic appellare τὰς ἐπαγομένας, *Scaliger* memoriae prodidit, de Emendatione Temporum pag. 194. Eamdem vocem ille *Horapollini* restituendam putat, pro eo quod apud eum legitur Μειεί. Hanc postremam tamen vocem, recte se utique habentem, *Horapollini* merito vindicavi suo loco. Certum ceteroquin est, quinque Aegyptiorum ἐπαγομένας, ab Arabibus, quorum lingua a multis iam seculis utuntur Aegyptii, dici النسي, *Nesi*. *Salmasius* Epist. p. 132 putabat, esse hanc vocem Aegyptiacam, et interpretabatur ⲛⲥⲟⲥ *assumtiones*. Sed vereor etiam atque etiam, ut unquam Aegyptii voce isthac, illo sensu, usi fuerint. Assentior potius *Iacobo Golio*, viro praestantissimo, vocem hanc *Nesi* pro Arabica habenti. Vide notas eius ad *Alferganum* sive *Alfraganum* p. 44, 45 (*b*).

ΝΕ'ΦΘΥΣ, vel ΝΕ'ΦΘΗΣ (*c*). Vxor Typhonis, cuius meminere *Plutarchus* de Iside et Osir. p. 355, 356, 366, *Iulius Firmicus Maternus*, de Errore Profan. Relig. post init., et *Epiphanius* Lib. III adversus Haereses, p. 1093 fin. *Plutarchus* p 355 et 366 nomen hoc exponit τελευτὴν, *finem*, et τελευταίην (*d*), *ultimam*. Quare conieci aliquando, licere

(*b*) Consentit *La Crozius*, monetque, vocem *Nesi* esse Arabicam, nusquam eam in libris Aegyptiis de *Epagomenis* occurrere, has autem dici ⲡⲓ ⲁⲃⲟⲧ ⲛⲕⲟⲩϫⲓ, *Pi Abot Enkougi*, hoc est, *parvum mensem*. Vide Thes. Epistol. tom. III p. 134.

(*c*) In *Plutarcho* pro Νέφθης reposuit *Squire* Νέφθυς ex collatione aliorum scriptorum, sed fide codd. MSS. Cl. *Wyttenbachius* p. 459, et deinceps.

(*d*) Pro τελευταίην recte forte legi τελευτὴν, ut in loco altero, monuit *Squire* p. 96, et hoc e sua correctione recepit.

cere nomen hoc interpretari ⲚⲈϤⲐⲰϢ, *nephthos*, id eſt, *terminalem*. *Nephthyos* namque nomine ſymbolico Aegyptii intelligebant terminum Aegypti, qui ad mare rubrum ſpectabat, aut Arabiam Aegyptiacam (*e*). Plura ea de re dixi in Pantheo Aegyptiorum, Lib. v cap. III § 1 ad 5.

ΝΗΙΘ. *Neith.* Aegyptii iſto nomine Deam appellabant, ſumma religione Saï, in Aegypto inferiori, cultam, quam *Plato*, et, qui eum ſequuntur, Graeci alii, ſemper *Minervam* interpretantur. Teſtantur hoc *Plato*, in Timaeo, p. m. 474, et eius interpres vetus Latinus, *Chalcidius*. Teſtantur hoc idem *Arnobius* Lib. IV p. 137, *Heſychius*, *Eratoſthenes* et alii, quorum loca adduxi in Pantheo Aegyptiorum, Lib. I cap. III § 2. Multa quoque occurrunt, in hiſtoria Aegyptiorum, nomina propria, virorum et foeminarum, quae Numinis illius veſtigia prae ſe ferunt luculenta, et ex illo compoſita fuere. Quin et in ipſa Graecia, temporibus antiquiſſimis, *Neitham* honoribus divinis mactatam fuiſſe, ex veterum monumentis ſatis certo colligitur. Multa eam in rem diſſerui in Diſſertatione de Neitha, inſerta Miſcellaneis Lipſienſibus Novis, vol. VI p. 447 et ſeqq., atque in Pantheo Aegyptiorum Lib. I cap. III. Ibidem plura de numinis huius vera ſignificatione et cultu, quo eam Aegyptii dignati ſunt, poterunt legi. Obtuli quoque plures nominis Νηϊθ interpretationes, quae vel aliis, vel etiam mihi venere in mentem. Mihi videtur nomen hoc

(*e*) *Nephtyn* ſignificaſſe „ limitanea Aegyptum inter et Aſiam deſerta in Sirbonidis vicinia, ubi paulatim arenae verſus montem Caſium ita eriguntur, ut Nilo, niſi ſupra modum exundante, mergi nequeant", e *Plutarcho* patere ſcribit *Michaëlis* part. I Spicilegii Geogr. Hebr. externae p. 268, 269.

hoc deduci a verbo ⲚⲈⲤ, quod *decernere* significat. Hinc formatur ⲚⲎⲤⲦ, vel ⲚⲎⲤϮ, quo designatur *decernens*, ex cuius nempe decreto pendent omnia, quae sunt et fiunt. Vide Pantheon loc. cit., et Praefationem, quam illius Panthei Parti III praemisi, ubi quaedam in prima Parte dicta correxi.

NISINE. *Heliotropium*. *Apuleius* de Herbis cap. 49.

ΝΙΤΩΚΡΙΣ. Nomen reginae, in *Eratosthenis* Catalogo regum Thebaeorum Aegypti. Est vero nomen illud compositum ex ⲚⲈⲤϮ, *Minerva*, et ⲀϪⲢⲞ, *σώζειν*. Et sic interpretatur *Eratosthenes* Ἀθηνᾶν νικηφόρον. Vide Chronologiam *Vignolii*, Tom. II p. 755 (*f*).

NO. Hoc antiquitus fuisse *Alexandriae* nomen, *Hieronymus* tradit Lib. V in Iesaiam (Opp. Tom. III) col 125: *Significat sive No Aegypti civitatem, quae nunc Alexandria dicitur*, rel. Et Lib. IX in Ezechiel. col. 912: *nos autem, pro No, Alexandriam posuimus.* Apud Ezechielem sane commemoratur urbs *No* cap. XXX. 14 et 15, secundum divisionem Textus Hebraici. Et vs. 14 quidem נא, *No*, ab Alexandrinis interpretibus redditur Διόσπολις. Versu vero 15 eadem dicitur הָמוֹן נא, quod vertunt iidem interpretes τὸ πλῆθος Μέμφεως. vs. 16 iterum legitur נא, ubi Alexandrina versio habet Διόσπολιν. Et recte. נא, *No*, nempe, et plenius הָמוֹן נא, vel אָמוֹן נא, vel נא אָמוֹן, unam eamdemque urbem significant, nempe *Diospolin*, sive *Thebas* Aegypti superioris. In nomine hoc

(*f*) Conf. *Jablonskius* de Remphah. p. 75, 76.

hoc explicando aberrarunt permulti et veterum et recentiorum. His se adiunxit *Hieronymus* (*g*). Nos plura nunc de illa dicemus.

NO-AMMON, Hebraice נֹא הָמוֹן, et נֹא אָמוֹן. Vide Ierem. XLVI. 25, Ezech. XXX. 15, Nahum. III. 8, ubi Interpretes Alexandrini nonnunquam habent μερίδα Ἀμμὼν, id est, *partem*, vel *possessionem Ammonis*, nonnunquam etiam Διόσπολιν, uti Graeci Thebas Aegyptias saepius nuncupare solent. In Martyrologiis Coptorum MSS. appellari solet ⲠⲒⲘⲀ ⲚⲦⲈ ⲠⲒⲀⲘⲞⲨⲚ, *locum Amun*, vel *Ammonis*, forte, quia tum temporis locus tantum ostendebatur, in quo olim Thebae steterant.

Certum itaque est, *No-Ammon* vocem esse compositam ex *Ammon*, vel *Ammun*, quod nomen erat Numinis Aegyptiorum sanctissimi, et *No*, quod μερίδα, *partem* vel *possessionem*, iisdem designavit. Postremam hancce vocem celeberrimus *Vitringa* quondam ex Hebraeorum lingua optime explicari posse censebat, siquidem נוא, vel נוה *locum habitationi commodum* significaret, Observat. Sac. Lib. I cap. VI, p. 74 (*h*). Verum cur quaeso vocis Aegyptiacae significationem in lingua Hebraea, ab Aegyptiaca tantopere diversa, quaereremus? Tentemus igitur, possitne vox eadem ex patrio Aegyptiorum sermone, commodius exponi. Ille autem illico nobis offert vocem ⲚⲞϨ, *Noh*, quae *sortem* ac *possessionem* designat, atque proprie est [illegible]

(*g*) *Hieronymi* errorem recte castigavit *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1578, 1579, ubi et alia de locis Vet. Test., in quibus commemoratur urbs *No*, non diversa a Thebis, ac deinde dicta Διόσπολις.

(*h*) Addubito, an *Vitringa* l. c. id doceat. Vide tamen eius Commentarium ad Jes. XXVII. 10 p. 92.

σχοῖνος vel *σχοίνιον*, *funis* et *funiculus*, quo nomine apud Aegyptios etiam intelligitur aliquod menſurae genus. Erat autem varius et multiplex horum *σχοινίων* uſus. Vtebantur illis, ad dimetienda locorum intervalla, unde *σχοῖνος* ſaepe certum viae intervallum deſignat, cuius meminere *Herodotus*, *Strabo*, *Heliodorus* Lib. IX, p. 432, et alii. Apud *Iſidorum*, Origin. Lib. XV cap. ult. corrupte legitur. *Menſuras viarum nos milliaria dicimus*, *Graeci ſtadia*, *Galli leucas*, *Aegyptii ſignes*, ubi legendum *ſchoenos*. De hac dimetiendi intervalla locorum ratione loquitur *Maximus Tyrius* Diſſert. XXIII p. 270, *Διαμετροῦνται τὴν γῆν — σχοινίοις, καθάπερ Αἰγύπτιοι.* Videndum, an huc pertineat, quod *Hieronymus* ſcribit in Ioëlem cap. III (Operum Tom. III) col. 1367: *σχοινίων*, *quod aut funiculos ſignificat*, *aut iuxta Aegyptios menſuram certi itineris*, *Pſalmiſta dicente: Semitam meam et funiculum meum tu inveſtigaſti* (Ps. CXXXIX, vel ſecundum Graecos CXXXVIII. 3) *In Nilo enim Flumine*, *ſive in rivis eius ſolent naves funibus trahere*, *certa habentes ſpatia*, *quae appellant funiculos*, *ut labori defeſſorum*, *recentia trahentium colla ſuccedant*. Erant igitur trahentibus naves certa ſpatia conſtituta, illaque ſpatia *σχοῖνοι* dicebantur. In terra, ac praeſertim in deſertis, intervalla illa notabantur calamo, in terra defixo. *Plinius* Lib. VI cap. 29, *Vnum iter a Peluſio per harenas*, *in quo niſi calami defixi regant*, *via non reperitur*, *ſubinde aura veſtigia operiente* Calamus ille a Graecis ſcriptoribus vocari ſolet *σημεῖον*. Sic *Palladius* in Hiſtor. Lauſiaca cap. XXII, p. 933, *κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, πλημμυροῦντος τοῦ ποταμοῦ, καὶ κρατοῦντος ἐπὶ ἓν σημεῖον τῷ πλάτει.* Idem cap. LXIX, p. 1000, *καὶ οἱ μὲν αὐτῶν ἀπὸ τριῶν σημείων καὶ τεσσάρων εἰς τὴν συνάξιν ἔρχονται.* Et cap. XXXIII, p 951, *ᾤκησεν ἐπέκεινα τῆς Σήτεως τὴν καλουμένην Κλίμακα. τόπος δέ ἐστιν οὕτω καλούμενος εἰς ὃν οὐδεὶς ἠδυνήθη οἰκῆσαι ποτε τῶν μοναχῶν, τῷ ἀπὸ δε-*

δεκαοκτὼ σημείων εἶναι τὸ Φρέαρ τοῦ ὕδατος. Sic et *Olympiodorus* de Oasi loquens, apud *Photium* in Biblioth. Cod. LXXX col. 192. συντείναντος εἰς ἑκατὸν σημεῖα τοῦ μεταξὺ διαστήματος. Ceterum σημεῖα illa, sive signa, nihil aliud fuisse, quam calamos in terra defixos, satis indicat *Palladius* in Historia Lausiaca cap. XX, p. 926, Καὶ λαβὼν δέμα καλάμων, ἕνα κατὰ μίλιον ἵστα χάριν σημείου. Aegyptiorum vero sermone *Noh*, vel ⲛⲟϩ ⲛϩⲣⲱϣ, significat κάλαμον, *calamum*, *iuncum*, qui in paludibus et ad Nili ripas crescebat, et ex quo varia supellex texebatur. Hoc idem Graeci nomine σχοίνου designabant. Speciatim vero vocabulum istud posterius de calamis accipitur, qui ad dimetiendum aliquid adhibebantur. ⲣⲱϣ enim, vel ⲣⲁϣ, in Coptorum libris significationem habet *metiendi*. Sic Michae cap. II. 4, verba haec μερὶς λαοῦ μοῦ κατεμετρήθη ἐν σχοινίῳ, Coptus (in Lectionario Hebdomadis sanctae MSS. Bibliothecae San-Germanensis, apud Parisienses) ita est interpretatus ⲧⲧⲟⲓ ⲙⲡⲁⲗⲁⲟⲥ ⲁⲩⲣⲁϣⲥ ⲙⲫⲛⲟϩ. Significatur igitur utroque isto nomine Aegyptiaco *calamus mensorius*, de quo operae pretium est videre *Schindleri* Lexicon Pentaglotton in קנה col. 1629, 1630. Ab his vero calamis mensoriis, terrae infixis, quae certam viae longitudinem indicabant, et dimetiebantur, intervalla ipsa, ab uno calamo ad alterum porrecta, nomen accepisse videntur. Forsitan tamen et alio modo intervalla dimetiebantur Aegyptii, qui magis ad mentem *Hieronymi* accedit. Nam per *Noh*, σχοίνον, potest et intelligi restis, vel funis ex iunco contextus, certae et definitae longitudinis, quo ad dimetienda spatia quaecumque uti potuerunt, quod et hodie fit in Aegypto, quemadmodum in his testatur *Vanslebius*, in historia peregrinationis suae Aegyptiacae, Gallice con-

 scripta,

scripta, p. 16, *Le fiddan en Egypte contient 400 cassabes, ou cannes, chaque canne est longue six bras de caire.* Quando igitur Copti σχοῖνον vertunt ⲛⲟϩ, et ⲛⲟϩ ⲛ̀ⲣⲱϣ, commode intelligi potest *funis*, quippe quod σχοῖνος pariter significat. Sic etiam Hebraica vox קנה designat et *calamum* et *funem*. Vtroque vero utebantur ad metiendum. Nempe, ut verbis utar *Schindleri* loc. cit., *Fune mensurabantur fundos, sed calamo aedificia et alia.* Et sic Aegyptii etiam non tantum vias, sed et fundos et agros diligenter et sollicite dimetiebantur, sive calamo, sive fune, et ad hoc necessitas ipsos compellebat. Etenim Nilus in agros Aegyptiorum quotannis se effundebat, eosque totos inundabat, quo efficiebatur, ut limites agri cuiusvis saepius mutandi fuissent, nisi possessores eorum mensuram accuratam veluti in numerato habuissent. Auctor Etymologici Magni, in voce Ἄκαινα, ea de re habet: Ἄκαινα ἐστι ῥάβδος, τὸ καλούμενον βούκεντρον, ὠνόμασαι δὲ οὕτως. Νεῖλος ὁ τῶν Αἰγυπτίων ποταμὸς, ἀναβλύζων καὶ ἀνερχόμενος διὰ τοῦ θέρους, τὰ ὅρια τῆς τῶν Αἰγυπτίων γῆς τῇ ὑγρασίᾳ λύων καὶ μιγνύων, ἀπώλλυεν. Ὕστερον δὲ ῥάβδον λαβόντες, τὰς ἑαυτῶν γᾶς ἐγεωμέτρουν. Καὶ γεώμετροῦντες, ἕκαστος τὴν ἰδίαν γῆν ἀπελάμβανε δίχα μάχης καὶ φόνου. ἐκλήθη οὖν ἡ ῥάβδος, ἐν ᾗ ἐγεωμέτρουν, ἄκαινα, ἡ στεροῦσα αὐτοὺς τοῦ καίνειν ἀλλήλους, ὅ ἐστι φονεύειν. λέγεται δὲ, ὅτι Θεσσαλός τις εὑρεθεὶς ἐν Αἰγύπτῳ ἐπενοήσατο τῇ ῥάβδῳ γεωμετρεῖν τὴν γῆν. Quibus iunge haec *Olympiodori* in Aristot. Meteorol. L. 1 p. 25 a. Διὸ δὲ καὶ ἐπινενόηται παρ' Αἰγυπτίοις μέτρον, ὅπερ ἄκαινον καλοῦσι, παρὰ τοῦ στέρησιν ποιεῖν τοῦ φόνου. Sed etiam hanc scrupulosam diligentiam, quam adhibebant possessores agrorum, in dimetiendis limitibus possessionum suarum, saepenumero, et impetus Nili vehementior, et avaritia possessorum, inanem reddebant, et inutilem; quod *Palladius* observat in Historia Lausiaca cap. xxxvii, p. 954.

p. 954. Optime *Strabo* Lib. xvii p. 542, *ἐδέησε δὲ τῆς ἐπ᾽ ἀκριβὲς καὶ κατὰ λεπτὸν διαιρέσεως διὰ τὰς συνεχεῖς τῶν ὁρῶν συγχύσεις, ἃς ὁ Νεῖλος ἀπεργάζεται κατὰ τὰς αὐξήσεις, ἀφαιρῶν καὶ προςιθεὶς καὶ ἐναλλάττων τὰ σχήματα καὶ τ᾽ ἄλλα σημεῖα ἀποκρύπτων, οἷς ἀποκρίνεται τά τε ἀλλότριον καὶ τὸ ἴδιον. ἀνάγκη δὴ καταμετρεῖσθαι πάλιν καὶ πάλιν.*

Erat igitur *Noh*, vel *σχοίνος*, certa menſura, certumque intervallum, quo agros ſuos dimetiebantur Aegyptii, ut praeter alios docet *Herodotus* Lib. II cap. 6, *Ὅσοι μὲν γεωπεῖναί εἰσι ἀνθρώπων, ὀργυίῃσι μεμετρήκασι τὴν χώρην, ὅσοι δὲ ἧσσον γεωπεῖναι, ϛαδίοισι. οἱ δὲ πολλὴν ἔχουσι, παρασάγγῃσι, οἱ δὲ ἄφθονον λίην, σχοίνοισι.* Etſi autem menſurae ſchoenorum non eaedem ubique fuerint in Aegypto, quod pluribus *Strabo* docet Lib. XVII p. 553, certum tamen eſt, ſchoenis agros diviſos et definitos fuiſſe, eaque menſura, Graecis *σχοίνος* dicta, Aegyptiis audiebat *Noh*. *Cyrillus Alexandrinus*, adverſus Iulianum Lib. I p. 30, ex libro Hermaico, haec de Hermete, ſive Thot, deſcribit: *Ἆρ᾽ οὐχὶ καὶ τὸν ἡμέτερον ἑρμῆν ἀκούεις, τήντε Αἴγυπτον εἰς λῆξιν καὶ κλήρους ἅπασαν τεμεῖν, σχοίνῳ τὰς ἀρούρας καταμετροῦντα;* etc. Audiamus nunc Coptica, quae ſumſi ex codicibus MSS. Eo pertinet locus, ſupra ex vaticinio Michae cap. II. 4. allatus, ⲧ̀ⲧⲟⲓ ⲙ̀ⲡⲗⲁⲟⲥ ⲁⲩⲣⲁϣⲥ ⲙ̀ⲫⲛⲟϩ, *Μερὶς λαοῦ μοῦ κατεμετρήθη ἐν σχοινίῳ.* Ab hac porro menſura, ipſe ager ipſaque poſſeſſio apud Aegyptios eodem nomine dicta fuit, quaſi tu dicas *demenſam*, *certam*, limitibusque ſuis circumſcriptam ac definitam *poſſeſſionem*. Ita accipitur Psalmo cv. 10, ϯⲛⲁϯ ⲛⲁⲕ ⲙ̀ⲡⲕⲁϩⲓ-ⲟⲩⲛⲟϩ ⲛ̀ⲣⲱϣ ⲛ̀ⲧⲉ ⲧⲉⲕⲕⲗⲏⲣⲟⲛⲟⲙⲓⲁ, *Dabo tibi (Canaanem) in Schoenum* (Graecus habet *σχοίνισμα*) *hereditatis tuae*, id eſt, *Dabo tibi Canaanem in poſſeſ-*

 ſio-

sionem haereditatis tuae. Similiter Psalmo XVI. 6, memorantur ⲍⲁⲛⲛⲟⲍ ⲛⲣⲱⲱϣ, *Schoeni*, quos Messias sibi cecidisse illic testatur, secundum versionem Copticam, *in fortibus*, id est, *Firma et robusta est ea, quae mihi obtigit, possessio.* Ex his iam prolixe disputatis facile colligitur, quid sit *No-Ammon*, nempe, ut Alexandrini interpretes ad verbum reddiderunt *Nahumi* III. 8, Μέρις Ἀμμών, *pars, portio, possessio Ammonis.* Nam uti homines in Aegypto agros suos habebant definitos, et limitibus suis circumscriptos, ita universa etiam Aegyptus inter deos gentis huius erat distributa. Vnusquisque enim Nomus uni alicui deo peculiariter erat consecratus, a quo et nomen habebat. Id indicare volebat *Diodorus Sic.* Lib. I p. 12. Hinc igitur Nomus Panopolites, Aphroditopolites, et alii, qui ab illis diis nomina habent, quibus erant consecrati, quorumque erant in tutela. Nomus Thebaicus, illiusque civitas princeps Thebae, erant in tutela *Ammonis*, Aegyptiorum Iovis. Huius urbs illa censebatur pars, possessio et peculium. Hoc significat nomen eius Aegyptiacum *No-Ammon*, quod Graeci postea reddiderunt Διόσπολιν, *Iovis urbem* (*i*).

NO-

(*i*) *Forsterus* in Epist. ad J. D. Michaëlis p. 25—28 de *No-Amon* in eam sententiam disputavit, ut *Noh* significaret *habitationem*, nec sola Diospolis, sed potius universa Aegyptus hoc nomine indicaretur. Cui sententiae favere videtur locus Nahumi cap. III. 8, quem tamen plerique interpretes accipiunt de *Diospoli*, vel *magna*, vulgo Thebis, vel *alta* in Aegypto inferiori supra Mendetem, cuius meminerunt *Strabo* lib. XVII p. 1154, et *Demetrius Phalereus* apud *Diogenem Laërtium* lib. V. sect. 78, vel iterum *alia*. Etenim in sola Aegypto fuere eiusdem nominis urbes quinque, teste *Stephano Byz.* v. Διόσπολις. Ut revertar ad originem nominis *No*; novam de ea proposuit coniecturam eruditus *Akerblad* in Epist. de Inscript. Aegyptiaca Rosetana p. 34, 35, his ipsis verbis: „Parmi les longs et fastueux ti-

ΝΟΜΟΣ. Tota Aegyptus in plures olim divisa erat praefecturas, quae omnes certis diis consecratae erant

titres dont est décoré Ptolémée Epiphane dans l'inscription Grecque, se trouve celui de ΕΙΚΩΝ ΖΩΣΑ ΤΟΥ ΔΙΟΣ. Le nom qui en Grec signifie *Jupiter*, est rendu en Egyptien par un mot qui consiste en une seule lettre, celle que nous avons reconnue pour un ⲱ ou un ⲟⲩ, dans les noms *Ptolemée*, *Aëtos*, &c. Ce nom m'a un peu embarrassé; le Copte n'offroit point d'appellatif de cette forme & d'une signification convenable, & je ne connoissois point divinité Egyptienne de ce nom. Je crois enfin avoir trouvé la solution de cette difficulté; mais je la propose comme une simple conjecture. *La ville de Iupiter*, ou *Diospolis (parva)* dans la Thébaïde, porte dans les dictionnaires Coptes, le nom de ϩⲱ ou ϩⲟⲩ. Dans le manuscrit numéroté 69, provenant du Vatican, actuellement à la Bibliothèque nationale, il est fait mention du nome *Ho*, ⲡⲑⲟϣ ⲛ̄ϩⲱ: c'est le *nomus Diospolites* des anciens, & le كورة هو de *Makrizi*. La plupart des auteurs Arabes & plusieurs voyageurs modernes connoissent ce nom; & *d'Anville* l'a inséré dans sa carte, en l'écrivant *How*, d'après l'orthographe Angloise. Or il me paroît assez probable que ce nom étoit celui d'une divinité adorée dans la haute Egypte, & qui est la même que le ⲟⲩ de l'inscription; que la ville dont nous venons de parler s'apelloit ϯⲃⲁⲕⲓ ⲛ̄ϩⲱ *la ville de Ho*, ou, selon l'orthographe de notre inscription, ⲛ̄ⲱ. — Ceux qui aiment les rapprochemens étymologiques, retrouveront peut-être ce mot dans le *No-Amon* נא־אמון, ou *Hamon-No* המון־נא, nom qui se rencontre dans les prophètes, et qui, sans doute, désigne quelque grande ville de l'Egypte, quoique les interprètes ne soient guère d'accord laquelle il faut entendre. Les Septante & la version Copte rendent effectivement ce mot par *Diospolis* (Ezech. xxx. 16); mais il faut avouer que la description de *No-Amon*, qui se fit, Nahum III, 8, ne convient pas trop à Diospolis de la Thébaïde. Aussi les Septante, & le Cop-

erant, illas autem Praefecturas Aegyptii patrio ſermone appellabant Νομούς. *Strabo.* Lib. XVII p. 541, Ἡ δὲ χώρα τὴν μὲν πρώτην διαίρεσιν εἰς νομοὺς ἔσχε, δέκα μὲν ἡ Θηβαῒς, δέκα δ' ἡ ἐν τῷ Δέλτα, ἑκκαίδεκα δ' ἡ μεταξύ. ὡς δέ τινες, τοσοῦτοι ἦσαν οἱ σύμπαντες νομοὶ, ὅσαι αἱ ἐν τῷ λαβυρίνθῳ αὐλαί. αὗται δ' ἐλάττους τῶν τριάκοντα. Pag. 558 ait fuiſſe in Labyrintho aulas XXVII. Totidem ergo docere vult, fuiſſe primitus in Aegypto praefecturas. Sed numerus horum Nomorum in Aegypto non ſemper fuit idem. Initio fuit utique exilior, et exiguus magis. Praefecturae illo tempore ambitum habebant longe maiorem, pluresque continebant urbes, ita ut, Ieſaiae XIX. 2, Praefectura haud immerito מַמְלָכָה, *regnum*, vocari potuerit. Vide *Campegii Vitringae* ad illum locum obſervationes, Tom. I p. 555. Poſtea limites Praefecturarum vehementer contracti, ſenſimque imminuti fuerunt, ut in plures tota regio dividi poſſet. *Ptolemaeus* certe, ſuo tempore, in Geographia Aegypti, quinquaginta circiter Nomos enumeravit. Et veroſimile mihi videtur, illam Aegypti per certos Nomos diviſionem, tempore Romanorum, re ipſa deſiiſſe, nihilque niſi memoriam illorum ſuperfuiſſe. *Ptolemaeus* igi-

Copte, qui les traduit ſervilement, ont-ils trouvé tout autre choſe dans ce paſſage que dans celui d'Ézéchiel. Un endroit de Jérémie, XLVI, 25, achève de rendre la choſe au moins fort douteuſe. Quant à l'étymologie de ce nom, elle paroît aſſez bien s'accorder avec notre *Ho: No-Amon* ſeroit ⲛ̀ⲍⲱⲓ ⲁⲙⲟⲩⲛ, *Jupiter-Ammon*; d'autant plus que le préfixe ⲛ eſt devenu adhérent à ce nom, qui même eſt écrit ⲁⲛⲟ au lieu de ⲛⲍⲱⲓ dans un des vocabulaires Thébaïques de la Bibliothèque nationale nº. 44." Praeclaram hanc Ampliſſimi *Akerblad* annotationem, etſi longiorem, hic a me e libello, non omnibus lecto, repetitam eſſe, nemo paulo humanior erit, ut opinor, qui aegre ferat.

igitur, et ante eum *Strabo*, quando de Nomis loquuntur, antiquam Aegypti Geographiam videntur sequi, non illam Aegypti in certas suas definitasque Provincias divisionem, quae illo, quo scribebant, tempore obtinebat. Hinc est, quod Graeci, seculo IV et V aerae vulgatae nostrae Christianae, etiam in Aegypto viventes, Nomos Aegypti limitibus admodum angustis includant, et qui pristinae Aegypti in Nomos vel Praefecturas divisioni minime congruant. *Cyrillus Alexandrinus*, qui ineunte seculo V floruit, et in Aegypto scripsit, ad locum Iesaiae, paulo ante allatum, haec commentatur: Νομὸς δὲ λέγεται παρὰ τοῖς τὴν Αἰγυπτίων οἰκοῦσι χώραν, ἑκάςη πόλις καὶ αἱ περιοικίδες αὐτῆς, καὶ αἱ ὑπ' αὐτῇ κῶμαι, καὶ τετρίπται παρ' αὐτοῖς ἡ τοιά δε φωνή. *Nomus autem Aegypti incolis dicitur unaquaeque civitas, cum vicina regione, et pagis, qui ei subsunt. Et vox haec apud illos pervulgata est.* Hoc nonnihil antiquior, *Epiphanius*, ita scribit, in Haeresi XXIV § 1: Νομὸν γὰρ οἱ Αἰγύπτιοί φασι τὴν ἑκάςης πόλεως περιοικίδα, ἤτοι περίχωρον; et paucis interiectis: "Οπου γὰρ ἐν τῷ ἁγίῳ Προφήτῃ Ἡσαΐᾳ εὕροις γεγραμμένον περὶ νομῶν πόλεως Αἰγυπτιακῶν, οἷον Τάνεως, ἢ Μέμφεως, ἢ νομοῦ τῆς Βουβάςου, Αἰγυπτιακῶς τὴν περίχωρον τῆς τυχούσης πόλεως σημαίνει. Sic et *Eustathius* in *Dionysium Periegeten* vs. 251, νομοὺς, uti scribere (*k*) oportet, interpretatur ἐνορίας, id quod urbi finitimum, vel intra eius fines situm est, et in *Homeri* Iliad. A p. 156, Νομὸς — ὁ κατὰ Αἰγυπτίους ἐν ἐνορίαις, (credo suppleri debere πόλεως) τόπος.

Iam de vocis huius vera atque genuina significatione dispiciamus. Multi ex Graecis, quos inter est *Diodo-*

(*k*) Frequenter a librariis, immo a viris quoque doctis in editionibus scriptorum veterum, permutatae sunt voces Νομὸς et Νόμος. Exempla qui velit, adeat *Albertium* ad *Hesychium* v. Νόμος.

dorus, p. 66, *Proclus* in Timaeum *Platonis* p. 30, *Eustathius* in Iliada *Homeri*, loc. cit., et multo plures alii, more ipsis valde familiari, et hanc νομοῦ vocem ex fontibus linguae Graecae derivatam esse censent. Neque aliter *Casaubonus*, cuius haec sunt verba, in notis ad *Strabonem* p. 218 [1135]: *Quidam putant, hanc νομοῦ vocem esse Aegyptiacam, quos falli et omnes sciunt, qui aliquid Graece sciunt, et Diodorus diserte admonet.* Cui viri longe doctissimi iudicio non immerito opponimus iudicium *Henrici Stephani*, Soceri eius, qui ad *Diodorum Siculum* (*l*) scribit: *Ego νομὸν Graecam esse vocem, vix mihi persuasero.* Et testimonio *Diodori Siculi*, quod et attulit *Casaubonus*, is ipse *Stephanus* aliud opponit eiusdem *Diodori*, de Sesoosi ita scribentis, Τὴν χώραν ἅπασαν εἰς ἓξ καὶ τριάκοντα μέρη διελὼν, ἃ καλοῦσι Αἰγύπτιοι νομούς. *Henr. Stephani* caussam non prorsus improbavit etiam *Samuel Bochartus* in Geographia Sac. Part. I Lib. IV cap. XXIV, quem vide (*m*). Et profecto res facile extra omne dubitationis periculum collocari potest. Esse vocem Νομὸς vere Aegyptiacam 1) ex eo satis constat, quod Graeci scriptores non pauci id haud inviti et conceptis verbis testentur. Ipse *Diodorus Siculus*, quod modo observabamus, qui aliquando νομὸν augurabatur esse originis Graecae, alio loco fatetur, vocem istam non Graecis, sed Aegyptiis deberi. Vide plura apud *Bochartum* loc. cit. *Plinius*, loquens de Aegypto et Aegyptiis Lib. V cap. IX ait, *Dividitur in praefecturas, quas nomos vocant.* Sic et cap. XIII. *Hieronymus* pariter, quem in huiusmodi rebus impense exercitatum fuisse, norunt omnes, Lib. IV Com-

(*l*) Lib. I c. 54. Aut mutavit sententiam *H. Stephanus*, aut de origine vocis tacere maluit in Thesauro L. Gr.

(*m*) *Casaubono* assentitur *Wesselingius* ad *Diodorum* lib. I c. 73. Nec dissentire videtur *Berkelius* ad *Steph. Byz.* v. Ἀθάῤῥαβις.

Comment. in Esaiam, cap. XII (Opp. Tom. III) col. 115, *Et diversae regiones* Aegypti, *quas νομοὺς* (ita scribe) *Aegyptii vocant.* Et Lib. VII col. 181, *in territorio Heliopolitano, quod Aegyptii νομὸν*, (ita et hic scribe) *vocant.* 2) Fatente ipso *Casaubono*, si ex Graeco deducta sit *νομὸς*, locum proprie significat pascuis aptum, et pascuorum divitem. Id vero de omnibus Aegypti regionibus, quae *νομοὶ* dicuntur, praedicari haudquaquam posse, recte beneque urget *Bochartus.* 3) Graeci vocem *νομοῦ*, in illo, quem nunc illustravimus, sensu, tantum adhibent, quando de Aegyptiorum regione sermo est. In Graecia, in Asia, in Italia, *νομοὺς* non agnoscunt. An non eo ipso satis clare innuunt, vocem *νομὸς* Aegypto esse propriam, et sermoni patrio incolarum huius regionis deberi. Equidem non ignoro, *Herodotum* Lib. III cap. 90, Satrapias Persarum vocare *νομοὺς*, et Lib. I Maccab. cap. X. 30, mentionem fieri *τῶν τριῶν νομῶν τῆς Σαμαρείτιδος*, quae loca diligentiam *Bocharti* non effugerunt. In eodem Lib. I Maccab. cap. XI. 57 legimus, Antiochum iuniorem Ionathanem Principem Iudaeorum praefectum constituisse *ἐπὶ τῶν τεσσάρων νομῶν*, quomodo utrobique in illo libro legendum esse, ex superioribus conficitur. Simili modo *Herodotus* Lib. III cap. 127 ait, *εἶχε δὲ νομὸν τόν τε Φρύγιον, καὶ Λύδιον, καὶ Ἰωνικόν.* Verum exempla huiusmodi adeo rara sunt, ut vel hinc colligere liceat, auctores istos voce hac abuti, quemadmodum videas, scriptores vocem *Satrapiae*, quae omnium consensu Persica est, eiusdemque cum *νομῷ* fere significationis, nonnunquam usurpare, quando de regionibus aliis loquuntur.

Silentio praetermittere non possum, virum Copticae linguae non mediocriter peritum, *Guilielmum Bonjour*, in Monumentis Copticis, Romae editis, existimare, *νομὸν* Aegyptiace proprie dici non *νομὸν*, sed ⲙⲉϣϣⲟϯ. Edidit in illis Monumentis episto-

lam

Iam quamdam Synodicam, lingua Aegyptiaca exaratam, in qua p. 12' vir ille doctus ⲛⲓⲙⲉϣϣⲟⲧ ⲛⲧⲉ ⲭⲏⲙⲓ vertit *nomos Chemi*, et in notis explicat *nomos Aegypti* p. 13 (*n*). Verum illo tempore non amplius obtinebat illa vetusta Aegypti in Nomos proprie sic dictos divisio, cum tempore iam *Strabonis* re ipsa desiisset, quamvis memoria illius etiamnum conservaretur. Aut certe *Strabonis* tempore νομὸς aliud quid significavit, quam Sesostris et antiquiorum Aegyptiorum tempore. Ⲙⲉϣϣⲟⲧ nihil aliud est, quam *ager*, aut certa quaedam regionis portio suburbicaria, quam et *Toparchiam* verbis *Strabonis* appellare licebit. Sic *Ager Samniticus*, *Ager Veiens*, *Ager Romanus*, et similia, apud *Livium* aliosque historiae Romanae scriptores non infrequenter occurrunt. Simili plane ratione, Graeci quoque voce πέδου et πεδίου uti solent. *Aristophanes* in Pluto, vs. 771, 772,

Καὶ προσκυνῶ γε πρῶτα μὲν τὸν Ἥλιον
Ἔπειτα σεμνῆς Παλλάδος κλεινὸν πέδον.

Idem Aegyptiis est ⲙⲉϣϣⲟⲧ, Ps. LXV. 11, ⲛⲉⲕⲙⲉϣϣⲟⲧ ⲉⲩⲉⲙⲟϩ ⲉⲃⲟⲗ ϧⲉⲛ ⲡⲉⲧⲕⲉⲙⲥⲓⲧ, Τὰ πεδία σοῦ πλησθήσονται πιότητος, Ps. XCVI. 12, ⲉⲩⲉⲣⲁϣⲓ ⲛϫⲉ ⲛⲓⲙⲉϣϣⲟⲧ, Χαρήσεται τὰ πεδία. Rem eamdem Aegyptiorum filiis significabat quoque vox ⲧⲕⲟⲓ, sicuti Ps. LXXVIII. 12 et 43, ϧⲉⲛ ⲧⲕⲟⲓ ⲛϫⲁⲛⲏ, ubi Graecus habet ἐν πεδίῳ Τάνεως. Vides ⲧⲕⲟⲓ, adeoque ⲙⲉϣϣⲟⲧ etiam, nam duo haec rem eamdem indicant, ac-

(*n*) *Boniourium* secuti sunt *La Crozius* in Lex. p. 50 et *Mingarellius* ad Aegypt. codd. reliquias p. LXXI.

accipi de aliqua regione Aegypti, non autem de maiori et ampliori, qualis olim νομὸς dici consueverat, sed de minori, quales sunt illae, de quibus *Strabo* p. 541 fin., πάλιν δ' οἱ νομοὶ τομὰς ἄλλας ἔσχον, εἰς γὰρ τοπαρχίας οἱ πλεῖστοι διῄρηντο, καὶ αὗται δ' εἰς ἄλλας τομάς, ἐλάχισται δ' αἱ ἄρουραι μερίδες. De ἀρούραις *Horapollo* Lib. I cap. 5, Ἔστι δὲ μέτρον γῆς ἡ ἄρουρα, πηχῶν ἑκατόν. Neque mirum est, *Nomi* vocem, in scriptis Aegyptiorum recentiorum non reperiri, cum res ipsa in communi usu dudum iam desiisset, et tantum ex antiquitatis cognitione nota esset.

Cum autem luculentis indiciis colligatur, vocem νομὸς, quando sermo est de Praefecturis Aegypti, Graecam non esse, videndum, quidnam re ipsa νομὸς Aegyptiis significaverit, et unde vox haec derivata aut composita esse censeri queat. Magnus *Bochartus* vocem νομὸς ex Hebraico idiomate satis explicari posse arbitratur. *Fallor*, inquit pag. 261, *aut ex Hebraeo* מנה, Mana, *vel* מנא, Mono, *ut Syri efferunt*, *factum est* νομὸς, vel ab Aegyptiis, vel a Graecis, hac metathesi peregrinum vocabulum emollire conatis. Verum nisi me opinio mea fallit, res ipsa indicat, nomina Aegyptiaca, si possint, ex patrio gentis huius sermone potissimum esse ducenda. Deinde illa, quam originationi suae substernit, ratio, meam, quam nunc adferam, unice confirmat. Ait, מנא, *Mono*, apud Syros designare *partem*, atque id ipsum esse νομόν. *Diodorus* etiam p. 66 νομὸν exponit μέρος. Et *Eusebius*, Lib. III Praeparat. Evangel. pag. 57, μέρος τι, inquit, τῆς Αἰγύπτου, ὃ καλοῦσι νομόν. Id vero re ipsa Aegyptiis dicebatur νομὸς, a qua voce longius profecto recedit *Mono*. *Noh* enim, ut in articulo superiori, *No-Ammon*, fuse exposuimus, sermone Aegyptiorum avito, dicitur *pars* et *possessio*. Et hinc sine dubio defluxit vox νομὸς, quam recte interpretari possis *possessionem plenam*, vel maioris ambitus. Pri-

va-

vatorum partes et possessiones angustis valde limitibus erant circumscriptae; cum quibus comparatae, Praefecturae vere omnino dici poterant *possessiones plenae*, quia iustae erant magnitudinis, regnaque dici quodammodo poterant. Vide *Proclus* Lib. I in Timaeum *Platonis* p. 30, loquens de Aegyptiorum *Nomis*, hunc in modum scribit: Οὕτω δὲ ἐκάλουν Αἰγύπτιοι τὰς διαιρέσεις τὰς κατὰ τὰ μεγάλα τῆς Αἰγύπτου μέρη. En! *nomi* sunt *maiores partes*, ac *maiores possessiones* in regno Aegypti. Iterum observabo, Praefecturas illas diis fuisse consecratas, unde etiam nomen plerumque acceperunt, *Nomus Heracleopolites*, *Nomus Hermopolites*, *Nomus Heliopolites*, eumque ad modum reliqui. Vocabantur itaque ab iis νομοί, quasi dicerent *plenas deorum* suorum *possessiones*. Vel etiam νομὸς exponi fortasse posset *portio durabilis et perpetua*. Nam ⲙⲏⲛ est *firmus*, *durabilis*, unde est ⲙⲁⲛⲙⲟⲛⲓ, *portus*, id est, locus tutus; firmus, ac stabilis. Esset igitur ⲛⲟϫⲙⲏⲛ, *portio terrae certis et non mutandis limitibus circumscripta*. Mihi tamen interpretatio prior magis placet.

NONNVS et NONNA. Hoc nomine apud scriptores medii aevi frequentissime designantur *Monachi*, et *Monachae*. Loca horum scriptorum, perquam liberali manu, nobis subministrant *Vossius* de vitiis Latini sermonis Lib. II cap. XIII, *Du Fresne* in Glossario, ut alios taceam (*o*). Voces has originis esse Aegyptiacae, eruditorum permulti (*p*) sibi persuaserunt. *Vos-*

(*o*) Vocem ἡ Νόνις *Palladio* Hist. Lauf. cap. 87 restituit *Meursius*, quem etiam vide in Glossario Graeco-barbaro p. 595, 596, ed. Florent. vol. IV.

(*p*) In quibus *Erasmus* et *Hospinianus*. Scribit alter in Scholiis ad *Hieronymi* Epistolam XXII: „ Aegyptus praeter cae-

Vossii, Lib. I eiusdem operis, cap. VI, haec sunt verba: *Est autem vox Aegyptia. Hi enim Monachos* Nonnos; *Monachas* Nonnas *vocant: ut traditum quoque Caelio Rhodigino, Lib.* V *Antiqu. Lect. cap.* XII. *Gerardus Falckenburgius* in Epistola ad *Ioannem Sambucum*, praemissa *Nonni* Dionysiacis, ab ipso editis, pag. V ait: *Neque silentio praetereundum existimavi, quod olim Aegyptii viros et virgines, pietate et vitae sanctimonia insignes, Nonnos et Nonnas appellaverint.* Et ex eo *Nonno* Panopolitano, auctori Dionysiacôn, nomen adhaesisse, ibidem vir ille doctus suspicatur. *Gerh. Ioh. Vossius*, loc. cit. et *Schroeerus* de Imperio Babylonis, *Nonnum* explicant נין, *filium*, tanquam vox illa Hebraica Aegyptiis quoque usitata fuerit; per *filios* vero *Monachos*, Abbati tanquam patri suo obedientes, per *filias* vero, *virgines sacras* innui autumant. Verum explicationi huic id omnino repugnat, quod *Nonni*, non filiorum, sed patrum, et *Nonnae*, non filiarum, verum matrum loco haberentur et colerentur. In regula Benedicti, qui obiit A. 542, apud *Vossium* et *Du Fresnium* haec leguntur: *Priores iuniores suos Fratres nominent: iuniores autem, priores suos* Nonnos *vocent, quod intelligitur* Paterna *reverentia:* Vnde Synodus Aquisgranensis, habita A. 816, voluit; *Vt, qui praeponuntur*, Nonni *vocentur, hoc est*, Paterna *reverentia.* Et *Papias* apud *Du Fresnium:* Nonnos *vocamus* maiores, *ob reverentiam, nam intelligitur* Pa-

caeteras provincias monachorum gregibus abundabat: quorum lingua puto monachos et sanctos *Nonnos* fuisse vocatos, monachas et virgines *Nonnas*." Alter lib. I de Monachis cap. I, „ Apparet autem hoc verbum (*Nonnae*) ab Aegyptiis in vulgi sermonem venisse. Solent enim aliquoties res eius gentis sortiri vocabula, in qua praecipue fuerint, aut unde natae sint." Sequuntur deinde verba *Erasmi.* Si, quae habet *Iablonskius* de origine appellationis, vera sunt, nomen certe est valde honorificum.

Paterna *reverentia.* Addit *Du Fresnius* sub finem articuli: *Italis etiamnum* Nonno, avus *dicitur, pater patris, ut* avia, la Nonna. *Vocem Aegyptiacam quidam putant.*

Si vox haec sit Aegyptiaca, quod multis in mentem venit, et veritati adeo dissimile non est, eam exponerem ⲛ̀ⲛⲟⲩⲉ̀ⲛⲉϩ, *Ennueneh*, vel *Nueneh*, *quae non est huius seculi*, vel *qui*; sive *quae*; *seculo renuntiavit.* ⲉ̀ⲛⲉϩ est *αἰὼν*, *Seculum*, eaque vox tam late accipitur, quam Graeca vox *αἰὼν*, apud Aegyptios recentiores, qui phrases et locutiones Scripturae S. communi usu terere, suasque facere consueverunt. Quia igitur *αἰὼν*, apud Scriptores Sacros, in locis bene multis, eorum statui opponitur, qui in omnibus vero religionis sensu ducuntur, seque Deo totos consecrarunt, ⲛ̀ⲛⲟⲩⲉ̀ⲛⲉϩ optime dici potest, qui mundi negotiis, et illecebris in universum renuntiavit, suamque vitam et se ipsum Deo consecravit. Exprimit vox haec, quod versu illo canitur, quem ex veteri fabula Romanensi *Du Fresnius* adducit, *Nonne devint*, *& le siècle laissa.* Et sane, *Nonnus* idem videtur esse, quod *sanctus* et *castus.* Ita *Hieronymus*, qui primus ea voce usus est, Epist. XXII ad Eustochium § 6: *Quia maritorum expertae dominatum, viduitatis praeferunt libertatem*, Castae *vocantur, et* Nonnae. Idem Epist. XLVII: *Quae in adulationem tui*, sanctum Nonnumque *coram te vocat. Arnobius* iunior in Psalm. CV: *Si ille, qui* sanctus *vocatur et* Nonnus, *sic agit; ego quis et quotus sum, ut non agam?* Et in Psalm. CXL: *Adulantes nobis invicem, in praesenti positi*, sanctos *nos vocamus et* Nonnos.

NOYN. *Anabasis Nili. Horapollo* Hieroglyph. Lib. I cap. 21, Νείλου δὲ ἀνάβασιν σημαίνοντες, ὃν καλοῦσι Αἰγυπτιςὶ Νοῦν, ἑρμηνευθὲν δὲ σημαίνει νέον. *Philippus Iacobus Maussacus*, in notis ad *Plutarchum*

de

de Fluminibus pag. 291, 292; ex hocce loco *Horapollinis*, coniiciebat, et certissime se probaturum esse pollicebatur, Νοῦν fuisse Nili verum nomen Aegyptiacum. At enim vitiosa lectio in *Horapolline* viro docto imposuit. Nam pro eo, quod in eius codicibus legitur, ὃν καλοῦσι, mutatione perquam levi, scribendum est ἣν καλοῦσι, quod ante me iam dudum vidisse *Gilbertum Gaulminium*, postea deprehendi. Vide eius notas in vitam Mosis Lib. 1 cap. 2 p. 249 (*q*). Loquitur *Horapollo* de Anabasi Nili, eamque dicit ab Aegyptiis voce patria appellari νοῦν. Quod sane verum esse potest. Nam ⲚⲞⲨⲚ, quae vox in Coptorum scriptis non est infrequens, dicitur *profundum*, *abyssus*, Genes. I. 2, Deuter. XXXIII. 13, Luc. VIII. 31. Et sumitur etiam de aquis fluviorum, in campos sese effundentium, Deuter. VIII. 7. Vnde tanto magis apparet, vocem recte posse adhiberi de Nilo adscendente, agrosque Aegypti nonnunquam satis alte inundante (*r*). Ceterum, si liceret, in *Horapolline* pro νοῦν legere mallem μανοῦν; quod erit ⲘⲈϨ ⲚⲞⲨⲚ, *plena abyssus*. Hoc Anabasin perquam commode designare poterit; et satis familiare est scriptoribus, ut Nili adscensionem πλήρωσιν et πλήρωμα nuncupent.

NOPH, נף. Ita Ies. xix. 13, Ier. ii. 16 et Ezech. xxx. 16 appellatur *Memphis*, sicuti et *Moph*. Vide *Campegii Vitringae* Geograph. Sacr. cap. VII p. 36, 37. et Commentar. in Iesaiam Tom. I p. 564. Meam de hoc nomine sententiam qualemcunque intelliges ex dictis ad vocem *Moph* (*s*).

O.

(*q*) Vulgatum ὃν καλοῦσι retinent, et Νοῦν de ipso Nilo capiunt *Mercerus*, *Hoeschelius* et *Caussinus* ad *Horapollinis* locum, item alii in notis ad *Hesychium* v. Νοῦς.

(*r*) Eandem vocem Aegyptiacam huc advocarunt *Boniourius*, *Wilkins*, ac *Georgius* ad Fragmenta Liturgica p. 521.

(*s*) In duobus prioribus V. T. locis citatis interpretes

O.

OB, vel OBH, אוֹב. Qua voce Scriptores Codicis Hebraici frequenter utuntur, ad indicandum *divinatorem*, *haruſpicem*, qui de futuris reſponſa dat. Diſſentiunt inter ſe viri eruditi, tum de origine vocis, tum de vero eius ſenſu, quae hic prolixe referre ſupervacaneum duco. Videri poſſunt Celeberrimi *Davidis Millii* Diſſertationes ſelectae, Diſſert. XII, quae eſt de אוֹב et אוֹבוֹת, *Schuckfordi* Hiſtoire du Monde Tom. II p. 333 et ſeqq., *Clodii* Lexicon Hebraicum ſelectum voce אוֹב, p. 18 et 19, atque plures alii (*t*).

Summus *Bochartus*, in Hierozoici Part. I Lib. I, c. 3 cenſet vocem eſſe Aegyptiacam. Legit nempe in Nomenclatore *Kircheri*, quem citat, *obion* apud Coptos hodieque *ſerpentem* ſonare, idque putat *Horapollinem* efferre οὐβαῖον. Libenter adſtipulor viro doctiſſimo, vocem eſſe Aegyptiacam, at interpretationem eius probare non poſſum. Nomenclatori *Kircheriano* tuto credi non poteſt. *Kircherus* ipſe linguae, cuius ſe inſtauratorem iactat, prorſus erat imperitus, et innumeros ſane errores in illo Nomenclatore commiſit, ne nunc dicam de fraudibus manifeſtis et impoſturis, quibus *Kircheriana* omnia, quae literas Aegyptiacas ſpectant, ubique ſcatent. *Obion* non eſt vox Aegyptiaca, neque characterem Aegyptiacum prae ſe fert. ϨΟϤ, *hoph*,

Alexandrini habent Μέμφις, in ultimo eſt varietas lectionis, de qua *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1536. Nomen *Noph*, etiam *Moph*, originem ducit ex antiqua urbis Memphiticae appellatione Aegyptiaca, quam vidimus ſupra p. 137. Conf. Cl. *Ravius* in not. ad *Shawii* Itiner. tom. II p. 82.

(*t*) Prolixe cumulateque de אוֹב et אוֹבוֹת diſputavit *I. Tjeenk*, in Commentariis Societ. Scient. Vliſſingenſis tom. I p. 546—584.

hoph, quidem Aegyptiis (*u*) dicitur *ſerpens*, quod ſane ad *obh* propius accedit, quam *obion*; ſed perſuadere mihi nequeo, una eademque voce, et *ſerpentem*, et *incantatorem*, qui ſerpentibus ad praeſtigias ſuas abutitur, deſignatos fuiſſe. Meam ea de voce ſententiam (*v*) in Epiſtola ad Cl. *La Crozium*, in Theſauro Epiſtolico La Croziano Tom. I p. 183, his verbis breviter declaravi: „ אוב, *Python*, *ſacrificus*, numquid aliud eſt, quam ΟϒΗΒ, *ſacerdos*. Eam vocem Iſraëlitae, de ſacerdotibus idolorum praedicari ſolitam, ſaepius audiverant, et ſecum aſportarunt." Sacerdotes Aegyptios divinationibus et incantationibus vehementer deditos fuiſſe, vel ex hiſtoria Moſaica abunde perſpicitur. Hoc ſciebant Iſraëlitae. Audiverant in Aegypto, homines huius ſortis dici ΟϒΗΒ. Idcirco poſtea vocem hanc loquentes de huiuſcemodi hominibus, retinuerunt.

'ΟΘΟ'ΝΝΑ. *Dioſcorides* Lib. II cap. 213 ait ſic vocari ſuccum chelidoniae maioris, vel ſecundum alios ſuccum herbae, quae naſcitur in Troglodytice, et Arabia Aegyptiaca, ac pariter vocatur *Othonna*. Tandem haec ſubiungit, *Ἔνιοι δὲ φασιν αὐτὴν λίθον εἶναι Αἰγύπτιον ἐν τῇ Θηβαΐδι γεννώμενον, χαλκόχρουν μικρὸν τῷ μεγέθει, δάκνοντα τὴν γεῦσιν μετὰ πυρώσεως καὶ ϛύψεως.* Quae ſic contrahit *Paulus Aegineta* Lib. VII p. 249, *Ὀθόνναν οἱ μέν φασι πόας εἶναι χυλὸν ἐν τῇ κατ'*

(*u*) Exempla dedit *La Crozius* in Lex. p. 158. Ex iſta voce Aegyptiaca Graecam Ὄφις ortam putat *Barthélemy* tom. XXXII Comment. Acad. R. Inſcript. Pariſ. p. 229. An recte? vereor dicere.

(*v*) *Georgius* in praef. ad Fragm. Ioh. Theb. p. XLIII eamdem comprobavit. Alii vero originem vocis אוב e fonte Hebraeo aut Arabico derivare malunt, *Millius* l. c. p. 400, 401, *Schultens* ad Iobi cap. XXXII. 19, *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. p. 39.

κατ' Αἴγυπτον 'Αραβία φυομένης. οἱ δὲ λίθον Αἰγύπτιον ῥύπτει δὲ καὶ δάκνει πάντα τὰ ἐπισκοτοῦντα ταῖς κόραις ἀποσμήχουσα. Pag. vero 283, Ἔςι δὲ τὸ μέγα χελιδόνιον ἡ ὀθόνα.

ΟΙΝΩ. *Struthium.* Appendix *Dioſcoridis* Lib. II cap. 193 [p. 447].

ΟΙΦΙ. Menſurae genus. Eſt vox, qua Alexandrini interpretes Vet. Teſtamenti haud raro utuntur, quoque vocem Hebraicam אֵיפָה reddere ſolent. Scribitur autem diverſo modo, Ὄιφι, Οἶφι, Οἰφὶ, Οἰφεῖ (*w*). *Hieronymus* in Zachar. VI (Opp. Tom. III) col. 1731, *Menſura quae apud Hebraeos dicitur* Epha, *crebro a* LXX *in* οἰφὶ *vertitur.* Obſervat *Heſychius*, dictionem eſſe Aegyptiacam, Οἰφὶν μέτρον τι τετραχοίνικον Αἰγυπτίων. Probabile eſt, Hebraeos vocem hanc, uti multas alias, ab Aegyptiis, dum eorum regionem incolerent, auditam et acceptam, poſtea retinuiſſe, ſuamque feciſſe. Vt id mihi perſuadeam, duabus potiſſimum rationibus inducor. Et primo quidem obſervavi, Coptos interpretes, voces in verſione Graeca repertas, οἰφὶ et οἰφεῖ, non retinuiſſe, quod more conſueto utique feciſſent, ſi voces has pro peregrinis, Hebraicis aut Graecis, habuiſſent. In verſione Aegyptiaca reperitur ΟΥϢΙΠΙ, Numer. V. 15, Levit. VI. 20; ΠΙϢΙΠΙ eſt Levit. V. 11; Numeror. XXVIII. 5, eſt ΟΥϢΙϤΙ, corruptione hac aliquali, ut videtur, ex Graeco orta. Ex ϢΙΠΙ credo ortum eſſe Hebraeorum אֵיפָה, et ex utroque Graecorum οἰφὶ, et οἰφεί.

Dein-

(*w*) Vide interpretes *Heſychii* v. Οἰφίν; ubi legi oportere Οἰφί, vidit etiam *Hodius* de Bibliorum text. Origin. p. 113, pluribus vocabulum hoc illuſtrans.

Deinde, vox ⲱϣⲛⲓ manifesto est originis Aegyptiacae, apud quos ⲏⲡⲓ, et ⲱⲡⲓ, *numerum* et *mensuram* significat, *cum* vicissim *vere Hebraica Orientalisque origo vocabuli* אֵיפָה *hucusque non ostensa sit*, inquiunt Gottingenses in Relationibus de libris novis Fascic. IX p. 549.

"ΟΜΦΙΣ, cognomen Osiridis, significans 'Ευεργέτην', *beneficum*. Ita *Hermaeus* apud *Plutarchum* vocem illam interpretatur, de Is. et Osir. p. 368, τὸ δ' (*x*) ἕτερον ὄνομα τοῦ Θεοῦ (Osiridis), τὸν "Ομφιν, ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ ὁ 'Ερμαῖός φησι δηλοῦν ἑρμηνευόμενον. ⲛϥⲓ, et cum articulo generis indefinito ⲟⲩϥⲓ, significat *bonum*. Idemque plane est ⲙϥⲓ, *Emphi*, vel *Amphi*, ex quo facile corrumpi potuit *Omphis*. Sed id huic interpretationi obstat, quod, secundum *Plutarchum*, *Omphis* non tantum *bonum* significet, verum et *beneficum*, qui bonorum suorum alios participes facit (*y*). Quare iudico, insedisse mendum aliquod illum *Plutarchi* locum. In Epistola ad *Timotheum* priori, cap. VI v. 2, interpretes Copti vocem Graecam εὐεργεσίαν interpretati sunt ϯⲙⲉⲧⲣⲉϥⲉⲣϩⲏⲃⲛⲟⲩϥⲓ; Luc. XXIII. 25, occurrit in Graeco vox εὐεργέτης, sed Coptus interpres aliud illic adhibuit vo-

(*x*) Pro δὲ substituendum καὶ vel γὰρ opinatur *Squire* p. 108.

(*y*) *Kochero* vix dubium est, quin *Osiris* dictus sit "Ομφις a ⲛⲟⲩϥⲓ, praeposito articulo Aegyptiaco ⲡⲟⲩ vel ⲡ. Plene igitur foret ⲡⲛⲟⲩϥⲓ, contracte ⲡⲛϥⲓ, ex quo deinde formatum nomen ⲡⲙϥⲓ, ut in vocabulis aliis ⲙ et ⲛ permutantur. Vide Misc. Obs. Crit. Nov. tom. II p. 134.

vocabulum, ⲣⲉϥⲉⲣⲡⲉⲑⲛⲁⲛⲉϥ. Quicquid ſit, ex altero loco Epiſtolae ad Timotheum apparet, ⲣⲉϥⲉⲣϩⲱⲃ ⲙ̇ϥⲥ, vel quod prorſus eodem redit ⲉⲣϩⲱⲃ ⲙ̇ϥⲥ, Aegyptiis dici εὐεργέτην, quod Graeci, ut euphoniae ſuae conſulerent, vix aliter exprimere potuerunt, quam ἐρόμΦις, unde paulatim (abſorbto primo ε) fieri potuit ΡόμΦις. Ita auguror *Plutarchum* ſcripſiſſe.

ON, ΩN. Vrbs in Aegypto, cuius mentio in hiſtoria Moſaica occurrit, Gen. XLI 45, 50, XLVI. 20. Interpretes Graeci hic habent Ἡλίου πόλιν, quo ipſo nos docent, urbis celeberrimae, quam ſcriptores Graeci Ἡλιόπολιν nuncupant, verum et antiquiſſimum nomen in Aegypto, fuiſſe *On* (z). Retulit mihi olim vir celeberrimus, nunquam ſine honoris praefatione mihi nominandus, *Maturinus Veyſſiere La Croze*, *Cyrillum* Alexandrinum alicubi memoriae prodidiſſe, *On* Aegyptiorum lingua patria dici *ſolem*. Locum illum, in Operibus *Cyrilli* diligenter quaeſitum, reperire (*a*) non

(z) Iidem interpretes Alexandrini, καὶ Ὦν, ἥ ἐςιν Ἡλιούπολις, Exod. I. 11, ubi nihil eiusmodi in Codice Hebraeo; Ierem. XLIII (in quibusdam editionibus τῶν LXX cap. L) 13, τοὺς ςύλους Ἡλιουπόλεως, τοὺς ἐν Ὤν, cum in Hebr. tantum commemoretur בֵּית שֶׁמֶשׁ; Ezech. XXX. 17 praebent Ἡλιουπόλεως pro אָוֶן, quod a Maſorethis male punctatum ſcribit *Michaëlis*, pro אוֹן, ſed hoc tamen in nullo codice MS. ſe reperiſſe teſtatur *De Roſſi* vol. III p. 151. Conf. Amos I. 5, et ad iſtum locum annotatio in Miſc. Obſervat. Criticis vol. III p. 36, 37.

(*a*) Extat locus in Comment. ad Hoſeam p. 145. Teſtatur illic *Cyrillus*, dicere Aegyptios, Apin eſſe filium lunae, progeniem vero ſolis, additque, Ὦν δέ ἐςι κατ' αὐτοὺς ὁ ἥλιος.

non potui. Vix tamen dubitem, virum optimum id aliquando apud eum legisse, etsi loci non meminerit. Suspicatus autem sum, verum urbis huius nomen Aegyptiacum fuisse ⲞⲨⲈⲒⲚ vel ⲞⲈⲒⲚ, quod *Lucem* designat, quasi dicas *urbem Lucis*, id est *Solis*, vel *Soli consecratam*. Vide plura in Pantheo Aegyptiorum Lib. II cap. I § 8 (*b*).

ONVPHIS, Ὄνουφις. Taurus soli sacer, cultus Hermunthi, tanquam viva Solis et Nili fluvii imago. Verum Tauri huius nomen fuit ⲠⲚⲞⲨϤⲒ, *Ihnuphi*, quod ἀγαθὸν Δαίμονα, *bonum Spiritum*, vel *bonum Genium* designat. Pluribus id explicatur in *Pantheo Aegyptiorum* Lib. I cap. IV § II et Lib. IV cap. IV § 7, et sqq. (*c*).

'ΟΞΙΟΥΙ. *Clymenum*. Appendix *Dioscoridis* Lib. IV cap. 13 [p. 462].

'ΟΡΦΙΤΕΒΕΩΚΗ. *Pentaphyllon*. Appendix *Dioscoridis* Lib. IV cap. 42 [p. 465]. *Apuleius* de Herbis cap. 2. Editio Torini habet *Orphitebioce*.

HORVS, Ὧρος. Vide infra in voce Ὧρος.

ORYX,

(*b*) Coniectura *Iablonskii* se probavit viris doctis, etiam *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 44, 45, et *Forstero* in Epist. p. 30. — De *Heliopoli* locus est valde notabilis in *Ephraem Syri*, in Aegypto minime hospitis, Operibus Syriacis tom. II p. 144, 145, sed qui tamen antiqui nominis Aegyptiaci *On* non meminit.

(*c*) Meminerunt urbis Aegyptiacae, Ὄνουφις dictae, *Stephanus Byz.* et *Hierocles* in Synecdemo p. 725, c. n. *Wesselingii*. Hinc Νομὸς Ὀνουφίτης in *Herodoti* II. 166, de q. l. nonnulla *Kocherus* monet in Misc. Obs. Crit. Novis tom. II p. 147.

ORYX, animal caprini generis, in Aegypto frequens. *Plinius* testatur nomen animalis huius Aegypto pariter deberi, Lib. II cap. 40. Vide de hoc animali *Hoeschelium* in *Horapollinis* Lib. I cap. 49, *Damascium* apud *Photium* p. 558 edit. Hoesch., *Plutarchum* de Solertia Animal. p. 1794 ed. Graec. Steph., Scholiasten *Arati* p. 22 edit. Oxon., *Aelianum* de Anim. Lib. VII cap. 8 Plura dabit *Salmasius* in Exercitationibus Plinianis in *Solinum* p. 473, 474. Adde eumdem p. 157, 656, et *Bocharti* Hierozoic. Part. I Lib. III cap. 26, 28. Nomen *Oryx* esse Aegyptiacum adstruit etiam *Cornelius de Pauw* ad *Horapollinem* Lib. I cap. 49 (*d*). Imaginem eius in Tabula Bembina exhiberi, docui in specimine novae interpretationis Tabulae Bembinae, quod insertum est Miscellaneis Societatis Regiae Berolinensis, Tom. VI p. 143.

'ΟΣ', Aegyptiis dicitur *multus*. Et ex hac voce compositum esse nomen Osiridis testatur *Plutarchus* de Iside p. 355. Οϣ utique sermone Coptorum dicitur *multus*. De etymologia vero totius huius nominis consuli potest nostrum Pantheon Lib. II cap. I § II.

'ΟΣΑΡΣΗ'Φ, vel 'ΟΣΑΡΣΙ'Φ. Nomen *Mosis* quo in Aegypto insignitus fuit, teste *Manethone* in Aegyptiacis. Verba eius haec attulit *Iosephus* Lib. I contra Apion. § 26 p. 460, loquens de Israëlitis in Aegypto, Ἡγεμόνα αὐτῶν λεγόμενόν τινα τῶν Ἡλιοπολιτῶν Ἱερέων Ὀσάρσιφον ἐςήσαντο. Res ipsa clamat, sermo-

(*d*) Ὀρύγων mentio fit a *Diodoro Sic.* III. 28. Magna illic varietas lectionis. In *Herodoti* IV. 192 dicuntur Ὄρυες. Ad utrumque locum *Wesselingius* notavit. *Oryx* vocem esse origine Graecam, plerique volunt, in quibus *Vossius* in Etym. L. L., *Facciolatus* ac *Forcellinus* in voce.

monem hic esse de Mose. Et luculenter id ipse *Manetho* declarat, ibidem p. 461, *Λέγεται δ' ὅτι τὴν πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους αὐτοῖς καταβαλόμενος, ἱερεὺς, τὸ γένος Ἡλιουπολίτης, ὄνομα Ὀσαρσὶφ, ἀπὸ τοῦ ἐν Ἡλίου πόλει Θεοῦ Ὀσίρεως, ὡς μετέβη εἰς τοῦτο τὸ γένος, μετετέθη τοὔνομα καὶ προσηγορεύθη Μωϋσῆς.* Verbis his etiam viam nobis aperit *Manetho*, ad veram nominis huius originationem facile inveniendam. Ait enim, nomen hoc esse compositum ex Ὀσιρεως, sive *Osiride*. ⲤⲀϤ vero, et ⲤⲰϤ, *vastationem* et *desolationem* innuit. Est igitur Ὀσιρσάφ, *desolator* vel *destructor Osiridis*. Patet etiam hinc, verum nomen Aegyptiacum, uti illud *Manetho* nos interpretari docuit, scribendum esse Ὀσιρσάφ, non Ὀσαρσίφ. Ceterum, etiam me non monente, quivis rerum Aegyptiacarum vel mediocriter tantum peritus, per se facile intelligit, per Ὄσιριν, quem *Manetho* ait Heliopoli cultu religioso honoratum fuisse, intelligi debere *Solem*, a quo urbs nomen *Heliopoleos* accepit. Verum tamen est, *Solem* Heliopoli Symbolico *Osireos* nomine non adoratum fuisse. Colebatur etiam sub nomine Aegyptiis sacrosancto ⲪⲢⲎ. Et *Osiris* nomen, me quidem iudice, temporibus Mosis multo est posterius. Dixi ea de re in Pantheo Aegyptiorum, Lib. II cap. I § 8, et 16, et in Prolegomenis cap. I § IX.

ὌΣΙΡΙΣ, OSIRIS, Nomen apud Aegyptios symbolicum *Solis*. De Osiride variae extant et veterum et recentiorum sententiae. Sed erat haud dubie *Sol*, qui nomine hoc designatus est, postquam Theologia apud Aegyptios symbolica et allegorica invaluisset, et in sacerdotum scholis omnibus tradi consuevisset. Ab eo tempore *Osiris*, Numinum omnium, quae coluit Aegyptus, summum evasit atque princeps. Neque officit, quod veteres *Osiridem* dicant eumdem cum *Baccho*.

cho (*e*). Plura de eo attuli in Pantheo Aegyptiorum, Lib. II cap. I. Veteres nomen hoc *Osiridis* non uno modo interpretantur. Eorum expositiones non indiligenter excussi ibidem, § 10 et sqq. Mihi, postquam omnia quae de Osiride apud veteres memorata sunt, diligenter et meditate expendi, visum tandem est, nomen *Osiris* exponi quam optime posse ⲟⲩⲟⲉⲓϣ ⲓⲣⲓ, quasi dicas *causam efficientem temporum.* Originationem hanc pluribus illustravi loco indicato § 15, 16 (*f*).

OSI-

(*e*) Comparentur cum iis, quae *Iablonskius* ea de re scripsit in Pantheo, *Wesselingius* ad *Diodori Sic.* lib. I cap. II, *Valckenaerius* ad *Euripidis* Phoeniss. v. 654, et *Koen* ad *Gregorium* de Dialectis p. 247, 248.

(*f*) De nominis *Osiris* origine Aegyptiaca vix est dissensus, sed tamen de ratione etymologica. Scribit *F. S. de Schmidt* de Sacerd. et Sacrif. Aegyptiorum p. 18, 19: „Nos primi etymon hoc verbi *Osiris* ex lingua Coptorum tentavimus pag. 14 libri, qui inscribitur, *Dissertation sur une Colonie Egyptienne établie aux Indes.* Iunctum videtur ex *osch*, multus, et *Iorh*, pupilla oculi." Vocis prioris, ⲟϣ, notio certa est, sed posterioris, ⲓⲟⲣϩ, nititur dubia *Kircheri* auctoritate. — Novam nuper exposuit coniecturam *Silvestre de Sacy* in Epist. de Inscr. Rosetana p. 28—34. Putat vir doctus, plus una vice in monumento isto Aegyptiaco inveniri scriptum *Osnih* sive *Osneh*, aut *Osinih* sive *Osineh*; vetustum numinis Aegyptiaci nomen non fuisse *Osiris*, quod vulgo creditur, sed *Osinis*; hoc vero compositum esse ex ⲟϣ *multum*, atque ⲉⲛⲉϩ *seculum*, vel ⲟⲛϩ *vita*, vel ⲟⲩⲱⲛϩ *illuminatio.* Addit, si scribitur nomen Ὄσινις, rectius intelligi eiusdem interpretationem Πολυόφθαλμος apud *Plutarchum* de If. et Osir. p. 455 ed. Oxon., cum ⲟϣ significet *multum*, et ⲛⲁⲩ *videre.* Scriptores veteres ad unum omnes, quos equidem novi, habent Ὄσιρις, *Osiris.* In nullo eorum codice lectum memini Ὄσινις, *Osinis.* Perinsignis certe hac in caussa foret aucto-

OSIRITES. *Cynocephalia*, vel *Cynocephalea*, herba. *Plinius* Lib. XXX cap. 2 ex *Appione* ſcribit, *cynocephaliam herbam*, *quae in Aegypto vocaretur Oſirites*, *divinam*, *et contra omnia veneficia.* Potuit herba, more Aegyptiorum ſacerdotibus perquam familiari, et lingua ipſorum ſacra, ab *Oſiride* cognominari. Aut etiam, quia tanta ipſi tribuebatur vis, ex eo nomen potuit trahere. Nam ⲟϣⲓⲣⲓ, Aegyptiis dicitur, quod *multum facit*, quod *multum poteſt*, vel *multum praeſtat et efficit.* Sed priorem interpretationem, quae diſciplinis Aegyptiorum ſacerdotalibus tam bene convenit, ut docui in Prolegomenis ad Pantheon § LVIII, pag. CXXXIV, CXXXV, poſteriori praetulerim.

'ΟΣΙΡΣΑ'Φ. Vide ſupra 'Οσαρσήφ.

'ΟΣΥΜΑΝΔΥ'ΑΣ. Eius meminit *Diodorus Siculus* Lib. I p. 43 et 44 [cap. 47], atque inſcriptionis, in qua lectum fuerit, Βασιλεὺς Βασιλέων 'Οσυμανδύας εἰμί. Εἰ δέ τις εἰδέναι βούλεται, πηλίκος εἰμὶ καὶ ποῦ κεῖμαι, νικάτο τὶ τῶν ἐμῶν ἔργόν [ἔργων]. Vidimus ſupra, *Memnonem* ab Aegyptiis dictum fuiſſe *Amenophin* et *Ismandem* [pag. 26—30, 97, 98]; ab *Is-*

auctoritas monumenti Aegyptiaci Roſetani, modo ſatis conſtaret, in eo legi *Oſinis*, aut quid huic ſimile. At vero iis ipſis in locis, ubi hoc nomen ſe inveniſſe *S. de Sacy* ſuſpicabatur, illud plane non inveniri, ſed multo potius vocem Aegyptiacam aliam, ⲛⲓⲉⲣⲫⲏⲟⲩⲓ, cuius numerus ſingularis eſt ⲉⲣⲫⲉⲓ, ſignificantem *templa*, τὰ ἱερὰ, ut legitur in eodem lapide Graeco Roſetano, docet eruditiſſimus *I. D. Akerblad* in Epiſt. de Inſcr. Aegypt. Roſet. p. 37—44. Cum autem *Oſiris* in tribus Inſcriptionis Graecae Roſetanae locis commemoretur, operae pretium facturus eſt, qui oſtendat, quo modo nomen iſtud illic Aegyptiace ſcribatur. Ex eo enim plurimum pendet veritas coniecturae ſolertis et ingenioſae de nova nominis *Oſiris* forma, *Oſinis.*

Ismande autem non diverfum effe *Ofumandya*, docui in Syntagmatibus de Memnone Graecorum et Aegyptiorum pag. 38, 52—55, 102 et feqq.

OTETIS. *Lacteris*. *Apuleius* de Herbis cap. 3.

'OTAIE'. Φωνὴ μακρόθεν καλεῖται παρ' Αἰγυπτίοις οὐαιέ. Ita *Horapollo* Lib. 1 cap. 29. Vocem hanc ex Arabica lingua, fed fruftra, explicare tentat *Bochartus*, in Hierozoico, Part. 1 p. 866, *Wilkinfius* de Ling. Copt. p. 106, φωνὴν accipi putat pro voce lamentabili, qualis eft οὐαὶ Graecorum, quam Copti in libris fuis ΟΥΕΙ efferre folent. Verum aliud innuunt verba *Horapollinis*. Docet is, non vocem lamentabilem, nec etiam vocem quamcunque, generatim, fed vocem e longinquo auditam, Aegyptiis dici οὐαιέ. Optime igitur et recte, ante annos propemodum quadraginta me monuit beatus mihique amiciffimus *La Crozius*, οὐαιέ *Horapollinis* effe ΟΥΕΙ Coptorum, quod in eorum libris toties legitur, accipiturque pro μακρόθεν, ut loquitur fcriptor ille. Vide Pfalm. XXII. 19, Pf. X. 1, Eph. II. 17, et alia loca plurima (*g*). Eft igitur οὐαιὲ, vel Coptice ΟΥΕΙ, proprie ἡ μακρόθεν, quod ad res plurimas transferri poteft. Sed hic fubintelligenda venit ἡ φωνή.

ΟΥΙΓΓΟΝ. *Theophraftus* Lib. 1 Hift. Plantar. cap. 1 p. 3, Τὸ ἐν Αἰγύπτῳ καλούμενον οὔιγγον. Adde eumdem cap. XI, init.

ΟΥΤΟΣΙΜΑΡΗΣ. Vide dicta ad v. Θυοσιμάρης [pag. 91]. ΟΥ-

(*g*) Hinc etiam ΟΥΕΙ, Thebaice ΟΥΕ, fignificat *recedere*. Vide *Mingarellium* ad Aegypt. codd. reliquias p. LXXVII, CXLVIII.

ΟΥΡΑΙΟΣ. *Basiliscus*. *Horapollo* Lib. I cap. I scribit, "Ὄφιν καλοῦσι Αἰγύπτιοι οὐραῖον, ὅ ἐστιν Ἑλληνιστὶ βασιλίσκον. Quidam vocabulum hoc, neque adeo inepte, derivant ab ⲟⲩⲣⲟ, *uro*, quo designatur *rex*, quod aliquo modo exprimeret vocem Graecam βασιλίσκου. Ceterum codex ille MS., quo usus fuit *Mercerus*, h. l. habet, non οὐραῖος, verum οὐβαῖος, et illam lectionem dehinc viris eruditis placuisse, priorique fuisse praelatam, ex citationibus eorum intellexi. In Nomenclatore *Kircheri* lego, ⲟⲃⲓⲟⲛ dici *serpentem*, quae vox tamen τύπον Aegyptiacum prae se non fert, nec etiam in libris Coptorum, quos videre mihi contigit, usquam occurrit. Sequuntur hunc Nomenclatorem, cuius fides mihi semper suspecta est, *Bochartus* et *Wilkinsius*: ille quidem in Hierozoico Part. I Lib. I cap. III fin., et Part. II Lib. III cap. 9; hic vero in Dissertatione de lingua Coptica pag. 106. Copti in suis libris *serpentem*, ac sigillatim *aspidem*, semper vocant ⲟⲩϩⲟϥ, in plurali ⲛⲓϩϥⲱⲟⲩ. An hinc detortum sit οὐβαῖος *Horapollinis*, dispiciant alii, qui istam lectionem tueantur.

Ego, ut verum fatear, pristinam lectionem οὐραῖος retinendam esse putem. Non loquitur *Horapollo* de Basiliscis, qui proprie sic vocantur, quique Aegyptiis videntur fuisse ignoti. Certe nomen in eorum lingua non invenerunt. Ideoque interpres Coptus Ps. XCI vocem Graecam βασίλισκος retinuit, ⲟⲩⲃⲁⲥⲓⲗⲓⲥⲕⲟⲥ. Loquitur *Horapollo* de illa aspide, quae capitibus Deorum Aegyptiorum, ac sigillatim Isidis, circumponi solebat. Id conceptis verbis ille observat. Observant et scriptores alii. *Ovidius*, describens Pompam Isidis, haec habet, Metam. Lib. IX v. 694,

Sistraque erant, nunquamque satis quaesitus Osiris
Plenaque somniferi serpens peregrina veneni.

Va-

Valerius Flaccus, Argonautic. Lib. IV v. 416, ita canit,

— *haec procul Iö*
Spectat ab arce Phari, iam divis addita, iamque
Aspide cincta comas. —

Vide de illa etiam, quae disputamus in Panthei nostri Lib. I cap. V § 11. Haec igitur serpentis species, teste *Horapolline*, Aegyptiace dicebatur *οὐραῖος*. Hanc vero vocem Graece exponi posse *βασιλίσκον* addit, quia, uti diximus, ΟΥΡΟ *βασιλέα*, *regem*, designat. Graeci voci ΟΥΡΟ addiderunt terminationem Graecam, indeque effecerunt *οὐραῖος*.

Π.

ΠΑΑΜΥΛΗΣ, PAAMVLES. Deus Aegyptiorum, secundum Cratinum apud *Hesychium*, cuius haec sunt verba: Πααμύλης, Αἰγύπτιος θεὸς Πριαπώδης. Κρατῖνος ὁ νεώτερος Γίγασιν, ὡς σφοδρῶς. ἡ Αἰγυπτώδης Σόχαρις, Παμύλης. Ex verbis his, admodum (*h*) corruptis, id saltem intelligimus, *Paamylen* habitum fuisse pro Numine Aegyptio Priapeio et Phallico. Apud *Plutarchum* vero eorum refertur sententia, qui affirmabant, *Paamylen* non esse Deum, verum nomen alicuius Templi Thebaei in Aegypto superiori, et rerum sacrarum ministri, in cuius tamen honorem *Paamylia*, Festum solemne celebrari consueverit. Vide eum in libro de Iside et Osir. p. 355. Ego, rationibus non minimi momenti inductus, arbitror, *Paamyles* nomen fuisse Festi, in honorem Osiridis, et quidem inventionis illius, aut renascentiae, quotannis celebrari soliti. Plu-

(*h*) Consule tamen *Albertium* in notis.

Plura videri possunt in Pantheo meo Lib. V cap. VII § 2 et sqq. Ibidem vocem hanc *Paamyles* interpretatus (*i*) sum ⲠⲀⲘⲈϨⲰⲖϪ, vel ⲠⲀⲀⲘⲈϨⲰⲖϪ, *Paamehols*, quasi *diem annuntiationis boni.* Tale nomen, idem nempe re ipsa significans, hodieque Christiani imponunt diei XXV mensis *Phamenoth*, i. e., d. XXI Martii, a quo die olim permulti in Aegypto incrementa Nilotica numerare incipiebant.

PACIS. Hoc nomen fuisse Tauro Aegyptiorum sacro, qui Numinis loco Hermunthi colebatur, auctor est *Macrobius* Saturnal. Lib. I cap. 21. Alii Taurum hunc *Onuphin* appellant. Et hoc ipsum nomen *Macrobio* restituendum esse, quondam suspicabar. Sed postea sententiam mutavi. Nam *Onuphis* a *Pacis* nimium recedit. Deprehendi etiam ex notis virorum eruditorum, in *Macrobio* Codices quosdam MSS. pro *Pacis*, vel *Pacin*, habere *Bacin*, alios vero *Bacchin*, quod quidem suspicionem mihi iniecit, *Macrobium* re ipsa scripsisse *Pabacin.* Esset autem ⲠⲀⲂⲀⲔⲒ, *Pabaki*, is Deus, quem Graeci vocant πολιέα, id est, *tutelare* alicuius *urbis Numen*, cui illius cura peculiari ratione credita et commendata esset. Vnus idemque Taurus itaque dicebatur *Onuphis*, quia *bona* portendebat, ut supra vidimus in v. *Onuphis*, et *Pabacis*, a sacerdotibus Hermunthitibus, eo quod *urbis* suae esset *Numen Tutelare.* Plura de hoc numine observata sunt in Pantheo Aegyptiorum Lib. IV cap. IV § 7 sqq.

ΠΑΛΜΥΤΗΣ. Deus Aegyptius. Ita *Hesychius*, Παλμύτης, Αἰγύπτιος θεός. *Salmasius* olim putabat, locum *Hesychii* in mendo cubare, et apud eum pro παλμύτης legendum esse potius παμύλης. Et haec eius con-

(*i*) Alia placent *Wilkinsio* de L. Coptica p. 106.

coniectura veri specie non destituitur. Omnibus tamen, quae cogitanti hac de re mihi sese obiecerunt, rite expensis, credo potius, locum *Hesychii* bene se habere. Suspicor, παλμύτης fuisse cognomen Osiridis, quod ipsi in hymnis sacerdotum sacris tribuebatur. Ⲡϫⲱⲗⲉⲙ ⲟⲩⲧⲁϩ, *Pholemutah*, significat *accelerantem fructus*. Et profecto *Statius*, Thebaid. Lib. I in fin. *Osiridem* dixit *frugiferum*. Plura hanc in rem disputavi in Pantheo Aegyptiorum Lib. V cap. VII § 6.

ΠΑ'ΜΜΟΣ. Nomen regis Thebaei in Aegypto, quod *Eratosthenes* interpretatur Ἀρχόνδης. De nomine hoc pauca ista notavi in notis ad ipsius Catalogum num. XIX, in Chronologie de Mr. *des Vignoles* Tom. II p. 752 „ Moneo tantum, in Eusebianis *Scaligeri* legi, Πάμνος, Ἀρχόνδης. Vim horum verborum non perspicio. Non desunt coniecturae; verum illas tamen, quia certi quidpiam afferre iam non possum, malo silentio premere."

ΠΑΜΦΑΝΗ'Σ. Herba a Graecis dicta ἀείζωον, *semper vivens*. Appendix *Dioscoridis* Lib. IV cap. 89 [p. 468]. Videtur nomen Graecum ἀείζωον, ex asse respondere Aegyptiaco. Sed tum pro παμφανὴς, legendum putaverim παγχανής. Aegyptiace ⲡⲱⲛϧ ⲉ̀ⲛⲉϩ, est *vivens aeternum*, ζῶν αἰῶνα. Id vero ipsum est etiam ἀείζωον. Vox Aegyptiaca ⲡⲱⲛϧ ⲉ̀ⲛⲉϩ, *Panchaneh*, vix aliter literis Graecis efferri potuit, quam παγχανὴς, nisi modo librarius Graecus vocem hanc, ut eam magis attemperaret typo Graeco, mutarit in παμφανής. Ad ea, quae dixi, alludit *Martianus Capella* de nuptiis Philologiae Lib. II p. 36, *Verum diva, cum immortalitatis eam poculum cerneret ebibisse, quo e terris illam in coelum immortalemque factam, velut aenigmate redimiculi perdoceret,*

ret, ex herba quadam rureftri, cui ἀείζωον vocabulum eft, virginem coronavit, praecipiens omnia, quae adhuc mortalis adverfus vim fuperam in praefidium coaptarat, expelleret.

PAOPI, vel, ut Graeci Romanique fcribere folent, Φαωφὶ (*k*), *Phaophi*, menfis Aegyptiorum veterum fecundus, qui Octobri Romanorum fere refpondet. In Coptorum libris, ac praefertim antiquioribus legitur ⲡⲁⲟⲡⲓ (*l*), uti in Canone Lectionum Dominicalium et Feftorum, fubiuncto Codici antiquiffimo iv Euangeliorum, quem fervat Bibliotheca Regia Parifienfis, quemque ex Aegypto in Galliam attuliffe perhibetur *Ludovicus* Sanctus, Galliarum rex. Nomina menfium ex Canone illo defcripta, et a me accepta, Cl. *La Crozius* cum celeberrimo *Fabricio* poftea communicavit. Vide Thefaurum Epiftolicum *La Crozianum* Tom. III p. 133, 134. Sciendum vero eft, ⲏⲡⲓ, *epi* vel *api*, et ⲱⲡⲓ, *opi*, Aegyptiorum fermone vetufto dici *numerare*. ⲡⲁⲱⲡⲓ, igitur erit *menfis numerorum*, vel *menfis, quo numeratur*. Et fic ⲡⲁⲟⲡⲓ, vel ⲡⲁⲱⲡⲓ, conveniret quoad nomen cum menfe *Epiphi*, qui plane rem eamdem innuit. Et nomen hoc profecto, utrique huic menfi, *Epiphi* nempe et *Paopi*, in anno Aegyptiorum fixo, optime convenit. Nam menfe *Epiphi*, qui fere Iulio noftro refpon-

(*k*) Nomen Graece variis modis fcribitur. Vide *Fabricii* Menologium p. 22, 26. Fortaffe, inprimis culpa librariorum. Optime *Plutarchus* et alii Φαωφί. In lapide literato apud *Muratorium* p. DLXII. 1, quem *Maffeius*, *Bouhierius* et *Weffelingius* docte illuftrarunt, appellatur Φαώφ.

(*l*) Thebaice ⲡⲁⲱⲡⲉ. *Georgius* in praef. ad Fragm. Ioh. Theb. p. XXXVI.

ſpondet, Nilus cum impetu ita creſcit, ut incrementa eius ab omnibus notari et conſpici poſſint, unde iam illo tempore, cubiti Nili adſcendentis ſollicite obſervari et in Nilometriis numerari ſolent. Menſe vero *Paopi* decreſcebat Nilus, poſtquam in campos Aegyptiorum exoptatam fertilitatem contuliſſet. Scholiaſtes Arati p. 56 notat, menſe Thot, qui Romanis eſt September, Nilum incrementa ſua conſummare. Addit ibidem, Τῷ γὰρ Φαωφὶ παύεται ὁ Νεῖλος, ὅς ἐςι κατὰ Ῥωμαίους Ὀκτώβριος. Eo igitur menſe non minus avide Aegyptii numerabant decrementa fluvii ſui, atque antea illius incrementa notaverant, ut agros iam conſerere, et piſces etiam, quos Nilus relinquebat, capere poſſent. Eo forſitan reſpicit Epigramma, quo nomina menſium Aegyptiaca veluti explicantur, Antholog. Lib. I cap. XCI p. 176:

Ἰχθυβόλοισι Φαωφὶ (ita lege) φέρει πανδήμιον ἄγρην (*m*).

Vide et *Aelianum* de Animalibus Lib. X cap. 43. Vterque igitur menſis a *numerando* apud Aegyptios nomen accepit: *Epiphi*, quod in eo numerarent Nili incrementa, *Paopi*, quod attenderent ad decrementa. In Tabula Bembina, quae, uti arbitror, praecipua Aegyptiorum, per totum annum, Feſta nobis in imagine ſymbolica exhibet, mediam regionem auſpicatur Nilometrium portatile, de quo in Pantheo dixi Lib. IV cap. III § 5, eamdemque regionem imago plane ſimilis

(*m*) Vulgo legitur Φαωθὶ, etiam in nova editione tom. I p. 354. Paulo rectius *H. Grotius:*

Squammiferi generis praeda eſt bona menſe *Paiphi.*

Scribi oportere in Epigrammate Φαωφὶ, monere haud neglexit Cl. *Weſſelingius* in Diatr. de Iudaeorum Archontibus p. 8, cuius etiam obſervationes p. 38 ac ſeq. de forma anni Aegyptiaci poſſunt comparari cum iis, quae *Iablonskius* hic et alibi, de eadem diſputavit.

lis claudit. Prior figura videtur esse consecrata Nili incremento, posterior decremento. Nempe utroque mense, *Epiphi*, et *Paopi*, Festum agebatur, ob eam rem, quam dixi, institutum. Vide *Plutarchum* de Iside et Osir. p. 372, ita scribentem: Τῇ δὲ ὀγδόῃ φθίνοντος τοῦ Φαωφὶ Βακτηρίας ἡλίου γενέσθαι, ὃν ἄγουσι μετὰ φθινοπωρινὴν ἰσημερίαν, ubi aliquando suspicatus fui pro γενέσθαι ὃν debere legi γενέθλιον, ut in Calendario Festorum Aegyptiaco MS. a me fuit ostensum. Sed omnes nostrae hae rationes corruunt, si consideres, nomina mensium Aegyptiaca locum habuisse in anno ipsorum, non fixo, sed vago.

PAPYRVS. Planta Aegypti celeberrima, quae ad ripas Nili crescebat. Ex ea Aegyptii chartam conficiebant, eamque ad varios insuper usus (*n*) adhibebant. Vocem Aegyptiacam esse, nemo facile inficias iverit. Et veteres (*o*) quoque id testantur. Targum Hierosolymitanum ad Exodi II. 3 vocem סוף, quae *iuncum* significat, reddidit אפרא, quod se non intelligere, *Drusius* ad illum locum fatetur. Sed videndum, an non forsitan hic lateat vox Aegyptiaca *papyri*. Iesaiae

(*n*) De planta et multiplici eius usu in Aegypto multi multa, sed inprimis *O. Celsius* part. I Hierobotanici p. 137—152, Comes *de Caylus* in Comment. Acad. R. Inscript. tom. XXVI p. 267—326, et *F. S. de Schmidt* in Opusculis, quibus res antiquae, praesertim Aegyptiacae, explanantur p. 367—379. Quae alii observant, aut sunt fere eadem, aut minoris momenti videntur.

(*o*) *Phrynichus* in Eclogis Att. p. 132: Πάπειρος· τοπάσειεν ἄν τις Αἰγύπτιον εἶναι τοὔνομα· πολὺ γὰρ κατ' Αἴγυπτον πλάζεται. De origine vocis Aegyptiaca eruditi recentiores vix dubitant, sed veram etymologiae rationem se ignorare haud diffitentur. Coniectura *Iablonskii*, quam ipse supra p. 50 incertam iudicabat, an sit verisimilis, dicant, qui meliora queant docere. Probata autem est a *Scholtzio* in libro, cui titulus, Repertorium für Biblische und Morgenländische Litteratur XIII[r] Theil, S. 21.

ſaiae cap. XIX. 7, Papyrus videtur appellari ערה, vel ערות. Vide ibi *Vitringam* Tom. II p. 559. Apud Hebraeorum Magiſtros vox פפיר et פפיר, deſignans papyrum, frequenter occurrit. Vide *Buxtorfii* Lexicon Talmudicum col. 1780, 1781. Mihi aliquando in mentem venit, vocem Aegyptiacam deſcendere a ϐϩⲡ, quod auguror Aegyptiis ſonaſſe πλέκειν, *texere*, *contexere*. ϐϩⲡ certe dicitur *corbis*, videlicet *contexta*. Nam ex papyro varia ſupellex texebatur. In Tractatu Kelim cap. 17 apud *Buxtorfium* loc. cit. obſervatur: *Fiebant et ex papyro vaſa texta, inſtar corbium, quorum uſus fuit in vineis.* Eſſet igitur ⲡⲁϐϩⲡ, *planta ad texendum idonea.* Inde etiam Βάριν, navigii genus, probabiliter nomen accepiſſe, in illa voce iam obſervavi.

PATHROS, פתרוס, Regio Aegypti, cuius mentio occurrit Geneſ. X. 14, Eſa. XI. 11, Ierem. XLIV. 1, 15, Ezech. XXIX. 14, XXX. 14. *Bochartus* ex ſitu locorum, qui cum *Pathros* coniunguntur, acute collegit, eo nomine deſignari *Thebaidem*, vel *Aegyptum ſuperiorem.* Et hanc viri doctiſſimi obſervationem, ipſum Aegyptiacum nomen *Pathros* egregie confirmat. Senſerunt id interpretes Alexandrini, in Aegypto ſcribentes. Itaque Ierem. XLIV. 1, et alibi nomen hoc פתרוס, reddiderunt Παθούρης. Id enim, totidem literis, Coptice ſcriptum, ⲡⲁⲑⲟⲩⲣⲏⲥ, vel, quod eodem redit, ⲫⲁⲑⲟⲩⲣⲏⲥ, nihil aliud poteſt ſignificare, quam *regionem Meridiei*, id eſt, *Thebaidem.* Ita vocem hanc interpretatus ſum in Pantheo Aegyptiorum Lib. V cap. III § 5 (*p*).

ΠΑΤ-

(*p*) Scripſerat antea *Iablonskius* Anmerkung vom Lande Pathros, quam obſervationem *I. I. Schmidt* inſeruit Geograph•

ΠΑΥΝΙ', PAYNI. Menſis Aegyptiorum, Iunio Romanorum fere reſpondens. In Coptorum libris ſcribitur ⲡⲁⲱⲛⲓ (*q*). Veroſimile mihi fit, menſem hunc ſic dictum fuiſſe ab ⲟⲩⲱⲓⲛⲓ, vel ⲱⲓⲛⲓ, *luce*, quod in antiquiſſima dialecto Thebaidis efferebatur ⲟⲉⲓⲛ. Rationem tamen denominationis huius nondum perſpexi. Epigramma Graecum de iſto menſe, in Anthologia, ita canit, Lib. I cap. XCI,

Εὐκάρπου δὲ Παῦνὶ προάγγελός ἐςιν ὀπώρης.

Ex *Plutarcho* etiam de Iſide et Oſiride p. 362 conſtat, menſe hoc Feſta celebrata fuiſſe, quibus placentae coquebantur, aſinum pro inſigni habentes (*r*).

ΠΑΧΩ'Ν (*s*). Menſis Aegyptiorum, incidens, partem maximam, in Romanorum Maium. Videtur no-

pho ſuo Biblico, Germanice edito: quod Cl. *Saxius* me monuit. Nomi *Phaturitis* ſive *Phathuritis* mentio eſt apud *Plinium* lib. V cap. 9. Nihil huic cum nomine *Pathros* commune eſſe, *Mullerus* affirmat in Satura Obſervat. p. 187, 188, ſed de origine vocis *Pathros* idem ſentit, quod *Iablonskius*, monetque, Aegyptum ſuperiorem ab Arabibus, *Abulfeda* et *Abulpharagio*, appellari *regionem auſtralem*. Aliorum ſententias de *Pathros* collegit et iudicavit, ſuamque adiecit *Michaëlis* in Spicilegio Geogr. Hebr. exterae part. I p. 271—274.

(*q*) Theſaurus Epiſt. *La Crozianus* tom. III p. 134. Thebaice dicitur ⲡⲁⲱⲛⲉ. Vid. *Georgii* praefat. ad Fragm. Ioh. p. XXXVI.

(*r*) De feſtis, menſe Payni in Aegypto celebratis, legendus *Iablonskius* in Miſcellaneis Berolinenſibus tom. VII p. 428—435.

(*s*) Nomen huius menſis *Plutarcho* de Iſ. et Oſ. p. 99 et 101 reddendum, adeoque pro νυκτὸς legendum Παχόντος, opinatus eſt *Squirius*, ſuaque in verſione Anglica expreſſit

 p. 53.

nomen hoc traxiſſe a Χὼν, *Chon*, quomodo dictum fuiſſe in Aegypto Herculem, veteres tradunt. Vnde conſequitur, Παχὼν *menſem* ſignificare *Herculi conſecratum.* Obſtat tamen huic expoſitioni, quod in Coptorum libris nomen illius menſis, non ⲡⲁⲭⲱⲛ efferatur, verum ⲡⲁϣⲟⲛⲥ *Paſchons* (*t*). Suſpicatus aliquando ſum, antiquiſſimum menſis huius nomen apud Aegyptios fuiſſe ⲡⲁϧⲉⲙⲥ, quod tractu temporis, prae-

p. 53. In lapide antiquo apud *Gruterum* p. CCCXIV. 2, vocatur ΠΑΧωΝΙΑ, pro quo *Scaliger* et *Seldenus* ediderant ΠΑΧωΝ ΙΑ.

(*t*) Vide Theſ. Epiſt. *La Crozianum* tom. III p. 134. Eſt operae pretium, ut de nomine iſtius menſis duumviros eruditos, literasque Aegyptiacas non mediocriter doctos, diſputantes audiamus, *Mingarellium* et *Georgium.* Quorum quidem alter, in notis ad Aegyptiorum codd. reliq. p. CXC, obſervat, Graecos menſem vocaſſe Παχὼν, nomenque iſtud Memphitico ⲡⲁϣⲟⲛⲥ tantum reſpondere, quantum fieri poterat; Graecos, cum careant litera ϣ, eam reddere Χ; terminationem vero in ⲛⲥ Graeca in lingua non admitti; ea de cauſſa non Παχω'νς dixiſſe Graecos, ſed Παχὼν; Aegyptios vero noſtra aetate pronunciare *Beſcenes*, teſte doctiſſimo Praeſule *Borgia* in praefat. ad Acta S. Coluthi p. 58. Adiungit, *Tukium* ſcribere nomen Thebaice ⲡⲁⲭⲱⲛⲥ, Memphitice ⲡⲁϣⲱⲉⲩⲥ, ſed poſtremam hanc ſcripturam eſſe mendoſam pro ⲡⲁϣⲱⲛⲥ. Alter vero, in praefat. ad Fragm. Ioh. Thebaica p. XXXVIII—XLII, in contrariam partem differit, exiſtimans, ⲡⲁⲭⲱⲛ eſſe purum putumque Memphitarum, non Graecorum nomen, ſed ⲡⲁϣⲟⲛⲥ Thebaicum. Quam ille ſententiam confirmat ex fragmento codicis Borgiani, quo continetur hiſtoria itineris, facti a diacono quodam ex urbe Alexandrina in Antiochenam. Illic Memphiticum ⲡⲁⲭⲱⲛ explicatur dialecto Thebaica ⲡⲁϣⲟⲛⲥ.

praesertim, ubi literarum Graecarum usus invaluit, corruptum fuerit, et in ⲡⲁϣⲟⲛⲥ abierit. Nam vox ⲡⲁϧⲉⲙⲥ, literis Graecis non usque quaque exprimi, sonusque, quem habet vox in sermone Aegyptio, recte et commode repraesentari potest. Esset vero ⲡⲁϧⲉⲙⲥ, *mensis spicarum*; nam ϧⲉⲙⲥ, *στάχυς*, *spica*, dicitur. Intelligeretur autem mensis, in quo spicae, quippe maturitatem iam consecutae, cum spe et laetitia conspiciuntur, et manum messoris exspectant. Parem esse rationem nominis אביב, mensis Hebraeorum, qui cum nostro Aprili convenit, censent viri eruditi. Vide *Leigh* Criticam Sacram in hac voce. In Aegypto vero messis plerumque mense Maio peragitur, quod observatum videbis in Pantheo nostro, Lib. II cap. III, § 12. Ideoque ille merito ⲡⲁϧⲉⲙⲥ, *mensis spicarum*, appellari potuit. Confirmatur id, quod dixi, eleganti Epigrammate, quod in Anthologia Lib. I, cap. XCI extat, et quo singulorum mensium Aegyptiorum virtutes et beneficia exponuntur. Ibi enim de *Pachon* legas,

Λήϊα δ' ἀναυθέντα Παχὼν δρεπάνοισι φυλάσσει.

Quod *Grotius* apud *Fabricium* in Menologio p. 25 ita carmine reddidit,

Iam matura Pachon *assignat falcibus arva.*

ΠΕ'ΛΤΗΣ, *Coracinus fluviatilis*, apud Athenaeum Lib. III p. 121 (*u*).

PEMPH-

(*u*) Verba *Athenaei* p. 468 ed. nov. sunt: *ὁ δὲ ποτάμιος Κορακῖνος, ὃν Πέλτην τινὲς καλοῦσιν, ὁ ἀπὸ τοῦ Νείλου, ὃν οἱ κατὰ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἰδίως Ἡμίνηρον ὀνομάζουσιν, ὑποπίμελος κ. λ.* Eiusdem piscis meminisse *Fl. Iosephum* ac *Strabonem*, monet *Schweighaeuser* in notis p. 350. Tacent tamen

PEMPHTEMPHTAM. *Hierabotane.* *Apuleius* de Herbis cap. 3. Ea autem est *Verbenaca.* MSS. Codex Vossianus habet *Verbenaca licinia*. cap. 10, 11. In eodem Codice MS., quem in Bibliotheca Lugdunensi Batava evolvi, *Pempemtar.* Editio *Torini* habet *Pempsempte*, quae est plane lectio Appendicis *Dioscoridis*, Lib. IV cap. 6, ubi extat Πεμψεμπτέ (v). *Kircherus* in Oedipo, Tom. III p. 73, exponit ⲡⲉⲙⲡⲧⲉⲙⲫϯ, quod vertit *donum Dei*; imperite omnino.

ΠΕΜΦΩ'Σ. Nomen regis Thebaei in Aegypto, quod *Eratosthenes* in Catalogo, num. V, sic interpretatur: ὅ ἐςιν Ἡρακλείδης. In notis ad hunc locum, apud *Vignolium* Chronolog. Sac. Tom. II p. 739, suspicatus sum pro Πεμφὼς legi oportere Σεμφώς. Nam id Ἡρακλείδην, id est, *sobolem Herculis* significat. Plura l. c. a me dicta sunt.

ΠΕΝΘΕΑΤΥΡΙ'Σ. Nomen regis Thebaeorum, cuius interpretationem nullam addidit *Eratosthenes*. Non dubito, quin exponendum sit ἱερεὺς τῆς Ἀφροδίτης. De numine Aegyptiaco ⲁⲑⲱⲣ, a Graecis dicto Ἀφροδίτης, supra [p. 20, 21] monui. Ⲡϩⲟⲛⲧ autem est *Sacerdos* alicuius numinis, et quidem Sacerdotum *summus*. Legitur ea vox in versione Coptica, Gen. XLI. 45, 54, XLVI. 20. Conferri possunt, quae dixi in *Vignolii* Chronol. Sacra tom. II p. 760, 761.

ΠΕΣΑΛΕ'Μ, *Hyssopus.* Appendix *Dioscoridis* Lib. III cap. 30 [p. 453].

PE-

men ambo nomen Πέλτης; quod an sit origine Aegyptiacum, non ausim affirmare.

(v) In editione *Saraceni* p. 466 legitur πεμφθενθάμ.

PETEPHRE, Πετεφρῆ, vel PENTEPHRE, Πεντεφρῆ. Ita Graeci interpretes nomen *Potiphera*, פּוֹטִיפֶרַע, Gen. XLI. 45, Sacerdotis Onienfis efferunt. *Alexander* Polyhiftor, apud *Eufebium* Praep. Evang. Lib. IX cap. 21, fcribit Πεντεφρῆ. Et fic etiam in hiftoria Afenethae, quam *Fabricius* Codici Apocrypho Vet. Teftamenti inferuit, Vol. II p. 85 et feqq., legitur. *On* eft *Heliopolis*, ubi fol fub nomine ϕρη colebatur. Sacerdos igitur Onienfis erat *Sacerdos Solis*. Et id ipfum plane Πετεφρῆ, vel Πεντεφρῆ, Aegyptiis fignificabat. Videri eam in rem poteft Pantheon meum Lib. II cap. I § 8 (*w*).

PHIALA. Obfervatu digna funt haec *Plinii* verba Lib. V cap. 9: *Timaeus Mathematicus occultam protulit rationem*, incrementi Nili, *Phialam appellari fontem eius, mergique in cuniculos ipfum amnem vapore anhelantem fumidis cautibus, ubi conditur, verum fole per eos dies cominus facto, extrahi ardoris vi, et fufpenfum abundare; ac, ne devoretur, abfcondi. Id evenire a canis ortu, per introitum Solis in leonem, contra perpendiculum fontis fidere ftante, cum in eo tractu abfumantur umbrae.* Ex eo *Solinus* fua defcripfit, in compendium tale redacta, Polyhift. cap. XXXV edit. Grafferi: *Nonnulli affirmant, fontem Nili, qui Phiala vocatur, fiderum motibus excitari, extractumque radiis cadentibus coelefti igne fufpendi, non tamen fine certa legis difciplina, hoc eft lunis coeptantibus.* Quae *Timaeus*, et fi qui forte alii hac de re aliquid tradiderunt, ab Aegyptiis procul dubio accepere.

(*w*) Quae de nomine *Potipherae* fcripfit *Iablonskius* in Diff. VIII de Gofen § 4, repetiit *N. Barkey* in Symbolis Litterariis Haganis, Cl. II Fafc. 3, praemiffa differtatione *Bielii* de eodem Potiphera, adiectaque fua mantiffa, p. 445—480, ubi dubia quaedam, nec ea levioris ponderis, ety-

pere. Vnde non poſſum non ſuſpicari, vocem *Phiala*, qua deſignari fontem Nili aiunt auctores citati, eſſe origine Aegyptiam. Eſt autem ϩⲁⲗ, et cum ſigno generis Maſculi ⲫⲁⲗ, *Speculum*. Vide quae infra obſervabo in articulo *Sacal*. Nempe quia de Fonte Nili, cui nomen fuit *Phiala*, eadem narrantur, quae de celebri Puteo Syenaeo, quod in eo, die *Solſtitii* aeſtivi, ſol clariſſimo ſplendore effulgeat, et totum veluti puteum tegat, potuit ſane eleganter fons ille dici *Speculum*, ſubintellige ſolis. De lacu quodam Italiae tale quid obſervat *Servius* in *Virgilii* Aeneid. Lib. VII vſ. 516, *Eſt nemus haud longe ab Aricia, in quo lacus eſt, qui Speculum Dianae dicitur.*

ΠΙ'ΡΩΜΙΣ. Vox eſt ſine dubio Aegyptiaca, quam ſic interpretatur *Herodotus* Lib. II cap. 143, Πίρωμις κατ' Ἑλλάδα γλῶσσαν, καλὸς κἀγαθός. Re ipſa vox Aegyptia ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ ſignificat *hominem*, eamque ſignificationem ipſa *Herodoti* oratio ſatis probat. Quod vero Aegyptii id *Herodoto* interpretati fuerint, καλὸν κἀγαθὸν, *honeſtum et bonum*, id pro luſu aliquo etymologico habendum eſt. Nam ⲡⲓⲣⲏⲙⲏⲓ, *Piremei*, ſane ſignificat *facientem quod iuſtum eſt*. Hinc forte conflatam eſſe vocem ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ, ſibi perſuaſit, qui *Herodoto* dixit, eam ſignificare *honeſtum bonumque*. Vide Prolegomena mea ad Pantheon § XVIII p. XXXVIII (*x*).

POL,

etymologiae *Iablonskianae* obmoventur, attamen melior et certior in eius locum non ſubſtituitur.

(*x*) Ad eamdem ſententiam accedunt *Valckenaerius* et *Weſſelingius* not. ad *Herodotum* p. 173, 174. — Ex uſu antiquiſſimo vocis ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ in urbe ipſa Thebarum, colligit *Georgius* in praef. ad Fragm. Ioh. Theb. p. XXV, XXVI, dialectum Memphiticam fuiſſe antiquiorem Sahidica ſive Thebaica, qua deinde *homo* dicebatur ⲡⲓⲣⲱⲙⲉ aut ⲡⲉⲣⲱⲙⲉ.

POL, פול, *faba*. Legitur haec vox 2 Sam. XVII. 28, Ezech. IV. 9. Suſpicor, vocem eſſe Aegyptiacam; nam in Lexico Arabico Coptico Kircheriano p. 193 faba dicitur ⲡⲓⲁⲗⲓ, et ⲡⲓⲫⲉⲗⲓ, in quibus vocibus, uti in centenis aliis, ⲡⲓ eſt tantum articulus maſculinus praefixus. Fabarum Aegyptiacarum ſaepius Iudaeorum Magiſtri meminere. Vide *Guiſii* notas in codicem Misnicum כלאים c. 1, p. 110, *Windetum* de ſtatu vita functorum Sect. v p. 74, et *Schindleri* Lexicon, in voce פול col. 1428. In Bereſchit Rabba ad illud Geneſ. XLV. 18, *Et dabo vobis* אֶת טוּב *Bonum terrae Aegypti*, ſcribitur: *Bonum illud eſt* faba *freſſa, quae prodeſt contra triſtitiam, vel moerorem animi.* Obſervat id *Buxtorfius* in Lexico Talmudico voce גרס, col. 480. Forte Iudaei in Aegypto, ubi leguminibus, ac ſigillatim fabis, quae ipſis in deliciis illic fuiſſe, ſatis teſtatur locus e Bereſchit Rabba modo allatus, aſſueverant, nomen illius leguminis, ſibi tam familiare et uſitatum, poſtea retinuerunt. Et certe fabas Aegyptiacas in univerſum veteribus valde celebratas, caras, et iucundas fuiſſe, multis modis probari poteſt. Vide Prolegomena mea in Pantheon pag. CXXVIII (*y*).

POTIPHAR, Vir primariae inter Aegyptios dignitatis, et Satellitum regis Pharaonis Princeps, Geneſ. XXXIX. 1. Plura hic neque de ipſo, neque de munere eius addo. Illud tamen obſervatu indignum non eſt, quod iam monuit *Pfeifferus*, in Dubiis Vexatis

(*y*) Conf. O. *Celſii* Hierobotanicon, part. I p. 106, 107. De Faba Aegyptia legantur *Dioſcorides* lib. II cap. 128, et *Saracenus*, ad iſtum locum p. 40, ſcriptoresque alii, ſupra in contextu ac notis, p. 108—110 et 113, iam indicati.

tis (z) ad Genes. XXXVII. 36, quodque *Maturinus Veyssiere La Crozius*, vir rerum harum, si quisquam alius, peritissimus, magnopere probavit, nomen hoc, sermone Aegyptiaco vetusto, significare *Patrem regis*. Nam ⲠⲒⲰⲦ, *Piot*, *patrem*, ⲫⲟⲩⲣⲟ vero, *Phuro*, vel dialecto Sahidica ⲫⲣⲣⲟ, *Pharro*, *regem* designat. Est igitur ⲠⲒⲰⲦ ⲫⲣⲣⲟ, *pater regis*. Fuisse hanc magnam in gente Aegyptiorum dignitatem, ex iis patet, quae Iosephus patri suo Iacobo de se praedicat, Gen. XLV. 8, *Deus constituit me patrem Pharaonis*. Poteſtque observari, locutionem hanc gentibus, ad Orientem positis, valde fuisse frequentem, sive ea designaretur dignitas quaedam ex eminentioribus, sive, honoris tantum causa, viri de republica bene meriti titulo hoc compellarentur. In Apocrypho libro Esther cap. XIII, 6, Artaxerxes Persarum rex ita de Hamane scribit, ὑπὸ Ἀμὰν τοῦ τεταγμένου ἐπὶ τῶν πραγμάτων, καὶ δευτέρου πατρὸς ἡμῶν. Vbi videntur quaedam excidisse, quae illustrari possunt ex cap. XVI. 11, ubi haec ita habentur: ἔτυχεν (Ἀμὰν) φιλανθρωπίας ἐπὶ τοσοῦτον, ὥςε ἀναγορεύεσθαι ἡμῶν πατέρα, καὶ προσκυνούμενον ὑπὸ πάντων τὸ δεύτερον τοῦ βασιλικοῦ θρόνου πρόσωπον διατελεῖν. Ita quoque 1 Maccab. XI. 32, Demetrius Syriae rex, Lastheni, uni ex ducibus suis bellicis, hunc in modum scribit, Βασιλεὺς Δημήτριος Λασθένει τῷ πατρὶ χαίρειν. Saracenorum porro Imperatores, sive Chalifas, praecipuos regni sui administros, quos Vizirios vocant, nuncupasse etiam *patres* suos, ex *Elmacino* colligi potest in vita Haronis p. 112. Vide etiam Carpenteriana, p. 248, *Herbelotii* Bibliothecam Orientalem, artic. ATABECK, l'Histoire des revolutions de l'Empire des Arabes par Mr. *de Marigny*, Tom. 1 p. 150, Histo-

(z) Operum Phil. tom. 1 p. 90, 91.

Hiſtoriam vitae Tamerlanis, ex Perſico in Gallicum ſermonem converſam, Tom. III p. 221, les Voyages de *Chardin* Tom. I p. 50.

PSONTHOMPHANECH, vel PSOTHOMPHANECH, quae poſterior vocis huius vexatiſſimae ſcriptio omnium maxime mihi placet, Graece Ψονθομφανὴχ et Ψοθομφανήχ. Norunt omnes, hoc eſſe nomen Aegyptiacum, quod rex Aegypti Ioſepho, iſtius regionis liberatori et conſervatori, ad eum honorandum impoſuit. Rem ita narrat Moſes Gen. XLI. 45, *vocavit autem Pharao nomen Ioſephi* צָפְנַת פַּעְנֵחַ, *Zaphnath Paneach*; quod novum Ioſephi nomen Alexandrini interpretes expreſſerunt Ψονθομφανὴχ vel Ψοθομφανήχ. Explicationem nominis Aegyptiaci Scriptor Sacer non adiecit; verum illam poſteris coniiciendam reliquit. Vt et ego, quid de hoc nomine *πολυθρυλλήτῳ* cenſeam, nunc exponam, in anteceſſum obſervabo, quod tamen neminem fugit, duplicem eſſe huius vocabuli ſcripturam, a ſe invicem diſcrepantem, unam in Codice Hebraico, alteram in Graeca Alexandrinorum interpretatione, cum huc usque lis non compoſita ſit, quaenam merito ſuo debeat praeferri. De utraque primum ſigillatim dicam, et deinde exponam, utram ſequendam nobis eſſe potiſſimum opiner.

Hebraicus textus vocabulum ſic repraeſentat צָפְנַת פַּעְנֵחַ, *Zaphnath Paneach*, in cuius explicatione omnes, qui ſcripturam hanc tuentur, minime conſentiunt. Iudaei antiquiores, Paraphraſtes Chaldaicus Onkelos et *Fl. Ioſephus* [Lib. II Antiq. cap. 6 § 1], qui eodem circiter tempore floruerunt, etiam veteres Chriſtiani interpretes, Syrus et Arabs, nec non Commentatores celebriores, *Chryſoſtomus* (*a*), *Theodo*-*re*-

(*a*) Ψονθομφανὴχ ab eo explicatur *τῶν κρυπτῶν γνώστης*, tom. IV p. 606 ed. Montfauc.

retus (*b*) et alii, exponunt nomen de *eo, qui abſcondita novit*, atque Graece illud interpretantur *τῶν κρυπτῶν εὑρετὴν*, ut eſt apud *Fl. Ioſephum*, vel *ᾧ ἀπεκαλύφθη τὸ μέλλον*, quod aliis (*c*) placet. Quo etiam ſpectat, quod *Philo Iudaeus* (*d*) ait, nomen hoc ſignificare *ὀνειροκρίτην*. Eorum ſententiae ex Criticorum ordine permulti quidem ſuum adiiciunt calculum, interque eos doctiſſimus *Vitringa*, Obſervat. Sacr. Lib. 1, diſſert. 1 cap. 6 § 11, quamvis vel eapropter merito ſuſpecta ſit, quod vocabulum, haud dubie Aegyptiacum, ex peregrino ſive Hebraico ſermone explicetur. Aegyptios enim diverſam habuiſſe linguam ab Hebraica, res ipſa docet, teſtatur quoque Sacer Codex. Quod inficias *Bochartus* ire non potuit, Geogr. Sacr. Lib. 1 cap. 15, etſi perſuaſum habens, multum inter utramque linguam intercedere affinitatis; quod vehementius multo urget in reſponſionibus ad obiectiones *Salmaſii*, nuperrimae editioni ſubiunctis. Praeiiſſe hic *Bocharto* aliisque *ὁμοψήφοις* videtur *Hieronymus*, qui in Eſaiam Lib. VII col. 186 ita commentatur: *Lingua Chananitis media eſt inter Aegyptiam et Hebraeam.* Affinitas vero illa haud magna eſt, neque maior, quam quae linguam Aegyptiam cum alia qua-

(*b*) Tom. 1 p. 106 ed. Schulzii, ad quaeſtionem de interpretatione nominis Ψομιθὸμ Φαμνὲχ, ſic enim illic legitur, reſpondet *Theodoretus*, *τῶν ἀποῤῥήτων ἑρμηνευτὴν αὐτὸν κέκληκεν, ὡς τοὺς ὀνείρους διασαφήσαντα.*

(*c*) Conf. *Origenis* Hexapla tom. 1 p. 48, et *Bernardum* ad *Fl. Ioſephi* l. c.

(*d*) Scribit *Philo* in libro de Ioſepho, tom. II p. 58, *Μετονομάζει δὲ αὐτὸν*, Pharao Ioſephum, *ἀπὸ τῆς ὀνειροκριτικῆς, ἐγχωρίῳ γλώττῃ προσαγορεύσας.* Alibi tamen, agens de nominum mutatione, tom. 1 p. 592, ait, *Ἑρμηνεύεται οὖν, Ψονθομφανὴχ, ἀποκρίσει στόμα κρίνον.* Legendum eſſe, *ἐν ἀποκρύψει στόμα ἀποκρινόμενον*, levis eſt coniectura *Mangeii*, pauca alia de nomine peregrino addentis, ſed centies ab aliis dicta.

quacumque coniungit. Hebraicam adeoque ab Aegyptia diversam merito agnoscit *Origenes* Lib. III contra Celsum pag. 115 [451]. Cum autem Hebraei per plura secula in Aegypto commorati sint, mirum nihil est, Aegyptios voces quasdam Hebraeorum ex quotidiano cum ipsis commercio deinde retinuisse, et vicissim Iudaeos vocabula quaedam accepisse ab Aegyptiis, et secum asportasse in Canaanem, ita tamen, ut neque Aegyptii, neque Hebraei idcirco censeri debeant suam mutasse linguam; quod recte monet Leusdenius in Iona illustrato pag. 129 (*e*). Vide *Pfeifferum* in Dubiis Vexatis, et in peculiari de hoc nomine Exercitatione (*f*). Alii igitur צפנת פענח ex sermone Coptico, et certe rectius, interpretari moliebantur. Voces istas Hebraeas Aegyptiis sonasse ϢⲈⲚⲪⲀⲦ ⲠⲤⲰⲚϨ, et significasse *relaxationem vitae*, putabat clarissimus *Aegid. Gutbier*, teste *Pfeiffero* in Exercit. cit. § 23 [p. 571]. Sed profecto illa expositio neque notitiam aliquam sermonis Coptici prodit, neque commodum sensum suppeditat, neque confutatione uberiori digna est. Attamen haud melior est ulla ex parte opinio, quam huic substituit nobisque offert ipse *Pfeifferus* § 32 et seqq. [p. 573, 574]. Putat vocabula He-

(*e*) Magnopere falli, qui linguam Aegyptiacam Hebraeae cognatam aut sororiam putant, iudicat *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 2129. Nec aliter existimat *Georgius* in praef. ad Fragm. Ioh. Theb. p. XLII, XLIII, qui tamen ipse in notis multa passim memorat vocabula Aegyptiaca, quorum origo quaerenda in dialecto Hebraica. Ex multis aliis unum adiungo *Renaudotium* in Dissert. II de origine literarum Graecarum, inserta Commentariorum Acad. R. Inscript. tom. II, qui et affinitatem linguae Hebraeae Aegyptiacaeque nullam esse affirmat, et pariter negat, hoc Iosephi nomen ex Hebraea posse explicari, p. 255, 256.

(*f*) Oper. Philol. tom. I p. 98—10, et p. 564—574.

Hebraica non fuisse diversa ab Aegyptiacis ϢⲞⲠⲚⲀⲦ ⲠⲀⲚⲤϪⲀ, quorum prius significaret *desiderata, quaesita nec inventa*, posterius *doctorem* vel *indicem;* ut adeo Iosephus dictus esset *Index rerum desideratarum, quas omnes anxie quaerebant, sed nemo invenire poterat.* Monet, sic tot interpretibus suum constare honorem, asserique lectionem Hebraicam. Quomodo deinde originationem istam comprobare annitatur, apud ipsum legi malim. Sed nondum ille prima sermonis Coptici rudimenta tenebat, vir ceteroquin laude sua non defraudandus; alioquin enim haec excidere calamo eius non potuissent. Versionem hanc verborum nemo poterit tueri. Etenim nec ϢⲞⲠⲚⲀⲦ, nec ⲠⲀⲚⲤϪⲀ aliquid Aegyptiis significant, multo minus id, quod volebat *Pfeifferus.* Illum tamen secutus fuit *C. G. Blumberg* in praefatione ad Fundamenta Linguae Copticae pag. 22, ubi in margine exemplaris sui haec verba manu sua *La Crozius* meus adscripserat: *Lapponice forte; certe Coptice hae voces nihil significant.* Si omnino genuina sit scriptura, quam Codex Hebraicus praefert, poterit ex illa satis commode exsculpi vocabulum Aegyptiacum. Namque ϪⲰϤ ⲚⲦⲈ ⲠⲈⲚⲈϨ, *Sophente Panech*, ut nos pronuntiamus illas literas, significabit *caput mundi*, vel *seculi.* Et hoc certe aut parum aut omnino non recedit a literis Hebraicis צָפְנַת פַּעְנֵחַ. Clarissimus autem *La Crozius* existimabat easdem voces optime literis Aegyptiacis sic exprimi, ϪⲰϤ ⲚⲦⲈ ⲠⲰⲚϧ, *Caput vitae*, a quo nempe vita et conservatio derivetur.

Ab illa scriptura differt ea, quam LXX Seniores nobis reliquerunt, qui proinde aut in suis Codicibus Hebraicis aliter legerunt, ac nos hodie legimus, aut gravibus de caussis lectionem Codicis Hebraici inveteratam mutandam esse iudicarunt. Sed nec omnes τῶν LXX codi-

dices scripti in efferendo hoc vocabulo conspirant, uti ex editionibus recentissimis et accuratissimis, et virorum eruditorum annotationibus intelligi potest. Similis differentia observari etiam potest apud scriptores vetustos, Iudaeos et Christianos, qui haec ex LXX Interpretibus adducunt. Plurima huc spectantia congessit eruditus vir *Ed. Bernardus* in notis ad Iosephi Antiq. Lib. 11 cap. 6 § 1 (*g*). Quae omnia ubi curate expendo, videor mihi satis certo colligere, antiquissima et optima exemplaria legisse, vel Ψονθομφανὴχ, vel Ψοθομφανὴχ, quam postremam lectionem opinor antiquiorem, etsi prior communior sit, atque plurima exemplaria insederit. Nec illius interpretatio diu quaerenda erit, etsi a multis infeliciter tentata. *Kircherus*, in quo semper plus inest ostentationis, quam solidae eruditionis, in Prodromo Coptico cap. v credcdere nos iubet, ⲯⲟⲛⲧⲟⲛ Aegyptiis significare *futura*, et ⲡⲁⲛⲥⲕ *augurem* vel *vatem*, idque viris magni nominis, *Bocharto*, *Hottingero*, *Waltono*, *Castello* aliisque, quorum *Pfeifferus* meminit, re ipsa persuasit, cum tamen vocabula illa nonnisi e cerebro *Kircheri* in lucem prodierint. Quando porro in Scala Coptico-Arabica *Kircheri* ⲡⲥⲍⲧⲟⲛ ⲡⲁⲛⲥⲭⲁ Arabice exponitur *augur*, vel *indicans revelata*, illa non credenda est explicatio vocis Aegyptiacae. Sed auctor, quisquis est, vocem hanc in libro Geneseos repertam, et corrupte quidem expressam, sibi autem omnino non intellectam, ex communi opinione interpretatus est, quae Iudaeorum magistris in acceptis ferenda est, nec originem habet in sermone Aegyptiaco, verum Hebraico,

(*g*) In Chronico Paschali sive Alexandrino p. 76 dicuntur Aegyptii Mosem appellasse Ψομ-Θομ-Φαν-Χθή, ὃ ἑρμηνεύεται, ᾧ ἀπεκαλύφθη μέλλον. Corruptum magis legitur nomen peregrinum in nova versione Graeca Pentateuchi e codice Veneto, Σαφναθηνπαχνέχαν.

co, ex quo vocis Aegyptiacae originatio petenda non erat. Si vera eſt lectio, quam praeferunt LXX Interpretes, Ψονθομφανὴχ vel Ψοθομφανὴχ, haud dubie vera etiam eſt vocabuli huius interpretatio, quam *Hieronymus* iam pridem nobis ſuggeſſit. Ita autem ille in Quaeſtionibus Hebraicis col. 542: *Interpretatur ergo ſermone Aegyptio ſaphanet phane, ſive, ut* LXX *transferre voluerunt*, Ψοντομφανὴχ, ſalvator mundi, *eo quod orbem terrae ab excidio imminente famis liberavit.* Iterum in libro de nominibus Hebraicis, voce *ſomtomphanech: Ab Aegyptiis didicimus, quod in lingua eorum (ſaphanet phane, aut potius Graecum Ψοντομφανὴχ) reſonet* Salvator mundi. Quae interpretatio ipſum Textum verſionis Latinae Vulgatae (*h*) occupavit, quippe in qua ita nunc legitur: *Vertitque nomen eius, et vocavit eum lingua Aegyptiaca*, Salvatorem mundi. Tantopere igitur hanc expoſitionem *Hieronymus* probavit. Ex eo eamdem repetunt *Iſidorus* Etymol. Lib. VII cap. 7, et *Petrus Scholaſticus.* Neque Graecis ea interpretatio ignota fuit: in Octateucho namque Graeco Oxonienſi MS. apud *Bernardum* loco cit. legitur Ψομθομφανὴχ, ὃ ἐςι ὁ σωτὴρ τοῦ κόσμου. Quinimo in Pentateucho quodam Arabico, vocem hanc, in margine, ritu Coptico Ψομθομφανὴχ ſcriptam reperiit *Bernardus*, addita hac interpretatione Arabica; *Servator mundi.* Et hoc certe vox illa, uti a LXX Interpretibus effertur, ſonat. Nam Ψοθομφανὴχ, vel Copticis literis expreſſum, ⲠⲤⲰⲦⲘ̀ⲪⲈⲚⲈϨ, ſicut laudatus *Bernardus* recte monuit, ſignificat *ſalutem ſeculi.* ⲤⲰⲦ enim, σώζειν, vox eſt Coptis frequen-

(*h*) *Pſonthomphanech* ſervavit Verſio Latina antiqua, ſed *Salvator mundi* eſt in recentiori. Conf. *Sabatier* ad Geneſ. XLI. 45. Vltimum *Amama* graviter reprehendebat in interprete Latino, haud infeliciter defenſo ab *Ioachimo de Azevedo* in libro apologetico pro Vulgata Bibliorum Latina editione (Oliſipone a. 1792) p. 47, 48.

quentiſſima. ⲡⲥⲱⲧ notat et σωτηρίαν et σωτῆρα. ⲫⲉⲛⲉϩ vox pariter oppido trita αἰῶνα deſignat. Eſt igitur ⲡⲥⲱⲧ ⲙ̀ⲫⲉⲛⲉϩ, ut *Bernardus* aiebat, *ſalus ſeculi*, ſive *Salvator mundi.* Qua originatione nihil verius dici poteſt, quamque eſſe genuinam, facile concedent, qui huiusmodi deliciis capiuntur (*i*). Grae-

(*i*) Sententiam *Iablonskii* ex omnibus veriſimillimam iudicavit *Michaëlis*, cum in Bibliotheca Orientali, tom. IX p. 206, tum in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 2129. Sequitur eamdem *Scholtzius* in Repertor. für Bibl. und Morgenl. Litteratur, XIII^r Theil z. 20. Diu ante pro hac vocis interpretatione propugnaverat *Ludovicus Picques*, vir ſupra vulgus ſuique ordinis homines eruditus, in epiſtolis, quas edidit *C. S. Iordan*, in Hiſtoria Vitae *La Crozii* p. 289—303. *Picqueſio* tamen pauca oppoſuit *Th. Eduardus* in Commercio Litterario, quod *Wincklerus* Opuſculis Longueruenis adiecit, p. 288. Ab iis omnibus multum abiit *Forſterus* in Mantiſſis Aegyptiacis p. 101—110, exiſtimans, nomen Ioſephi Aegyptiacum fuiſſe ⲥⲁϧ-ⲡⲛⲟⲩϯ ⲡⲁ-ⲉⲛⲉϩ-ⲓϧ, *ſach-pnouti pa-eneh-ich*, ut ſignificaretur *ſcriba Divinus ſpiritus aeterni*, vel *pertinens*, *ſpectans*, *ad ſpiritum aeternum.* Si vero alia vox Aegyptiaca in iſto nomine uſurpata fuerit, putat interpretationem hanc fore, ⲥⲁⲃⲉ-ⲛ̀ⲛⲟⲩϯ ⲡⲁ-ⲉⲛⲉϩ-ⲓϧ, *ſabe-nouti pa-eneh-ich*, quibus verbis deſignaretur *ſapiens Divinus aeterni ſpiritus.* Cui explicationi haud parum roboris accedere autumat ex ipſis Pharaonis verbis Gen. XLI. 38, 39. Addit *Forſterus*, nomen ab interpretibus Alexandrinis expreſſum eſſe Ψονθομφανὴχ, cum probe noſſent verum ſignificatum vocum Aegyptiarum, at titulum ⲥⲁϧ Ioſepho, totius Aegypti proregi, non ſatis honorificum crederent, eaque de cauſſa adderent ⲡ-ϩⲟⲛⲧ, vel, coaleſcente ſcilicet ⲡ articulo et ſequente ϩ, ⲫⲟⲛⲧ, et adeo Ioſephum, ut ipſius honori conſulerent, appellarent ⲡϩⲟⲛⲧ ⲙ̀ⲫⲁ ⲉⲛⲉϩ ⲓϧ, *ſummum ſacerdotem ſpiritus aeterni*; quod non aliter Grae-

Graece dici posset Σωτὴρ τῆς οἰκουμένης, quo honorifico cognomine Imperatores quosdam Romanos vocatos novimus. Consule *Spanhemii* Commentarium Gallicum in *Iuliani* Caesares p. 276. Tartari summum gentis suae Principem solent appellare *Imperatorem seculi.* Vide la Vie de Tamerlan Tom. 1 p. 203. Non dubito, quin haec dicta magis mereantur assensum, quam quae de isto nomine scripsit *Le Moyne* in notis ad Varia Sacra pag. 132, 133.

Ex his, quae modo ad illustrandam lectionem τῶν LXX adduxi, iam satis colligitur, me hanc ipsorum lectionem praeferre scripturae hodierni Codicis Hebraici. Quamvis non nesciam, multos fore, qui religioni sibi ducant a lectione Codicis Masorethici discedere, me tamen, ut hoc quidem in loco eam deferendam esse censuerim, rationes permoverunt nec paucae, nec leves. Nam 1) dubio locus vix est, quin, quod supra iam verbo tetigi, LXX Seniores, cum scripserunt Ψοθομφανὴχ, aut vocabulum hoc ita in suis codicibus Hebraicis legerint, aut a lectione ibi reperta propter graves rationes discesserint. Ipsos vero in versione sua ita scripsisse, ut nos hodie in illa legimus, non facile negabit, qui meminerit, *Iosephum* aliosque veteris aevi scriptores vocem hanc non aliter scriptam in suis codicibus reperisse. 2) Ex supra adductis liquido constat, scripturam Codicis Hebraici sensum nullum fundere satis commodum, qui ex sermone Aegyptiaco derivari possit, vocem vero illam, uti a τοῖς LXX repraesentatur, esse vere Aegyptiacam, intellectu facilem, Iosepho praeterea et historiae illius temporis perquam accommodatam. Diximus quidem צפנת פענח posse

fere

cus scribere potuit vel enunciare, quam Φονθομφανήχ. Nam quod plerique codices habeant Ψ loco Φ in vocis initio, id vitium credit *Forsterus*, ex nimia affinitate utriusque literae ortum. Ista interpretatio, prorsus nova et satis acuta, si modo vera, probata est a *Dathio* ac paucis aliis.

fere ſine ulla mutatione ſic exprimi, ϫⲱϥ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲉⲛⲉϩ, *Caput ſeculi*; ſed cognomen hoc habet, quod auribus meis ingratum videatur. Etſi *Ioſephus* προςασίαν Aegypti a rege accepiſſet, ut *Philo* loquitur in libro de Ioſepho p. 561, vere tamen *caput regni* dici non potuit. Quantum hoc cognomen ad gloriam Ioſephi adieciſſet, tantumdem auctoritati et honori Pharaonis derogaſſet. At quodnam poterat aptius cognomen Ioſepho imponi, praeter hoc, *Salvator mundi*, quod et veriſſimum eſt et omnibus deſideratiſſimum. Ipſe Servator monuit Luc. XXII. 25, nomen εὐεργέτου Regibus ac Principibus in deliciis eſſe, quod et hiſtoria omnis antiqua ſatis confirmat; ſed illo cognomine eſt multo magnificentius illud σωτῆρος τοῦ αἰῶνος. 3) Res ipſa docet, alterius linguae vocabula in lingua altera non ita facile exprimi poſſe. Inprimis lingua Hebraica minus apta eſt ſonis omnibus accurate reddendis. Quare mirum non eſt, ſi vox Aegyptiaca literis Hebraicis non adeo feliciter exprimi ac repraeſentari potuerit, quam id a Graecis factum eſſe videmus. 4) Quod ſi autem dicamus, illud ipſum nomen a Moſe non ita ſcriptum eſſe, uti hodie in codicibus Hebraicis legimus, nullam ſic Codici S. iniuriam inferemus. Vnius literae transpoſitio lectionem Hebraicam cum ſcriptura Graeca optime conciliabit. Scribe pro צפנת פענח, פצנת פענח, vel, ſi adhuc unicam literam inſerere velis, פצתנת פענח, et habebis ipſiſſimam ſcripturam τῶν LXX Interpretum. Nec mirum eſt, vocem hanc potuiſſe corrumpi, cum ſit peregrina, et a nullo Hebraeorum intellecta. Neque etiam ad integritatem Codicis Sacri facit, ut vox haec Aegyptiaca, Iudaeis lecta quidem, ſed non intellecta, accurate expreſſa legatur (*k*). 5) Quicquid

(*k*) „Iudaei autem non videntur recte aſſecutos [*aſſecuti*] eſſe vix ullos in Bibliis exoticorum Nominum ſonos; cum

quid sit, sive hodierna Codicis Hebraei lectio antiquior fuerit, sive minus, agitur hic de scriptione et pronunciatione vocis Aegyptiacae, quae Hebraeis peregrina erat, et a diversis diverso modo enunciari poterat. Interpretes Alexandrini, qui ad traditionem veterum Hebraeorum, de hoc vocabulo, sibi, ut opinor, non ignotam, addiderant cognitionem linguae ac rerum Aegypti, quam versio eorum ubique spirat, scribebant in Aegypto, ad manus habebant monumenta Aegyptiorum, Aegyptios consulere poterant, et, ut mihi persuasum est, in similibus occasionibus omnino consulebant. Cum ipsorum scriptura conspirat exacte explicatio, quam ab Aegyptiis acceperat *Hieronymus*, et illam nunc lingua Aegyptiaca egregie confirmat. Item illa explicatio historiae Iosephi tam bene convenit, ut nihil possit magis. Quid amplius desideret aequus iudex? Aequum tamen est, ut unusquisque suum iudicium sequatur (*l*).

ΠΤΙ-

cum pleraque *Chaldaica* et *Persica* et reliqua *exotica*, non secundum orthographiam, sed secundum receptum suo tempore vulgarem sonum, eumque corruptum, in Bibliis dederint; idque quia non ex libris et scriptis talia hauserunt, sed tantum auditu, ex vulgi ore, ea acceperunt: quod idem fecere Graeci et scriptores omnes. — Et si primi Historiarum auctores vix recte assecuti sunt talium exoticorum Nominum veros sonos, quomodo post tantum temporis defluxum potuerint S. Bibliorum Punctatores talium omnium, in variis linguis, veros sonos nobis posteris exhibere? In hisce enim Nominibus Biblicis duplex fuit difficultas; primo in Consonantium scriptione in ipsis Autographis, deinde in Vocalium adscriptione a Punctatoribus. Et tamen saepe miratus sum eorum peritiam et diligentiam, quod scilicet in exoticis *Appellativis* fere semper assecuti fuerint veritatem punctationis, et quod in *Propriis* plerumque tam prope accesserint ad eam, nec longius aberraverint." Verba sunt *Thomae Hyde*, in Hist. Rel. vet. Persarum p. 63, 64.

(*l*) Amplissimus *Iablonskii* excursus de nomine Iosephi Aegyptiaco abunde docet, erraffe *Forsterum*, cum scriberet l. c. „ p. 101,

ΠΤΙ'ΜΤΡΙΣ. Ita Aegyptii sermone suo illam partem regionis suae, quam Graeci *Delta* vocant, appellasse, auctor est *Ephorus* (*m*), apud *Stephanum Byzantinum* in voce Δέλτα, qui scribit: Δέλτα, πόλις πρὸς τῇ Συρίᾳ, καὶ νῆσος Αἰγύπτου· ὡς Ἔφορος, κατ' Αἰγυπτίους καλουμένη Πτίμυρις, ἀπὸ τῆς τοῦ σχήματος ὁμοιότητος. *Holstenius* in notis auguratur: *Forte legendum* πύραμις, *nisi sequentia tantum ad Delta referri velis.* Quod etsi verum esset, tamen posset legi πύραμις, quoniam eadem est et τοῦ Δέλτα, et *Pyramidis* figura. Quod Graeci propter figuram Δέλτα vocant, propter eamdem figuram Aegyptii πύραμιν omnino vocare potuerunt. Ego coniecturae huic sane ingeniosae magnopere faverem, si illa aliunde confirmari posset, et nisi linguae Aegyptiacae usus alio nos dirigeret. Πτίμυρις non adeo nomen fuit terrae, quam Nilus cursu suo diviso eum in modum circumfluit, ut Graeci *Delta* speciem praebeat, quam potius ipsius Nili, in quantum huic Aegypti parti beneficium istud praestat. Nempe ⲙⲟⲣ et ⲙⲏⲣ est *cingere*, atque solet plerumque de *cingulo* accipi, quo quis semet ipsum *cingit*. Vide versionem Copticam Ioh. XIII. 4. 5, XXI. 18, quamvis etiam ad alias res transferri possit, et transferatur, Matth. XIII. 30. Qua de re dixit plura auctor MS. Commentarii Mystici in Literas Alphabeti Graeci p. m. 51. Quo posito, facile

p. 101, „ Maxima huius rei [interpretandi idem illud nomen] difficultas deterruit etiam doctissimum virum *P. E. Iablonski*, qui nunquam tentavit hoc nomen explicare; etsi hic Vir summa notus modestia plus sciret in hoc litterarum genere, quam plures scioli, qui saepiuscule tentarunt idem explicatum dare."

(*m*) Praeter *Ephorum*, quantum nunc recordor, nemo de veteribus unus meminit nominis Πτίμυρις. Is tamen videtur testis pergravis et valde idoneus, ἀνὴρ ἄξιος μνήμης, ut scribit *Strabo* lib. XIII p. 924.

le intelligitur, ⲡϯⲙⲟⲣ, vel ⲡϯⲙⲏⲣ, vel etiam ⲡϯⲙⲟⲩⲣ dici Nilum (*n*) quasi *cingentem cingulo*, quod hanc Aegypti partem totam circumdat, et, circumfluendo, insulam efficit. Schol. *Germanici* in Phaenomena *Aratea* p. 111, 112: *Quidam dicunt, Deltoton Aegypti esse effigiem stellis figuratam in tribus angulis, i. e. trigono, et Nilum talem ambitum facere.* Vide inprimis *Eratosthenis* Catasterismos p. 7 edit. Oxon. Graeci id ipsum de Nilo observant, sed verbis paulo aliis exprimunt. Eo haud dubie respexit *Isocrates* in Busiridis laudatione, quando Aegyptum nobis repraesentat p. 530 [p. 159, 160] ut ἀθανάτῳ τείχει τῷ Νείλῳ τετειχισμένην, ὃς οὐ μόνον φυλακὴν, ἀλλὰ καὶ τροφὴν ἱκανὴν αὐτῇ παρέχειν πέφυκεν. Quae ad totam quidem Aegyptum pertinent, sed inprimis tamen ad Delta, illam Aegypti partem, quam Nilus totus, maris ad instar, alluit et circumdat. Id dicendum quoque est de iis, quae ibidem sequuntur: κύκλῳ γὰρ (ὁ ποταμὸς) αὐτὴν περιέχων, καὶ πᾶσαν διαῤῥέων, πολλὴν αὐτοῖς εὐπορίαν πεποίηκεν. En, veluti ad verbum Graece reddidit, quod Aegyptii ⲡϯⲙⲟⲣ dixerant. Etsi autem, uti ex allatis colligere est, ⲡϯⲙⲟⲣ vel ⲡϯⲙⲟⲩⲣ proprie nomen sit Nili fluvii, qui flumine suo, tanquam muro, Delta circumdat, potuit tamen per metonymiam nomen illud etiam indi terrae, quae a Nilo circumvallata est. Scimus tamen illam Aegypti partem, quam Graeci, a figura, Delta appellant, simili de causa ab Aegyptiis dictam fuisse *Rib*, quod exponitur *pyrum*, cuius speciem regio illa refert. Vide sis, quae in articulo illo dicentur. Ad ⲡϯⲙⲟⲩⲣ ut redeam, videtur idem Hebraeis significasse

(*n*) Dicta in compendium redegit repetiitque *Scholtzius* in Repert. für B. u. M. Litt. XIII[r] Th. z. 21.

caſſe מצור i. e., *munitus locus.* Obſervat autem *Bochartus*, Geog. Sac. Part. I Lib. IV cap. 24, hoc nomine in Scriptura S. aliquoties Aegyptum intelligi. Exempla profert 2 Reg. XIX. 24, *ſiccabo planta pedum meorum omnes rivos Maſor*, ubi in Hebraico eſt כל יאורי מצור, Eſa. XIX. 6, *Et ſiccabuntur fluvii* מצור, Mich. VII. 12, *Et a Maſor usque ad fluvium* ſcilicet Euphratem. In duobus prioribus locis *Maſor* ſ. *Matzor* aperte aut Nilum fluvium, aut τὸ Delta regionem deſignat (*o*). Quamobrem *Bocharto* facile aſſentior, מצור exponenti *locum munitum*, i. e., illam Aegypti partem, quae eſt τῷ Νείλῳ τετειχισμένη, quamvis vir eruditus addat, fieri poſſe etiam, ut Aegyptus *Matzor* dicta ſit ab *anguſtia*. Tum nomen hoc magis conveniret Aegypto ſuperiori. Sed quae modo monuimus de locis S. Scripturae, a *Bocharto* prolatis, dubium vix relinquent, quin illo vocabulo Delta potiſſimum deſignatum fuerit.

ΠΥΡΑΜΙ'Σ, PYRAMIS. Nomen eſt, quod Aegyptii impoſuerunt molibus illis ſtupendis, quas, qui Aegyptum adeunt, etiam hodie, non ſine admiratione intueri poſſunt, quaeque ſunt monumenta, uti totius mundi antiquiſſima, ita laborioſae Aegyptiorum indolis, et potentiae ac magnitudinis regum illius terrae, certiſſima. Non id mihi nunc negotii datum eſſe puto, ut ſitum, figuram, magnitudinem, uſum, et quicquid *Pyramides* celebres reddit, multis explicem. Cui enim hoc ignotum eſt? Extant deſcriptiones prolixae et veterum et recentiorum, qui admiranda haec magnificentiae Aegyptiacae monumenta oculis ſuis ſubie-

(*o*) De locis V. T. ſupra citatis aliisque monuit nonnulla *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1542.

iecerunt, et quaecumque memoratu digna iudicassent, in usum aliorum in commentarios retulerunt (*p*). De ratione nominis hic tantum mihi agendum est. Non moror explicationes huius vocabuli Graecas, qualis est *Stephani Byzantii* et auctoris Etymologici M., qui nomen *Pyramidis* deducunt ἀπὸ τοῦ πυροῦ, *a tritico*, in Pyramidibus tanquam horreis coacervato; quod pro mero figmento, mea quidem sententia, recte habet *Holstenius* in notis ad *Stephanum*. Miror proinde, hanc vocis originem approbatam fuisse a *Vossio* in Etymologico L. L. et viris doctis aliis. Paulo verosimilius alii nomen hoc derivant ἀπὸ τοῦ πυρὸς, *ab igne*, cuius etymologiae hanc, nec spernendam, rationem reddunt, esse nempe vocem desumtam ἀπὸ τοῦ συμβαίνοντος αὐτῇ σχήματος, πλατέος κάτωθεν ὄντος, καὶ εἰς ὀξὺ λήγοντος, ὃ ἐςι φλογὶ ἀναφερομένῃ. (ita recte *Sylburgius*) ἐοικός. τοιοῦτος δὲ ὁ πύργος. Haec sunt Etymologi verba. Schol. *Horatii* in Carm. Lib. III Od. ult. p. 211: *Pyramides proprie regum Aegyptiorum sepulchra sunt, ingenti mole constructa, et in cacumen educta in modum flammae surgentis, unde et nomen est inditum.* Quibus operae pretium est addere haec *Ammiani Marcellini* ex Lib. XXII [cap. 15] p. 249,

250

(*p*) Exemplum *Iablonskii* sequar, nec commemorabo, quae aut alii, sive veteres, praesertim *Abdollatiphus* sive *Abdallatif* in Memorabilibus Aegypti p. 49 sqq. edit. Arab. Tubing., sive recentiores, inprimis *Shawius*, *Pococke*, *Norden*, reliqui, aut nuper admodum *Grobert* ac *Denon* de Pyramidibus Aegyptiacis scripserunt. — Cum autem diu et magna cum cura frustra a multis quaesita sit *Ol. Celsii* Historiola Pyramidum Aegypti, laudata a *Fabricio* in Bibliographia Antiquaria, Cl. *Saxio* in Onomastico, et aliis, hac occasione monebo, dissertationem istam, editam Upsaliae a. 1725, non ab *O. Celsio*, praeclara viro eruditione, conscriptam esse, quod vulgo creditur, sed a *Ioh. Akerman.* Quae de Pyramidibus ante dixerant *Radzivilius*, *Bellonius*, *Gravius*, *Bruinius* et *Montfauconius*, diligenter is repetit, item aliorum observata de origine nominis, scilicet Graeca, sed nihil novi adiungit.

250 edit. Lindenbrogii: *Pyramides erectae ſunt turres, ab imo latiſſimae, in ſummitates acutiſſimas deſinentes. Quae figura apud Geometras ideo ſic appellatur, quod ad ignis ſpeciem, τοῦ πυρὸς, ut nos dicimus, extenuatur in conum.* Etymologias iſtas non eo attuli conſilio, ut eas probarem. Quis enim credat, Aegyptios, quorum hoc in totum eſt inventum, et quorum in eodem invento περιεργίαν ne aliae quidem gentes aemulatae ſunt, operibus ſibi propriis, et ſuae gloriae indiciis luculentiſſimis, nomen impoſituros fuisſe ex Graecia arceſſitum? ſed illa ipſa tamen Graecorum obſervatio, quae in lingua Aegyptiorum nullum quidem habet fundamentum, at nihilominus ex Pyramidum forma et ſtructura eſt petita, nobis in vera nominis huius ratione invenienda facem praeferre poterit. Profecto difficile admodum eſt, coniectura aſſequi, quidnam potiſſimum ſpectaverint, qui operoſis his aedificiis nomen *Pyramidis* indidiſſent. Nec in re adeo lubrica, multisque erroribus expoſita, operam aliquam collocarem, niſi ducem haberem fide non indignum, viamque commonſtrantem. Is autem eſt *Plinius*, qui, ſicuti ingenioſiſſimus ac doctiſſimus *La Crozius* obſervavit et mihi indicavit, vocem *Pyramidis* ex Aegyptiorum lingua ita explicat, Lib. XXXVI Hiſt. Nat. cap. 8: *Trabes ex eo* (Syenite lapide) *fecere reges quodam certamine, Obeliſcos vocantes, ſolis numini ſacratos. Radiorum eius argumentum in effigie eſt, et ita ſignificatur nomine Aegyptio.* Loquitur *Plinius* proprie de Obeliſcis, quod nemo negaverit, verum cum Obeliſci profecto ſint Pyramides minores et exiliores, quod de illis obſervat, de his quoque dictum eſſe putare debemus. Significat igitur *Plinius*, Obeliſcos atque Pyramides ſoli eſſe ſacratas, eiusque rei argumento eſſe, ab ipſis radios ſolis repraeſentari, quod etiam nomen eorum Aegyptium indicat. Vno verbo, docet ergo *Plinius*, Pyramidem ſignificaſſe *radium ſolis*. Quo ſane, ſi linguam Aegyptiacam conſulas, nihil eſt ve-

verius. Namque ἀπαύγασμα, quod proprie *splendorem* et *radios solis* significat, Aegyptiis dicitur ⲙⲟⲩⲉ̇, quemadmodum constat ex Epist. ad Hebraeos cap. 1 com. 3. Inde Levit. XIII. 24 αὐγάζον ab interpretibus Aegyptiis versum est ⲉϥϯⲙⲟⲩⲉ, et ita porro ibidem v. 25, 26, 28, XIV. 56, Exod. XXX. 34, quem locum corrige ex citatis. In codice MSS. Psalm. XVII. 12 inveni quoque ⲙⲙⲟⲩⲓ de *fulgore* adhibitum. Erit igitur ⲡⲓ—ⲣⲏ—ⲙⲟⲩⲉ̇, *Pi-ra-mu-e*, ut explicabat vir paulo ante nobis laudatus, ἀπαύγασμα, *radius solis*; vel si ⲣⲏⲙⲟⲩⲉ iam sit una composita vox, scribi poterit ⲡⲟⲩⲣⲏⲙⲟⲩⲉ, quod Graeci vix aliter quam πυραμὺς, vel πυραμὶς scribere poterant. Quam apte haec explicatio conveniat cum testimonio *Plinii*, nemo est, qui non illico videat. Eam vero, si rem ipsam spectes, confirmant Graeci, qui, ut supra iam tetigimus, ἀπὸ τοῦ πυρὸς deducere vocabulum conantur. Quare non est, ut de interpretatione hac quisquam addubitet (*q*). Clarissimus *Wilkinsius* de lingua Coptica pag. 108 putabat, *Pyramis* literis Copticis scriptum, esse ⲡⲟⲩⲣⲱ ⲙⲓⲥⲓ, quod *regiam generationem* significet, sicque Pyramides appellatas fuisse, quia sepulturae regum et regio sanguine ortorum inserviebant. Verum ⲡⲟⲩⲣⲱ ⲙⲓⲥⲓ vel ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲙⲓⲥⲓ, quod usus perpetuus huiusmodi compositorum ex ⲙⲓⲥⲓ docet, nil potest significare, nisi *genitum ex regibus*, vel *regio sanguine cretum*, quale nomen an aedificio conveniat, alii arbitrentur. Nostram

(*q*) Similia dedit, istiusque etymologiae auctorem esse *La Crozium*, monuit *Iablonskius* in Prolegom. ad Pantheon p. LXXXI—LXXXIII. Repetiit eadem *Scholtzius* l. c. p. 21.

ſtram vero explicationem, quam a doctiſſimo *La Crozio* accepimus, et auctoritas *Plinii* et res ipſa confirmat atque egregie illuſtrat. Monere operae pretium, *Leonem Africanum*, in Deſcriptione Africae p. m. 728, moles has vocare *Barba*. *Altiſſimas*, inquit, *turres*, *quas patrio nomine* Barba *vocitant*. Loquitur autem de Pyramidibus, circa Aſuanam, quae eſt veterum Syene, ſpectandis. Pro *Barba* tamen legendum videtur *Birabi*, vel *Berbi*, vel *Birba*, quod poſtremum nomen occurrit apud *Murtadium* et alios ad deſignandas Pyramides. Vide *Vattierii* Praefationem, praemiſſam verſioni Gallicae *Murtadii*, auctoris Arabis, de Miraculis Aegypti p. 43 (*r*). Ne longior ſim, hoc unum adiungam. *Perizonius* vocem hanc derivat (*s*) a *πίρωμις*, ut teſtatur *Herodotus*, ſignificante

(*r*) De origine et vera notione vocis برابي in partes ſcinduntur eruditi. Alii de *Pyramide* explicant, alii de *templo*. Quibus prius placet, obſervant, vocem ortam videri ex ipſo *Pyramidis* nomine. Qui poſterius probant, vocabulum Arabicum opinantur natum ex Aegypriorum articulo ⲡⲓ et voce ⲉⲣⲫⲉⲓ *templum*. Conf. *I. H. Schultens* in Bibliotheca Critica, vol. 1 part. 2 p. 108, 109, et *Sacy* in Notices et Extraits des MSS. de la Bibliothèque du Roi, tom. 1 p. 270. His ſcriptis, plura de hoc nomine monuiſſe doctiſſimum *Sacyum*, in commentatione de nomine Pyramidum p. 31—41, primum intellexi, cogitatione curaque eruditorum valde digna.

(*s*) *Perizonio* nonnulla oppoſuit *C. Swaving*, amicus a iuventute mihi perquam dilectus, in Disquiſitionibus Philologicis potiſſimum de locis aliquot V. T., ſuamque de origine nominis Πυραμιδων ſententiam novam expoſuit, p. 44—51. Summa rerum haec eſt. Cognatione cum dialectis Orientalibus coniuncta erat lingua veterum Aegyptiorum. Vt Hebraei dixerunt רום, Arabes رام, ita Aegyptii videntur uſi verbo ⲣⲱⲓⲙ vel ⲣⲱⲓⲟⲩⲙ. Vocabula Πυραμὶς et Πίρωμις apud *Herodotum* eamdem agnoſcunt origi-

te καλὸν κἀγαθὸν, cum *Pyramides* deſtinatae fuerint ſepulturae illuſtriſſimorum virorum. Vide eius Origines Aegyptiacas cap. XXI p. 447. De voce πίρωμις et loco

ginem. Πι, articulus vulgaris, detortus eſt in Πυ. In media utriusque vocis ſyllaba permutantur, ut fieri aſſolet in multis aliis, literae Ω et Α. Πίρωμις ſignificat *hominem eminentem*, Πυραμὶς *turrem*, ut loquitur *Plinius* V. 9, ſive *columnam eminentem*, quem in modum *Tacitus* II Ann. 61 Pyramides vocat *inſtar montium eductas*, et *Abulpharagius* اهرام, in Hiſtor. Dynaſt. I. p. 9, ubi agitur de primo Pyramidum inventore. Dum haec ſcribo, mecum communicat Cl. *Ravius*, Collega honoratiſſimus, libellum eruditiſſimi *A. I. Silveſtre de Sacy*, de quo ſupra mentio facta eſt p. 107, inſcriptumque: *Obſervations ſur l'origine du nom donné par les Grecs & les Arabes, aux Pyramides d'Egypte, & ſur quelques autres objets relatifs aux Antiquités Egyptiennes.* Prorſus improbat etymologias e Graecia petitas, item coniecturas *Wilkinſii* ac *Perizonii*, de quibus *Iablonskius* ſupra dixit. Sed et diſplicet eidem ſententia *La Crozii Iablonskii*que, quae nititur auctoritate *Plinii*, de Obeliſcis quidem ſermonem facientis, non vero de Pyramidibus. Accedit, ſi de ſolis ſplendore dictae fuerint Pyramides, poſtulare indolem et rationem linguae Aegypticae, ut, mutato verborum ordine, potius dicantur ⲡⲓⲙⲟⲩⲉ ⲙ̀ⲫⲣⲏ. Haud magis ſatisfacit Cl. *Sacyo* opinio *Adleri*, in Bibliſchcritiſche Reiſe nach Rom. p. 192 ſcribentis, vocem eſſe compoſitam ex ⲡⲓ articulo et verbo ⲣⲁⲙⲁ vel ⲣⲁⲙⲓ, cum quo convenit Hebr. רוּם et רָמָה, *altum eſſe*, ut ſit Πυραμὶς *monumentum altum et excelſum*, cuius etiam cernuntur veſtigia in nomine ⲣⲁⲙⲁⲟ, quod uſu tropico *divitem* ſignificat: uti, poſt *La Crozium* in Lex. Aegypt., obſervat *Wahl* in notis Germanicis ad *Abdollatiphum* p. 159, quo iudice, Obeliſci Aegyptiace appellabantur ⲡⲓ-ⲣⲏ-ⲙⲟⲩⲉ, ſed Pyramides ⲡⲓ-ⲣⲁⲙⲁ, vel forte potius ⲡⲓ-ⲟⲩⲣⲟ-ⲙⲓⲥⲓ ſive ⲫⲟⲩⲣⲟⲙⲓⲥⲓ. Videamus de ſententia Cl. *de Sacy*, p. 25 et ſeqq. In voce Πυραμὶς eſt ις terminatio Grae-

loco Herodoteo supra [p. 204] dictum fuit; unde colligere est, quo fundamento lubrico sententia viri doctissimi nitatur.

P.

'ΡΑΚΩΤΙΣ, vel **'ΡΑΚΩΤΙΣ**, vici antiquissimi in Aegypto aut urbis nomen haud dubie Aegyptiacum, cuius tamen veram originem et caussam me latere nolo diffiteri. Occurrit nomen apud *Stephanum Byzantinum*,

Graeca. Πι est articulus Aegyptius, pro quo Graeci, cum originem nominis ab *igne* repeterent, Πυ scribebant. Mediam syllabam ραμ refert ad radicem ϩⲣⲙ sive ϩⲣⲁⲙ, quae apud Aegyptios quoque in usu fuisse videtur, uti in dialectis Orientalibus omnibus, notione primaria *separandi* aliquid a commercio usuque hominum, unde reliquae deinde multumque diversae significationes derivatae sunt. Esset igitur Πυραμὶς *locus sanctus*, aedificium modo singulari consecratum, sive alicui numini, sive etiam usui cuidam religioso, Aegyptiace Ⲡⲓϩⲁⲣⲁⲙ, vel Ⲡⲓϩⲣⲁⲙ. Adspirationem servarunt Arabes in suo هرام, sive praefixo articulo الهرام, quo nomine *Pyramides* appellantur apud *Abdollatiphum*, *Macrizium*, *Abulfedam*, alios. Cum nomen Arabicum sit vere Aegyptiacum, non est, cur origo eius quaeratur in Arabia, ut factum ab aliis, quos inter *Michaëlis* not. ad *Abulfedae* Descript. Aegypti p. 64. Graeci vero, omissa adspiratione ϩ, dixerunt Πυραμὶς, quemadmodum Κάνωβος pro ⲕⲁϩⲓ-ⲛⲟⲩⲃ, Sahidice ⲕⲁϩ-ⲛⲟⲩⲃ. Sententiam istam *Sacyus*, qua est ille his in rebus sagacitate incredibili, et ornavit, et a difficultatibus, quibus eam premi forsitan alii arbitrarentur, vindicare conatus est. Cui opinioni priores partes tribuendae? Mihi iam satis est, varias recentiorum doctorum hominum etymologias vocabuli Πυραμὶς paucis commemorasse, cum malim iudicio aliorum limato politoque hac in re stare, quam meo.

num, qui in voce 'Ἀλεξάνδρεια testatur, hanc quoque dictam esse 'Ῥακῶτιν, et alibi scribit, 'Ῥακώτης, οὕτως ἡ 'Ἀλεξάνδρεια πρότερον ἐκαλεῖτο. Quo postremo in loco sine controversia legendum 'Ῥακῶτις, ut *Berkelius*, *Holstenius* et alii recte observarunt. Non aliter nomen scribitur a *Strabone* Lib. XVII pag. 545 [1142], *Pausania* in Eliacis I pag. 432, *Clemente Alexandrino* in Protrept. pag. 31 [42], *Tacito* Lib. IV Histor. cap. 84. Diu igitur ante nota erat *Rhacotis*, quam conderetur *Alexandria*; cuius deinde veluti suburbium fiebat. Nomen esse vere Aegyptiacum, vel ex eo patet, quod interpres N. T. Coptus, a *Wilkinsio* editus, in locis omnibus, ubi fit mentio *Alexandriae* et *Alexandrinorum*, nobis conservaverit nomen antiquum ⲣⲁⲕⲟϯ, *Rakoti*, Act. VI. 9, XVIII. 24, XXVII. 6, XXVIII. 11 (*t*). Quod etiam locum habet in libris Coptorum recentiorum Ecclesiasticis (*u*). In Epistola Systatica, quam edidit *Boniourius* in Monumentis Copticis, appellatur *Alexandria* pag. 12 ϯⲛⲓϣϯ ⲙ̀ⲡⲟⲗⲓⲥ ⲣⲁⲕⲟϯ *magna urbs Rhacotis*. Conferantur dicta in Pantheo Aegypt. Lib. II cap. 5 § 4.

RAHAB, רהב. Saepius hoc nomine in Literis Sacris appellatur *Aegyptus*, vel pars eius inferior, sive Delta Aegyptiacum. Quod recte monuit *Bochartus* Lib. IV Geogr. S. cap. 24, huc referens Psalm. LXXXVII. 4, LXXXIX. 11 et Ies. LI. 9. In priori Psalmo-

(*t*) In versione Sahidica, nuper primum vulgata, Act. VI. 9 et XVIII. 24 legitur ⲁⲗⲉⲝⲁⲛⲇⲣⲉⲩⲥ. Reliquorum locorum interpretatio Thebaica adhuc deest.

(*u*) Exempla alia sunt apud *Mingarellium* p. CLI Reliq. Codd. Aegypt., et *Georgium* in praefat. ad Fragm. Ioh. Theb. p. XXXIX.

morum loco Graecus interpres Alexandrinus habet Ῥαὰβ, et Coptus eum secutus ⲢⲀⲀⲂ, sed in posteriori loco Graecus *Rahab* omisit, adeoque et Coptus. Tribus istis locis alia adiungunt interpretes praestantiores. Nisi רהב sit nomen proprium *Aegypti*, vel saltem ad illud nomen respiciatur, Ies. xxx. 7, ubi etiam in principio eiusdem commatis aperte *Aegyptus* memoratur, locus vix intelligibilis est: quod abunde patet ex obscuris absurdisque veterum et recentiorum versionibus et interpretationibus, atque a Cl. *Vitringa* comprobatur. Sed non audeo cum *Iac. Kochio* in commentario et aliis affirmare, per רהב *Agyptum* debere intelligi in duobus locis Iobi cap. IX. 13 et XXVI. 12. Consulatur ad utrumque Cl. *Schultens;* cui tamen non adstipulor, pag. 721 scribenti, neutiquam tam exploratum esse, quam summus *Bochartus* sibi aliisque persuasit, per *Rahab* etiam alibi *Aegyptum* esse intelligendam, sed et neganti, الريف *Elrif*, quod hodiernum est nomen *inferioris Aegypti*, quicquam commune habere cum mystico titulo רהב *Rahab*, quo *Aegypti regnum universum* in Sacris insignitur, a *formidolosa*, ut videtur, *mole potentiae*. Hactenus mihi videtur *Rahab* nomen proprium Aegypti inferioris, et eo sensu accipiendum in nonnullis locis Literarum Sacrarum, praesertim in iis a *Bocharto* adductis (*v*). De

(*v*) Prorsus dissentit *C. Muller* in Satura Observat. cap. VII p. 83—113, negatque, *Rahab* capiendum de Aegypto Ies. XXX. 7, LI. 9, Ps. LXXXVII. 4. Negat quoque *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 2237—2239, et loca ista, item Ps. LXXXIX. 11, aliter exponit. Fatetur, istud nomen Ps. LXXXVII. 4 ob filum orationis vix posse esse nisi proprium; sed addit: „ Haud expedio quidem, nec tamen, nomen si est proprium, sequitur, ut nomen Aegypti sit. Syrus per *Chet* רחב legens, ܪܗܒ scripsit, quod foret

 Adia-

De nomine Arabico dicam infra ad vocem *Rib.* Vocabulum *Rahab* esse vere Aegyptiacum, mecum sentiebat *La Crozius*, vir summus, qui, a me consultus de illius origine, in hanc sententiam respondebat: „ Dubius diu ipse haesi, unde *Aegyptus* dicta esset *Rahab*, quo nomine non alibi forte appellatur, praeterquam in Codice Sacro. Nunc videtur mihi Aegyptiace vocata fuisse ⲣⲏ—ⲟⲩⲁⲃ, ut significaretur regio *Soli sacra* seu *consecrata* (*w*). Nosti ipse, quo loco vetustissimi Aegyptii habuerint Solem, variis sub nominibus cultum. Nosti quoque, urbes in Aegypto celebratiores nomen suum de Sole fuisse adeptas." Et in his equidem acquiesco.

ʽΡΑΥΏΣΙΣ, nomen regis Thebaeorum Aegyptiorum, ab *Eratosthene* Graece redditum Ἀρχικράτωρ, *regnum ad se rapiens*, ut explicui in *Vignolii* Chronolog. Sacra tomo II pag. 749, ubi tamen vitio typothetarum bis male scriptum legitur ⲣⲁⲩⲁϩⲁ pro ⲣⲁⲩⲥϩⲥ, et ⲁϩ pro ϭϩ ponitur. Dictis illic haec pauca adiungam. Ἀρχικράτωρ proprie is dicitur, qui imperium occupat sibique vindicat, et adeo violenter principatum tenet. Deinde, ⲣⲏ pro *principe* vel *rege* in nostris Coptorum libris etsi nuspiam reperitur, recte tamen ex genio linguae et quibusdam verbis compositis colligi potest, antiquitus ⲣⲏ et ⲣⲱ designasse *regem*, quod postea, coalescente cum radice articulo indefinito ⲟⲩ, elatum est ⲟⲩⲣⲟ, et cum nota

Adiabenes Assyriae, vel etiam Rahabae ad Euphratem, nomen. Vide Biblioth. Or. priorem T. XII p. 191—193. Nullus tamen codex huc usque suffragatus est".

(*w*) His simillima legas apud *Forsterum* in Epistolis ad *I. D. Michaëlis* p. 8, 9.

ta masculini generis ⲡⲟⲩⲣⲟ. Recte monet *Fr. Smit* de Amuleto Gnosticorum pag. 17, ϩⲟⲩⲟ significare *abundantiam*, seu *vim superfluam*, Eph. I. 19. Quod etiam patet ex eadem versione Coptica, Matth. v. 37, IX. 16, Marc. VII. 37. In Codice MS. ⲛ̀ϩⲟⲩⲟ Ps. LXI. 2 denotat *amplius*, et ⲉⲣϩⲟⲩⲟ *abundare* Ps. XXXVII. 35 et CXXXVII. 3. Ceterum, vocabulum Aegyptiacum satis commode videtur interpretatus. Quibus, cum meliora non suppetant, non est quod addam.

REMOBOTH, Monachi in Aegypto. Cum tria fuerint in Aegypto Monachorum genera, unum ex illis vocari *Remoboth*, scribit *Hieronymus* ad Eustochium de custodia Virgin. Opp. T. IV Part. II col. 44 edit. Martian. Scripti Codices fere omnes et editiones vetustiores exhibent *Remnuoth* vel *Rennuoth*, quod nos in indaganda vera huius vocabuli significatione adiuvare potest. Nempe legendum *Remnuoth* vel *Remuoth*, quod significat *homines solitarios*. ⲢⲈⲘ est a ⲣⲱⲙⲓ et ponitur pro *homine* in istiusmodi compositionibus, quae Aegyptiis admodum frequentes sunt. Sic ⲣⲉⲙ ⲛ̀ⲭⲏⲙⲓ *Aegyptius* vel *homo Aegypti*, ⲣⲉⲙ ⲛ̀ϩⲱⲃ *operarius*, quasi dicas *hominem operis* et *laboris*, ⲣⲉⲙ ⲛ̀ⲏⲓ *domesticus*; Levit. XVIII. 6 ⲣⲉⲙ ⲛ̀ⲕⲁϩⲓ *terrenus*; ⲣⲉⲙ ⲙ̀ⲫⲉ *coelestis*, 1 Cor. XV. 47, 48, 49; qui est idiotismus Coptorum, et quidem oppido frequens. ⲟⲩⲱⲧ porro est *unum*, a masculino ⲟⲩⲁⲓ, et *unitas*. Est igitur ⲣⲉⲙⲟⲩⲱⲧ, *Remuoth*, vel quod idem est, ⲣⲉⲙⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ, *Remnuoth*, *homo unitatis*, id est, *solitarius*, *μονάζων*. ⲛ̀ⲣⲱⲙⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲱⲧ *ἄνδρα ἕνα*, Deuter. I. 23. Communis scriptio apud *Hie-*

Hieronymum videtur ex Graeco ortum traxisse. Pro Latinorum *u* namque Graeci solent adhibere suum *β*. Est re ipsa *Remoboth* et *Remouoth* unum idemque. Convenit nostrae interpretationi plane egregie, quod *Hieronymus* de Monachis his, eodem loco, subiicit: *Soli*, inquit, *habitant*, *et ab eo*, *quod procul ab hominibus recesserint*, *nuncupantur*. Et quibusdam interiectis; *Hi bini vel terni*, *nec multo plures*, *simul habitant*, *suo arbitratu et ditione viventes*. Ab his distinguit aliud in Aegypto Monachorum genus, quos appellari scribit *Sauses*, de quibus suo loco. Nempe *Sauses* sunt *Coenobitae*, qui in communione vivunt; *Remoboth* vero, vel *Remúoth*, sunt *Solitarii*, vel *Eremitae*.

REMPHAH, vel *Rephan*, uti hoc nomen in libris Coptorum (*x*) scribitur ⲢⲎⲪⲀⲚ, Numen Aegyptiorum ab Israëlitis in deserto cultum, cuius meminerunt LXX interpretes Amos v. 26, ubi tamen in codice Hebraeo legitur כִּיּוּן, et Stephanus Protomartyr Act. Apost. VII. 43. In versione Alexandrina habetur Ῥαιφὰν, sed in editione Complutensi Ῥαιφᾶ. Lectio, quam, in Actis Apost. et optimi et vetustissimi et fere plurimi Codices (*y*) tuentur, est Ῥεμφὰ vel Ῥωμφὰ, quod

(*x*) In versione N. T. Coptica, tam Memphitica, quam Sahidica, ⲢⲈⲪⲀⲚ scriptum invenitur.

(*y*) Quanta sit codicum MSS. varietas lectionis, docent *Wetstein*, *Matthaei*, *Alter*, *Birch*, alii. Non ulla facile in toto N. T. vox est, forte quia peregrina, in cuius scriptura magis variant codices. Scribitur enim ῥεφᾶμ, ῥεφὰμ, ῥαφὰν, ῥομφὰ, ῥεφφὰν, ῥεμφᾶν, ῥεμφὰ, ῥεμφὰν, ῥαιφὰν, ῥεφὰν, ῥεφὰ, ῥεφᾶ, ῥομφὰν; ne quid hic dicam de versionibus antiquis aut eruditorum coniecturis Criticis. Non novi unum codicem, in quo ῥωμφά. Nec tantum in codicibus recentioribus ista varietas cernitur, sed in iis etiam, qui

quod ſine ulla mutatione, Coptice ſic ſcriptum, ⲣⲏⲙⲫⲉ vel ⲣⲱⲙⲫⲉ, *regem coeli*, id eſt, *Solem* deſignat (*z*). Plura videri poſſunt in peculiari Exercitatione mea de *Remphah*, a. 1731 edita (*a*).

'ΡΕ'ΜΦΙΣ, nomen regis Aegyptiorum, apud *Diodorum Sic.* lib. 1 pag. 39 [cap. 62], qui erat filius Protei. Quae fuerit fortaſſe origo nominis Aegyptiaca,

qui ab omnibus habentur antiquiſſimi. Alexandrinus praebet ΡΑΙΦΑΝ, Cantabrigienſis ΡΕΜΦΑΜ, Vaticanus, *κατ' ἐξοχὴν* ſic dictus, ΡΟΜΦΑ, Laudianus, nunc Bodleianus, ΡΕΦΑΝ, et ſic quoque Pariſienſis, vulgo dictus codex Ephremi. In codice Vindobonenſi pervetuſto nunc legitur ΡΕΜΦΑΝ. Monet autem *Alter* p. 425, literam tertiam, quae forte Ν fuit, non Φ, ut *Hwiidus* ſuſpicatur, ab apographo eraſam eſſe, et ſuper hac eraſa Μ ſcriptam. Vides, quid de codicibus antiquiſſimis cenſendum ſit. De praeſtantiori aliorum MSS. bonitate nunc non diſputabo.

(*z*) Antequam prodiiſſet commentatio *Iablonskii* de *Remphah*, vix aliquis eruditiorum dubitabat, quin hoc nomine ſignificaretur *Saturnus*. Scriptoribus, a *Wolfio* citatis, adiungantur tantum duumviri ſummi, *Salmaſius* de annis Climactericis p. 597 atque *Lud. de Dieu* ad Amoſ. v. 26, et Act. VII. 43. Sententiam *Iablonskii* probarunt deinde *La Crozius*, tom. I Theſ. Epiſtol. p. 167, tom. III p. 25, 159, 184, *Dathe* ad Amoſi l. c., *Roſenmuller* et *Morus* ad Act. A. l. c. Contra vero, *Iablonskium* deſerunt *Krauſe* in comment. ad hiſtoriam atque orationem Stephani p. 29, 30, *Eichhorn* in emendato Lexico Simoniano, *Schulzius* in nova Lexici Cocceiani editione, inprimis tamen non pauca eidem opponit *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1225—1233. Intelligunt ii *Saturnum*. Ita quoque *N. G. Schroeder* in diſſertatione de Tabernaculo Molochi et ſtella Dei Rempha, edita Marburgi a. 1745.

(*a*) Libellus hic a longo tempore tam rarus erat, ut magnus *Schroederus* eum plane ignoraret, utque *Michaëlis* l. c. praecipuum ipſius argumentum repeteret. Aſſervo exemplum manu *Iablonskii* emendatum auctumque, quod recudi curabo in alio Opuſculorum volumine.

ca, indicavi in libro de Remphah pag. 32—35, ibidemque monui, minus recte *Capellum* existimare, Remphin non diversum fuisse a Pharaone, eximio illo fautore Iosephi ac gentis Hebraicae. *Herodotus* Lib. II cap. 21 eum vocat *Rhampsinitum*. Si audire cupias *Marshamum* in Canone Chron. pag. 416 ac seqq., a Remphi non differt *Rhamses*, qui dicitur potitus Libya, Aethiopia, Medisque, et Persis, et Bactriano ac Scythia, apud *Tacitum* Lib. II Annal. cap. 60. Sed fallitur eruditus Anglus, ut satis ostendit *Perizonius* in Origin. Aegypt. cap. XVII (*b*).

RIB fuisse vocem Aegyptiam, et significasse *pyrum*, testatur *Kircherus*, quem sequitur *Bochartus*, ut iam antehac in v. Ἄθριβις [p. 17 sqq.] a me monitum est. Patrocinium quaeritur ex auctore Etymologici M., Ἀθριβὶν explicante καρδίαν ἀππίων vel ἀπίων, *cor pyrorum*. Sed de isto loco satis ibidem dixi. Negat autem *Wilkinsius*, de lingua Coptica pag. 99, ⲣⲓⲃ unquam denotare *pyrum*, nisi per metathesin ⲡⲉⲣⲥⲓ pro ⲣⲓⲃⲓⲥ, ⲡ et ⲃ mutato, pro *Pyro* vel *Persico* sit sumendum. Quia hactenus libris destituimur, in quibus vocabulum illud occurrit, litem hanc diiudicare haud possumus. Certum tamen videtur, *Rib* dictam fuisse Aegyptiis illam Aegypti partem, quam Graeci *Delta* appellant; atque a vero non prorsus abhorret, *Athriben* sic vocari, quoniam veluti *cor* in meditullio *Ribis* vel τοῦ *Delta* erat sita. Memoriam eiusdem nominis conservarunt Scriptores Sacri, Aegyptum *Rahab* appellantes, quod pluribus supra [p. 226-228] illustravi. Arabes, ipsius Aegypti superioris ad mare rubrum incolae, non habent aliud nomen, quo Aegyptum designent, praeter *Riffam*. Vide

(*b*) Confer *Wesselingium* ad *Herodoti* ac *Diodori Sic.* l. c.

Vide *Renaudoti* Hiſtor. Patriarch. Alexandr. p. 162, *le Grand* Relation hiſtorique d'Abyſſinie p. 212, qui *Ludolphum* teſtem advocat. Addatur Samlung aller Reyſebeſchreibungen tom. I p. 214. Pro certo tamen affirmare non audeo, utrum huic regioni tale nomen inditum fuerit, quoniam figuram pyri referebat, an quia pyri illic maiore copia creſcebant. Nullos pyros, proprie ſic dictos, in Aegypto provenire, obſervat *Iacobus de Bary* in epiſtola, quam *Relandus* vulgavit in Palaeſtina Illuſtrata p. 933 et ſeqq., ſed id non in univerſum videtur verum. Fructus hi illic ſunt deterioris notae, atque eapropter non valde excoluntur. Vide la Deſcription de l'Egypte par *Maillet* Tom. II p. 106. Praeterea admodum dubito, an ex eo, quod hodie obtinet locum, valeat diſputatio ad tempora longe remotiſſima. Eſt igitur probabile, *Rib* quondam Aegyptiis ſignificaſſe *pyrum*, et hinc Aegyptum ab Arabibus dici *Rif*, in Sacro Codice *Rahab* (*c*).

'ΡΙΠΛΑ'Μ, *Blitum*. Appendix *Dioſcoridis* ad Lib. II cap. 143 [p. 444].

Σ.

ΣΑΑΡΘΑ', *Tuſſilago*. Appendix *Dioſcoridis* Lib. III cap. 126 [p. 458].

SA-

(*c*) Dubio caret, Aegyptum ab Arabibus ريف ſeu الريف appellari, non item, an regio hoc nomen acceperit ab Aegyptiaco ⲣⲓⲃ, atque idcirco in Literis Sacris רַהַב appelletur. Negant utrumque *Muller* in Satura Obſervat. cap. VII et *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 2238, 2239. Comparari poſſunt, quae ſcripſi p. 19, 227.

SABAEI vocabantur Sapientes aevi vetustissimi, iidemque idololatriae magistri, de quibus multa viri eruditi, quae hic non tangimus, de origine nominis nunc tantum pauca dicere cupientes. Nomen mihi videtur *appellativum;* non vero est *proprium*, derivandum scilicet a סְבָא Gen. x. 6, Ps. LXXII. 11, ubi intelligo Sabaeos Africanos, quamvis aliter statueret *Bochartus* Geogr. S. Lib. IV cap. 8 (*d*). Qui mecum credunt nomen *appellativum* esse, in origine indicanda discrepant. Valde miror, eam esse quaesitam in voce Hebraea צָבָא, *exercitum* denotante, ac si *Sabaei* ita appellarentur, quoniam totum coeli exercitum seu sidera colebant. Haec erat opinio *Pocockii* in Specimine Historiae Arabum pag. 139 et *Thomae Hyde* in Hist. Relig. vet. Persarum cap. III [p. 85], quos alii postea sequebantur (*e*). Ratione magis probabili ab aliis derivatur nomen ex lingua Arabica, sed quod iterum fit modis multum diversis, ut potest videri apud *Spencerum* de Legibus Hebraeorum ritualibus Lib. II cap. I sect. I, qui, etsi non in omnibus, quae deinceps de Sabaeis differit, probandus mihi videtur, est tamen lectu perdignus. Ipsos Arabes non satis certos fuisse de origine nominis huius Arabica, intelligetur ex *Pocockio* l. c. pag. 138. Antiquissimis temporibus inter Arabes quoque viguisse quemdam hominum ordinem, qui *Sapientes* vocabantur, haud negatur, quin manifesto patet ex Ierem. XLIX. 7, I Reg. IV. 30. Sed existimo origines tam istius ordinis, quam nominis *Sabaeorum*, ex Aegypto repetendas esse.

(*d*) Consulendus *Michaëlis* in Spicil. Geogr. Hebr. exterae part. I p. 177—189, et in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1707, sed neque negligendus *Vitringa* ad Ies. XLIII. 3, XLV. 14.

(*e*) In quibus etiam *Millius* in Dissert. selectis p. 25, ubi plura deinde de Sabaeis haud vulgaria leguntur.

fe. Quae *Sabaeis* attribuit *Abulfeda* apud *Pocockium* l. c. pag. 144, difciplinam facerdotum Aegyptiorum fatis redolent. *Plinius* Lib. xxv cap. 3 coniunctim collocat *Arabiae Aegyptique Magos*, id eft, *Sapientes*. Atque de his intelligi debet *Servius*, *Sabaeos Aegyptiorum colonos* vocans, ad *Virgilii* Georg. Lib. i verf. 57. De *Sapientibus*, peculiari ordine Sacerdotum in Aegypto, teftimonium praeclarum extat Genef. XLI. 8, quo ipfo e loco oritur fufpicio minime levis de vera etymologia nominis *Sabaeorum*. Nimirum *Sapiens*, lingua Aegyptiorum, dicitur ⲤⲀⲂⲈ, *fabe*, Matth. VII. 24, XXV. 8, Pfalm. LVII. 5, cuius pluralis ⲚⲒⲤⲀⲂⲈⲨ legitur in laudato Genefeos loco (*f*). Hanc obfervationem confirmat *Murtadi* in libro de Miraculis Aegypti pag. 74 verfionis Gallicae.

ΣΑΒΒΑ'ΤΩΣΙΣ et ΣΑΒΒΩ', *morbus et dolor inguinum*, τὸ βουβῶνος ἄλγος. Ita *Apion* rationem redditurus, quamobrem Iudaei, ex Aegypto exeuntes, diem feptimam coluerint, Sabbathumque eam vocaverint. Haec autem funt eius verba, quae *Fl. Iofephus* producit Lib. II contra Apion., Opp. Tom. II p. 470, edit. Havercamp., Ὁδεύσαντες ἓξ ἡμερῶν ὁδὸν βουβῶνας ἔσχον, καὶ διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν, τῇ ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀνεπαύσαντο, σωθέντες εἰς τὴν χώραν τὴν νῦν Ἰουδαίαν λεγομένην, καὶ ἐκάλεσαν τὴν ἡμέραν Σάββατον, σώζοντες τὴν Αἰγυπτίων γλῶσσαν· τὸ γὰρ βουβῶνος ἄλγος καλοῦσιν Αἰγύπτιοι Σαββάτωσιν. Mox *Iofephus*, quibusdam interiectis, haec addit, Τὸ δὲ σαββὼ, καθάπερ ἐκεῖνός φησι, δηλοῖ παρ' Αἰγυπτίοις τὸ βουβῶνος ἄλγος. Apparet ex his, *Apionem* hiftoriam Iudaeorum de inftitutione Sabbathi, ut multa alia, figmentis fuis incruftare voluiffe, eoque fine vocem *Sabba-*

(*f*) Conferatur *Iablonskius* in Prolegom. ad Pantheon p. XCII, XCIII.

bathi deducere non ex Hebraica lingua, ut oportuerat, sed ex lingua Aegyptiaca, quippe quam exeuntes ex Aegypto locuti fuerint. Testatur autem, Aegyptiis σαββάτωσιν et σαββὼ significare τὸ βουβῶνος ἄλγος. Clarissimus *Wilkinsius*, de L. Coptica pag. 109, putat, vocem Σαββάτωσιν potius ductam esse a Sabbatho, quia *Apion* refert, septimo die Iudaeos morbo illo afflictos fuisse; sed non est dubium, quin *Apion* Sabbathi denominationem ex lingua Aegyptiaca, et quidem ex voce σαββὼ et σαββάτωσις, derivet. Errasse eum, nemo negabit. Attamen in propatulo est, eum vocem Hebraicam a voce Aegyptiaca deducere. Superest igitur, ut videamus, quidnam sit τὸ βουβῶνος ἄλγος, et quomodo id Aegyptiis σαββάτωσις et σαββὼ dictum fuerit. Βουβὼν Graecis duo significat. Primo quidem ipsas partes verendas, ut in illo *Homeri* Il. Δ v. 492 βεβλήκει βουβῶνα, ad quae verba legatur *Eustathius*. Videantur etiam *Pollux* in Onomastico [lib. II segm. 186], *Rufus Ephesius*, apud *Henr. Stephanum* in Expositione vocabulorum Medicorum p. 536, *Heliodorus* Aethiop. Lib. VI p. 305, *Lucianus* Timon. p. 95 D., *Aristides* Λόγῳ Ἱερῷ A. p. 167 edit. Florent., *Evagrius* Hist. Eccl. L. IV c. 29. Deinde significat etiam morbum in partibus illis verendis, quem sic describit *Pollux* in Onomastico Lib. IV cap. 25 [segm. 202], βουβὼν, περὶ βουβῶνας οἴδημα μετὰ φλεγμονῆς. Adde *Lucianum* in Philopseude Tom. II p. 470, 471. Et haec est communior τοῦ βουβῶνος significatio; prior enim est fere poëtica, aut certe rarius et in libris Medicorum maxime reperiunda (g). Posteriori itaque sensu, pro *tumore inflammato in partibus verendis*, accepisse videtur τὸ βουβῶνος ἄλγος *Iose-*

(g) Diligenter vocem illustravit *Foësius* in Oecon. Hippocrat. p. 125, 126. Addatur *Alberti* ad *Hesychium* v. Βουβῶνας et Βουβωνιασκέπος.

Iosephus, uti et accipiunt omnes, qui eius verba citant, quosque videre mihi contigit. Quae mens si fuit etiam ipsius *Apionis*, Aegyptii, quique linguae patriae ignarus non credendus est; in explicanda voce illa aquam mihi haerere, non invitus fateor. *Apionem* quidem ita intelligi voluisse, liquet ex eo, quod de Mose et Iudaeis scribit, Ὀδεύσαντες ἓξ ἡμερῶν ὁδὸν βουβῶνας ἔσχον. . Sic igitur accipi voluit βουβῶνος ἄλγος, de quo loquitur. Sed tamen, si omnia rite excutio mecumque perpendo, dicendum videtur, aut *Apionem* auctorem suum, ex quo haec hausit, non recte cepisse, aut studio rem, quam narrabat, obscura et confusa brevitate, intellectu difficilem reddere voluisse, ut solent facere, quibus curae est, ut mendacio aliquem colorem inducant. Certe morbum illum, quem indicare videtur *Apion*, non dictum fuisse Aegyptiis σαββὼ, aut σαββάτωσιν, mihi persuasum est. Itaque cum *Apion* σαββάτωσιν et σαββὼ interpretatur τὸ βουβῶνος ἄλγος, per βουβῶνα intelligo non morbum aliquem, circa partes verendas sedem habentem, sed ipsas partes verendas, et per τὸ βουβῶνος ἄλγος, *dolorem, qui ex circumcisione persentiscitur.* Vno verbo, existimo, *Apionem* per Σαββάτωσιν suam significasse *circumcisionem*, a Mose, ut credidit, primum institutam, in cuius memoriam Sabbathum deinde nomen acceperit. Nempe *circumcisio* Aegyptiorum sermone dicitur ⲥⲉⲃⲓ, *circumcidere* et ⲥⲉⲃⲓ et ⲥⲟⲩⲃⲉ. Ita in historia institutionis huius Divinae Genes. XVII, 10 pro περιτμηθήσεται ὑμῶν πᾶν ἀρσενικόν, Coptus habet ϩⲱⲟⲩⲧ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛ̀ⲧⲱⲧⲉⲛ ⲉⲣⲉⲧⲉⲛⲥⲟⲩⲃⲉ, versu 11, καὶ περιτμηθήσεσθε τὴν σάρκα τῆς ἀκροβυστίας ὑμῶν vertitur ⲟⲩⲟϩ ⲉⲣⲉⲧⲉⲛⲥⲟⲩⲃⲉ ⲧⲥⲁⲣⲝ ⲛ̀ⲧⲉⲧⲉⲛⲙⲉⲧⲁⲧⲥⲉⲃⲓ, versu 13, περιτομῇ περιτμηθήσεται, Coptus reddit

ϧⲉⲛ

ϧⲉⲛ ⲟⲩⲥⲉⲃⲓ ⲉⲕⲉⲥⲟⲩⲃⲏⲧⲟⲩ. *Circumcisus* dicitur ⲥⲟⲩⲃⲏⲧ Genes. xxxiv. 22. Plura exempla adducere supervacaneum est, quae in versione Coptica Librorum Veteris et Novi Testamenti frequentissime occurrunt, quoties in Graeco *τῆς περιτομῆς* et *τοῦ περιτέμνειν* notio occurrit. Vtrumque autem et *circumcidere* et *circumcisio* dialecto Aegypti superioris, quae hodie Sahidica vocatur, dicitur ⲥⲃⲃⲉ, *sabbe*, in qua dialecto cum nihil hodie (*h*) extet typis descriptum, pauca exempla addam. In Versione Actuum Apostolicorum, cuius apographum, ex Bibliotheca Oxoniensi Bodleiana ab amico acceptum, mecum perbenevole nuper communicavit vir summus *La Croze*, haec leguntur, cap. x. 45 ⲁⲩⲡⲱϣⲥ ⲛϭⲓ ⲙⲡⲓⲥⲧⲟⲥ ⲉⲧϣⲟⲟⲡ ⲉⲃⲟⲗ ϩⲙ ⲡⲥⲃⲃⲉ, ubi textus Graecus habet, *ἐξέςησαν οἱ ἐκ περιτομῆς*, cap. xvi. 3 de Paulo Timotheum circumcidente, ⲁⲩⲱ ⲁϥϫⲓⲧϥ ⲁϥⲥⲃⲃⲏⲧϥ, quod exprimere debet haec Graeca, *καὶ λαβὼν περιέτεμεν αὐτὸν* (*i*). Vnde iam facile

(*h*) Si habeatur ratio temporis, quo haec scribebantur, verum id est, non item nostra aetate. Saepenumero supra a me citata sunt Fragmenta Codicum Thebaicorum, edita a *Mingarellio* et *Gregorio*, atque Versio N. T. Sahidica.

(*i*) Non aliud exemplum *La Crozius* in specimine Lexici Sahidici p. 191 affert, praeter unum e cod. MS. de Myst. Literarum. Potest autem exemplorum numerus nunc facile augeri ex versione N. T. Thebaica sive Sahidica, Oxonii a. 1799 edita. In ea *περιτομῆς* redditur ⲡⲥⲃⲃⲉ, Act. vii. 8, x. 45, xi. 2, *περιτομὴ* ⲥⲃⲃⲉ, Galat. vi. 15, Col. ii. 11, *περιέτεμεν* Act. vii. 8 ⲁϥⲥⲃⲃⲏⲧϥ, *περιτέμνησθε* ⲛⲧⲉⲧⲛⲥⲃⲃⲉ, Act. xv. 1. Mitto alia, quae

facile colligitur, Σαββὼ, quod *Apion* interpretatus est τὸ τοῦ βουβῶνος ἄλγος, re ipsa significare *circumcisionem*, quae *in partibus verendis*, *nec sine dolore*, peragitur. Moses ipse hoc observat in historia circumcisionis Sichemitarum Genes. XXXIV. 24 et 25: *Et circumcisi sunt omnes mares. — Evenit autem die tertio, quum essent in dolore.* Et *Philo Iudaeus*, circumcisionis Iudaicae ritum, adversus Graecorum ac Romanorum scommata, defendens, sic etiam ratiocinatur: *verisimile non esse, temere circumcidi tam multa hominum millia* μετὰ χαλεπῶν ἀλγηδόνων ἀκρωτηριαζούσας τάθ' ἑαυτῶν καὶ τὰ τῶν οἰκειοτάτων σώματα, *quae magno cum dolore et sua et charissimorum pignorum suorum corpora mutilant*, de Circumcis. pag. 810 [tom. II p. 211 ed. Mang.]. Hoc igitur sensu ⲤⲂⲂⲈ, Σαββὼ, i. e. *circumcisio*, poterit dici ἄλγος βουβῶνος. Sed id ipsum secundum literam significat Σαββάτωσις. Nam ⲂⲰⲤ Aegyptiis est ζημία, *damnum*, *malum*, *dolor*, uti videre est Philipp. III. 7 ⲚⲀⲒ ⲀⲒⲞⲠⲞⲨ ⲈⲣⲞⲒ ⲚⲞⲨⲂⲰⲤ ⲈⲐⲂⲈ ⲠⲬⲤ, quomodo Copti interpretati sunt haec Graeca, ταῦτα ἥγημαι διὰ τὸν Χριστὸν ζημίαν, et vs. 8 ϯⲰⲠ ⲘⲘⲰⲞⲨ ⲦⲎⲢⲞⲨ ⲈϨⲀⲚⲂⲰⲤ, et mox ⲀⲒϯⲂⲰⲤ ⲚϨⲰⲂ ⲚⲒⲂⲈⲚ, pro quibus ita Graecus habet, ἡγοῦμαι πάντα ζημίαν εἶναι, et paucis interpositis, τὰ πάντα ἐζημιώθην. Vnde talis compositio oritur ⲤⲂⲂⲎⲦⲞⲤⲒ, *Sabbatosi*, vel ⲤⲞⲨⲂⲎⲦⲞⲤⲒ, *Subetosi*, significans vel *damnum circumcisorum*, vel *damnum* sive *malum circumcisionis*, vel, quod est *ex circumcisione* oritur. Hanc esse veram expli-

quae aut nunc extant, aut sine dubio extabunt, quam primum fragmenta versionis Thebaicae, quae adhuc desiderantur, detecta fuerint et vulgata.

plicationem verborum *Apionis*, vix quisquam dubitabit (*k*). Praeterquam enim, quod haec explicatio satis commoda sit, et ex lingua Aegyptiaca mirum in modum stabiliatur, concinit huic explicationi ipsa populi Iudaici historia. Novimus enim, Iudaeos in deserto natos, antequam in terram Canaan introducerentur, iussu Dei circumcisos fuisse. Vid. Iosuae cap. v. Quod per traditionem etiam scriptoribus exoticis innotuit. Nam idem testatur etiam *Strabo* Lib. xvi p. 524, post egressum demum ex Aegypto superaccessisse leges de circumcisione. Ceterum mirum non est, inter historiam Sacram et traditiones scriptorum exoticorum incrustatas, insignem discrepantiam intercedere, sub qua tamen verum latitans perspicere et eruere possumus. Si porro ipsa *Apionis* verba recte excutiamus, illum cum iis, quae dixi, facile conciliabimus. Pauca illa eius verba, quae nobis dedit *Iosephus*, non continent integram eius perfectamque sententiam, etsi eamdem, tum ex iis, quae modo observavimus, tum ex alio quopiam *Iosephi* loco assequi, et hoc modo, quae desunt, supplere possimus. Non negaverim, *Apionem* Iudaeis, ex Aegypto egressis, illum in inguinibus morbum tribuisse, qui βουβὼν vocari solet, dummodo mihi concedatur, eum cum hoc malo coniunxisse *circumcisionem*, ab Hebraeis, ut credi voluit, tunc ad depellendum illud malum susceptam, et postea conservatam, et circumcisionem Σαββὼ vel Σαββάτωσιν nuncupatam fuisse. Hoc sane egregie convenit cum Aegyptiorum doctrina et institutis, quemadmodum ex *Philone Iudaeo* colligo, qui, ubi loc. cit. disputat, circumcisionis ritum, quo Iudaei utuntur, neutiquam absurdum censeri posse, hanc adhibendae circumcisionis rationem quoque adfert, petitam sine dubio ex traditione Aegyptio-

(*k*) Ex Thes. Epist. La Croziano tom. i p. 167 apparet, *Iablonskium* a. 1717 hanc coniecturam cum *La Crozii* primum communicasse.

gyptiorum, inter quos vivebat, et quorum paulo ante meminerat, quod nempe *circumcisione depellatur morbus gravis et curatu difficilis, quem vocant ἄνθρακα, carbunculum, appellatum sic, quod urat inflammatione, quae praeputiatis facilius innascitur.* Tale quid ipsa *Apionis* verba, uti a *Iosepho* relata sunt, nobis subinnuere deprehenduntur. Narrat enim, Iudaeos in sua profectione ex Aegypto, sexto die, bubones i. e. malum in inguinibus sensisse, septima vero die quievisse, et ab illa quiete vel intermissione doloris diem illum septimum Σάββατον ex vocabulo Aegyptiaco nuncupasse. Non autem celebrarunt in perpetuum diem septimum, quod tum τὸ ἄλγος τοῦ βουβῶνος senserint, sed quod ab illo quieverint, quod illi medelam paraverint. Hoc ex mente *Apionis* Σαββὼ significavit, depulsionem mali in inguinibus, unde fere adducor, ut coniiciam, non legendum esse τὸ βουβῶνος ἄλγος, sed potius ἄκος, quod *medelam* vel *remedium mali in inguinibus* significat. Βουβώνων ἰάσεις habes apud *Lucianum* in Philopseude Opp. Tom. II p. 471. Sic *Dioscorides* Lib. II cap. 73, Μυογάλη ἀνασχισθεῖσα καὶ ἐπιτεθεῖσα, ἄκος ἐςὶ τοῦ ἰδίου δήγματος. Tale ex doctrina Aegyptiorum erat Σαββὼ, *circumcisio*. Sed omnium certissime id, quod hactenus probare institui, conficitur ex alio *Iosephi* loco, in quo fictionem hanc *Apionis* in ipsum retorquet, docens, ipsum, quod huiusmodi mendacium in odium Iudaeorum comminisci veritus non fuisset, merito morbo illo inguinum afflictum fuisse, nec tamen, cum in circumcisione medelam quaesivisset, aliquam ex illa utilitatem percepisse. Verba omnino digna sunt, quae adducantur. Extant autem eodem L. II adv. Apion. p. 480, *Iure mihi videtur Apion ob maledicta* etiam *in leges patrias*, utpote quae circumcisionem iniungebant, *poenas dedisse, quas commeruit.* Pergit iam, περιετμήθη γὰρ ἐξ ἀνάγκης, ἑλκώσεως αὐτῷ περὶ τὸ αἰδοῖον γενομένης· καὶ μηδὲν ὠφεληθεὶς ὑπὸ τῆς περιτομῆς, ἀλλὰ σηπόμενος ἐν δει-

 ναῖς

ναῖς ὀδύναις ἀπέθανεν, *nam ex necessitate circumcisus erat, utpote ulceratus circa pudenda*, hoc est, βουβῶνας, ἄνθρακα ἔσχεν, uti *Apion* et *Philo* loquuntur, *et cum ei nihil profuerit circumcisio, sed putresceret, magnis doloribus expiravit.* Si ipsum *Apionis* librum superstitem haberemus, melius et certius in ista causa iudicium ferre liceret; sed ex his tamen spero satis intelligi, quaenam vera ipsius mens fuerit.

ΣΑΓΔΑΣ. Vnguentum Aegyptium. Vide infra in v. Ψάγδας.

ΣΑΙΝΙΛΟΥΜ. *Scammonia.* Appendix *Dioscoridis* Lib. IV cap. 171 [p. 474, sed ubi Σάνιλουμ].

ΣΑΙΡΕΙ. *Relandus* in collectione sua vocum Aegyptiacarum notaverat: „Σαίρειν. *Plutarchus* lib. de If. et Osir. κοσμεῖν notare dicit." Quod explicaturus *Wilkinsius* in Dissertatione de lingua Coptica p. 110, addit: *Coptice a* CⲀⲒ, pulcher, *et* ϢⲠϢ *vel* ⲠϢ, facere, *derivatur.* Verum *Plutarchus* loco cit. p. 362 non vocem Aegyptiacam explicat, sed eos tantum absurditatis arguit, qui Σάραπιν, numen Aegyptium, ex lingua Graeca interpretarentur, tanquam σαίροντα, i. e., κοσμοῦντα, καλλύνοντα. Hanc igitur interpretationem repudiat, et merito, ideo, quia σαίρειν sine dubio vox Graeca (*l*) est. Sed mox ipse aliam adfert interpretationem ex Aegyptiaco idiomate desumtam. Nempe sic ait, si Sarapis ex Aegyptio sermone sit interpretandus, nomen hoc significaturum εὐφροσύνην καὶ χαρμοσύνην, *hilaritatem*, *laetitiam*, hanc rationem adiiciens, ὅτι τὴν ἑορτὴν Αἰγύπτιοι τὰ χαρμόσυνα Σαίρει καλοῦσιν. Docet igitur *Plutarchus*, σαίρει vel, ut po-

(*l*) De qua *Hemsterhusius* ad *Pollucem* pag. 1174, et *Piersonus* ad *Moerid. Attic.* p. 356.

potius scribendum videtur, σάιρι, sive σάιρει, aut σαϊρί, Aegyptiis audivisse τὰ χαρμόσυνα, τὴν ἑορτήν. Equidem ἡ ἑορτὴ et τὰ χαρμόσυνα potest unum idemque significare, *Festum* nempe *laetum*, *ac hilariter transigendum*. Sed puto, *Plutarchum* duas huius vocis Aegyptiae significationes indicare voluisse. Certe rem ita se habere, extra dubium est. Docet igitur *Plutarchus* primo σαίρει significare ἑορτὴν, *festum*, vel, quod verius est, ἑορτάζειν, *festum celebrare*. Nam ἑορτὴν Aegyptii dicunt ϣⲁⲓ. Luc. II. 42, ⲁⲩϣⲉⲛⲱⲟⲩ ⲉⲡⲓϣⲁⲓ, *abierunt ad festum;* Ioh. v. 1, ⲙⲉⲛⲉⲛⲥⲁ ⲛⲁⲓ ⲇⲉ ⲛⲉ ⲡϣⲁⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲓⲓⲟⲩⲇⲁⲓ ⲡⲉ, *posthaec autem fuit festum Iudaeorum.* Inde conficitur compositum ⲉⲣϣⲁⲓ *facere festum* vel *celebrare festum*, et quod idem plane est ϣⲁⲓ ⲓⲣⲓ. Prius legitur in versione V. et N. Testamenti Coptica, Levit. XXIII. 41, Ps. XLII. 4, LXXVI. 10, 1 Cor. v. 8. Posterius est omnino analogum, et occurrit etiam praeterea in compositis quibusdam, quamvis illa ex usu aliam significationem acceperint. Recte enim *Plutarchus* addit, σαίρει etiam Aegyptiis designare τὰ χαρμόσυνα, *hilaritatem* et *laetitiam*, qualis in festo observari solet, sed quae etiam de laetitia quacumque, etsi maxime inordinata et inhonesta, accipitur. Ita *Herodotus* voce Graeca usus est, Lib. III cap. 27, ubi non festum ipsum, sed indicia hilaritatis et gaudii, quae Aegyptii prae se ferebant, vestitum magnificum, dapes lautas, et quae huc spectant, vocat τὰ χαρμόσυνα. Id plane Aegyptiorum sermone est ϣⲁⲓⲣⲓ, σάιρι vel σαϊρὶ, quod cum hilaritatem iucundamque voluptatem omnem designat, uti ex compositionis modo intelligitur, tum speciatim eam, quae in amore foeminarum consumitur. Rom. XIII. 13, ubi Paulus praecipuas species voluptatis carnis enumerat κώμους, μέθας, κοίτας, ἀσελ-

ἀσελγείας, Coptus interpres τὰς κοίτας vertit ⲍⲁⲛϣⲁⲥⲣⲥ. Sic et Rom. IX. 10 κοίτη a Coptis redditur ϣⲁⲥⲣⲥ. Scala Magna, seu Nomenclator Coptico-Arabicus a *Kirchero* editus, in lingua Aegypt. restituta p. 103, ϯⲙⲉⲧϣⲁⲥⲣⲥ, *Concubitus*. Vide praeterea Numer. v. 13, XXXI. 17, 35. Quod plane est ipsissimum σαίρει, sive σαϊρί (*m*).

ΣΑΪΣ. Graeci quidam memoriae prodiderunt, Aegyptios hoc nomine invocare numen aliquod patrium religiose cultum, quod Graeci Ἀθηνᾶν *Minervam* interpretantur. Ita *Pausanias* Boeot. p. 291 [734] ex eo probat, Cadmum fuisse origine non Aegyptium, sed Phoenicium, quia Minervae, quam is coluit, nomen fuit Phoenicium Ὄγγα, ita enim recte viri eruditi locum illum (*n*) correxerunt, non Aegyptiacum Σάϊς, τῆς Ἀθηνᾶς ταύτης τὸ ὄνομα Ὄγγα κατὰ γλῶσσαν τὴν Φοινίκων καλεῖται, καὶ οὐ Σάϊς κατὰ τὴν Αἰγυπτίων φωνήν. Quo argumento *Pausanias* re ipsa parum proficit. Si enim Thebis religiose culta fuit Ὄγγα Phoenicum, a qua et una ex portis illius urbis nomen accepit, non minus ibidem divinos honores sortita est Minerva Saïtica, a qua pariter una ex portis nomen traxit. Fuere enim Thebis celebres πύλαι Νηΐτιδες, vel Νῆϊται, memoratae *Aeschylo*, *Euripidi* aliisque, et ipsi *Pausaniae*, dictae sine dubio ἀπὸ τῆς Νηΐθ, sive Minerva Saïtica, de qua iam supra [p. 161] dictum. *Tzet-*

(*m*) Conf. *Iablonskii* Panth. Aegypt. part. II p. 253—255. Hinc in dialecto Thebaica ϣⲁⲓⲣⲉ significat *cubile*. Vide *Georgium* ad Fragm. Liturgica p. 447, 449.

(*n*) Pro vulgato Σίγα malunt alii Ὄγκα, alii Ὤγγα vel Ὄγγα. Vide *Sylburgium* et *Kuhnium* in notis, *Valckenaerium* ad Scholia in *Euripidis* Phoeniss. p. 725, 726, atque viros eruditos ad *Hesychium* v. Ὄγγα et Ὄγκας.

Tzetzes in *Lycophronem* p. 24 [ad vſ. 111] idem teſtatur: *Σάϊς δὲ κατ' Αἰγυπτίους ἡ 'Αθηνᾶ λέγεται, ὥς φησι Χάραξ. Characis* huius vetuſti ſcriptoris verba refert Scholiaſtes MS. ad *Ariſtidis* Panathenaicum apud *Holſtenium* in notis ad *Stephanum* in v. Σάϊς. Ita autem ille, Ἔςι γὰρ Σάϊς Αἰγυπτίων φωνῇ παρ' Ἕλλησιν 'Αθηνᾶ. Sic pariter *Iohannes Tzetzes* in Chiliad. v. 657, Σάϊς δ' ἐςιν ἡ 'Αθηνᾶ τῇ Αἰγυπτίων φωνῇ. Conſtat autem ex *Herodoto*, *Plutarcho*, *Diodoro*, aliisque ſcriptoribus permultis, Saïn eſſe nomen urbis, in qua *Minervae* (*o*) ſacra fierent. *Plutarchus* in libro de Iſ. et Oſir. teſtatur, Minervam hanc Saïticam eamdem eſſe cum Iſide, quod et multis aliis indiciis ac argumentis probari poteſt. *Plato* denique nomen Aegyptiacum numinis huius, in urbe Saï ab Aegyptiis culti, conſervavit, nempe Νηΐθ, quod ſuo loco prolixe expoſuimus. Certum igitur eſt, *Saïn* eſſe nomen urbis, non numinis, quod in urbe illa colebatur. Sed Graeci plerumque nomen diis ſuis indiderunt ab urbibus, quae deinde in cognomina propria abierunt. Sic igitur per Σάϊν intellexerunt numen Saïticum, vel Saï cultum, quod nonnulli ſic acceperunt, tanquam id etiam numini illi proprium eſſet nomen (*p*). Vnde vero urbs nomen traxerit, conieƈturae quidem ſuppetunt plures, nihil tamen certi affirmare auſim, haƈtenus auƈtoritate veterum deſtitutus. Potuit dici a ϣⲁⲓ, *Feſtum*, de qua voce in articulo praecedente diximus. Fuit enim urbs templis deorum, diebus feſtis, collegiis ſacerdotum, cum primis inclyta, ad quam nonnunquam religionis ergo tota Aegyptus confluere conſueverat, quamque *Plato* et alii Graecorum Philoſophi, ad haurien-

(*o*) In hymno *Ariſtidis* in Minervam pag. 22 legitur, ex emendatione *F. L. Abresch* in Miſc. Obſ. Crit. vol v p. 241, ἔςι καὶ κατ' Αἴγυπτον 'Αθηνᾶς νομὸς ἱερός, quae verba intelligenda de praefeƈtura Saïtica, Minervae ſacra.

(*p*) Conf. Pantheon Aegypt. part. 1 p. 53, 54.

riendos ſapientiae latices, adire ſolebant. Aut vocari etiam potuit ⲥⲁⲓⲉ̇ *pulchra.* Sed hae ſunt tantum hariolationes, *Wilkinſius* de L. Copt. p. 110 dictam hanc urbem opinatur ab ⲉ̇ⲥⲱⲟⲩ vel ⲉ̇ⲥⲱⲓ, *ove*, Minervae olim dicata. Saïtas *ovem* coluiſſe, memoriae proditum eſt a *Strabone* p. 559 [1167]. Sed etymologia haec paulo longius a veſtigiis nominis Aegyptii recedere videtur. Plura non addo (*q*).

SACAL. Electrum Aegyptiacum. *Plinius* Lib. XXXVII cap. 2. Nam cum de generatione Electri et Succini diſſeruiſſet, haec addidit: *Nicaeas* auctor eſt, *in Aegypto naſci ſimili modo, et vocari Sacal. Wilkinſius* de L. Coptica p. 109 putat, *Sacal* naſci in deſerto Indiae, quod ab *Arriano* vocetur *Sacal*, et inde hoc electri nomen ortum. Sed verba *Plinii* citata diſerte de Aegyptio ſuccino loquuntur, quod diſtinguitur ab Indico. Nam illico ſic pergit: *item in India.* Verba autem *Plinii*, quae vir eruditus citat, non ad *Sacal* reſpiciunt, ſed ad naturam electri in genere ac ſigillatim, uti in Oceano Septemtrionali, (non Orientali), et quidem apud Germanos generatur. Non itaque dubium eſt, quin *Plinius* loquatur de Electro Aegyptiaco, huicque nomen eſſe *Sacal*, diſerte teſtetur. Quod iam ex lingua Aegyptiaca confirmabimus. Electrum putatur eſſe *humor*, ſive illum lachrymam, ſive ſudorem appellare velis, *concretus*, gelu *rigens*, et *conſolidatus.* Vnde veteres finxerunt, lachrymas ſororum Phaëthontis, lugentium fratrem ſuum, in electrum abiiſſe. *Ariſtoteles* περὶ Θαυμασ. Ἀκουσμ. p. 115 edit. Stephan. μυθεύουσι δὲ ἐγχώριοι, Φαέθοντα κεραυνωθέντα πεσεῖν εἰς ταύτην τὴν λίμνην· εἶναι δ' ἐν αὐτῇ αἰγείρους

(*q*) Sententiam viri docti, qui ſuſpicabatur, *Saïs* urbem nomen accepiſſe de voce Hebraica זית, *oleam* ſignificante, *Iablonskius* ibid. p. 59—62 confutavit.

ρους πολλὰς, ἐξ ὧν ἐκπίπτειν τὸ καλούμενον ἤλεκτρον. Οἱ δὲ λέγουσι, ὅμοιον εἶναι κόμμι, διὰ τὸ ἀποσκληρύνεσθαι ὡσανεὶ λίθον. *Ovidius* Metam. Lib. 11. 364,

Inde fluunt lachrymae: ſtillataque ſole rigeſcunt
De ramis electra novis: quae lucidus amnis
Excipit, et nuribus mittit geſtanda Latinis.

Quam fabulam multis veterum, *Aeſchylo*, *Philoxeno*, *Nicandro*, *Euripidi*, aliisque memoratam, ſic *Plinius* breviter refert: *Phaëthontis fulmine icti ſorores, fletu mutatas in populos, lachrymis electrum omnibus annis fundere iuxta Eridanum amnem, quem Padum vocamus.* Apud Britannos, idem *Plinius* l. c. ex *Sotaco* memoriae prodit, *arboribus*, ut creditur, *electrum effluere.* Ex *Pythea* mox addit, in Germania ad maris accolas, quos Guttones vocat, electrum *fluctibus advehi, et eſſe concreti maris purgamentum. Niceam* deinde laudat, qui electrum *Solis radiorum ſuccum intelligi voluit: hos* enim *circa occaſum vehementiores in terram actos pinguem ſudorem in ea Oceani parte relinquere, dein in litora eiici.* Videndum, an non intelligantur lapides, quos recentiores peregrinatores *ſilices* appellant, qui reperiuntur in deſertis, quae tendunt ad mare rubrum, et ex quibus monilia et alia ſimilia conficiuntur. Vide les Nouveaux Mémoires des Miſſions T. VII p. 78, et le Voyage de *Grangier* p. 102. Addit deinde *Plinius*, ſimilem in modum naſci in Aegypto et vocari *Sacal.* Et id ipſum, quod ille de natura electri differit, plane exprimit vox *Sacal.* Eſt enim electrum, ut vidimus, ſudor vel humor fluidus, ſed conſtrictus et condenſatus. Hoc proprie et etymologice Aegyptiis dicitur *κόμμι*, ut ſupra (p. 114, 115] monui. Idem omnino Aegyptii videntur indicaſſe alia voce ⲁⲗ. Certe ſic in libris ſuis appellant grandinem, quae ſane eſt *gutta concreta.* Conferatur *Seneca* Quaeſt. Natur. Lib. III cap. 25, et

 Lib.

Lib. IV cap. 3. Grammatici (*r*) Graeci χάλαζαν, grandinem, exponunt νέφος πεπηγὸς, καὶ ὑπὸ πνεύματος διαῤῥιφθὲν καὶ κατενεχθὲν, *nubem concretam, et a vento deorsum proiectam.* Aegyptii autem grandinem iis in locis, ubi vox Graeca χάλαζα occurrit, dicunt ⲁⲗ, Exod. IX. 23, ⲟⲩⲟϩⲁⲡⲟ̅ⲥ ϯ ⲛ̀ϩⲁⲛⲥⲙⲏ ⲛⲉⲙⲟⲩⲁⲗ, et versu seq. 24, ⲛⲁϥϣⲟⲡ ⲇⲉ ⲛ̀ϫⲉ ⲡⲓⲁⲗ ⲡⲉ ⲟⲩⲟϩ ⲡⲓⲭⲣⲱⲙ ⲛⲁϥϩⲓϣⲁϩ ⲉ̀ⲃⲟⲗ-ϧⲉⲛ ⲡⲓⲁⲗ. Dicitur etiam grando ⲡⲓⲁⲗ ⲙ̀ⲫⲉ, *grando coeli*, quasi dicas *guttam concretam coeli*, vel de coelo missam. Vt Psalmo LXXVIII. 47, ⲁϥϧⲱⲧⲉⲃ ⲛ̀ⲓⲟⲩⲃⲱ ⲛ̀ⲁⲗⲟⲗⲓ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲁⲗ ⲙ̀ⲫⲉ, et versu sequente, ⲁϥϯ ⲛ̀ⲛⲟⲩⲧⲉⲃⲛⲱⲟⲩⲓ ⲉ̀ⲧⲟⲧϥ ⲙ̀ ⲡⲓⲁⲗ ⲙ̀ⲫⲉ. Vocatur igitur grando, quemadmodum *Coelestis humor* apud *Plinium* Lib. XXXVII cap. 9, ita ab Aegyptiis ⲡⲓⲁⲗ ⲙ̀ⲫⲉ *gutta concreta coeli*, ut distinguatur ab aliis huiusmodi guttis concretis terrestribus. Certe *Crystallum*, etsi in versione Coptica eorum librorum, quos ego vidi, vox Graeca retinetur, simili modo vocatum fuisse ⲁⲗ, non est, quod dubitem, quia eadem credebatur esse Crystalli natura, de qua *Plinius* eodem capite, *contraria huic causa*, inquit, *crystallum facit, gelu vehementiore concreto. Non alíubi certe reperitur, quam ubi maxime hybernae nives rigent: glaciemque esse, certum est.* Et hoc ipsa *Crystalli* vox per se indicat, ut Grammatici et Lexicographi Graeci observant. Conf. *Seneca* Quaest. Nat. Lib. III cap. 25, *Olympiodorus* in *Aristotelis* Meteorol. Lib. I. fol. 4. b, ὁ Κρύςαλλος ὕδωρ ἐςὶ

(*r*) Leguntur ea verba apud *Suidam*, sed aliunde sumta, monente *Kustero*.

ἐστὶ παγὲν, οὐ δρόσος. Ceterum, quando dixi, Aegyptios distinxisse inter concretiones coelestes, qualis est grando, et terrestres, qualis est crystallus, id alii etiam tenuerunt, uti intelligi potest ex his *Suidae* in v. Νιφετός· *τέσσαρές εἰσι πήξεις τῆς ἐν τῷ ἀέρι ὑδατώδους ὑγρότητος· ὑπὲρ γῆν μὲν ἄνω, ἐπ' ἔλαττον μὲν χίων, ἐπὶ πλέον δὲ χάλαζα· ἐπὶ γῆς δὲ κάτω, ἐπ' ἔλαττον μὲν πάχνη, ἐπὶ πλέον δὲ κρύσταλλος.* Quamvis autem mihi certum sit, *Crystallo* apud Aegyptios, propter causam indicatam, fuisse nomen ⲁⲗ, certius tamen est, Myrrham, quod ex Coptorum libris intelligitur, eodem fere vocabulo appellatam fuisse. Dicitur enim Myrrha Aegyptiis ϣⲁⲗ, Matth. II. II, et alibi. Vide quae in ⲃⲁⲗ dicta sunt [p. 49]. Eadem vero et hic denominationis est ratio, quare Poëtae eamdem myrrhae, quam succino assignant originem. Fabulantur enim, Myrrham a patre Cinyra post cognitos incestos eius amores expulsam, tandem in arborem conversam fuisse, quae etiamnum lachrymas fundat. *Ovidius* Metam. Lib. x versu 499 et seqq.

Quae quanquam amisit veteres cum corpore sensus,
Flet tamen, et tepidae manant ex arbore guttae.
Est honor et lachrymis: stillataque cortice myrrha
Nomen herile tenet, nullique tacebitur aevo.

Dioscorides Lib. I cap. 77 myrrham vocat lachrymam arboris nascentis in Arabia, et *Tertullianus* in Apolog. cap. XXX *Arabicae arboris lacrimas* commemorat. Verbo, notum est, myrrham haberi guttam concretam, sicuti succinum; et hinc nominatur ϣⲁⲗ. Mirum vero est, ab Aegyptiis lapides pretiosos eodem vocabulo insigniri. Πⲓⲁⲗ enim ipsis est lapis quidam pretiosior, Apocal. cap. II. 17, ubi in Graeco textu *ψῆφος*. Idem vocabulum Graecum Exod. IV. 25 redditur ⲟⲩⲁⲗ, ubi non potest intelligi gemma sive la-

pillus pretiofus, fed culter quidam lapideus (*s*). Videtur ψῆφος defignare lapidem translucidum, quale eft *vitrum Obfidianum*, de quo *Plinius* Lib. XXXVI cap. 26, qui lapis ab *Arriano* in Periplo Maris Erythr. p. 3 appellatur ὁ Ὀψιανὸς λίθος. Sicuti Aegyptiacum ΟΥⲀⲖ five ΟΥⲒⲀⲖ, ita Graecorum ὕαλος, inde fortaffe ortum, fignificat lapidem pellucidum, non vero proprie vitrum noftrum. Vide Scholia ad *Ariftophanis* Nubes vf. 766 (*t*). Quod tamen cum dico, negare minime cupio, aut originem vitri effe antiquiffimam, aut etiam illud Aegyptiis bene notum fuiffe, quemadmodum populis aliis pervetuftis. Vide *Plinium* Lib. XXXVI cap. 26. Nihilominus dubium mihi manet, an huc merito referantur varia loca Sacri Codicis, ex. gr. Iob. XXVIII. 17, Deut. XXXIII. 18, 19, Ief. LIV. 12; etiam, an ufus vitri in conficiendis feneftris ad aetatem ita remotam affurgat. Certe *Montfauconius* Tom. III Antiq. Explic. pag. 103 et 104 aperte negat, feneftras vitreas fuiffe antiquitus in ufu (*u*). Vafa ex tali lapide confecta vocantur ἀγγεῖα ὑάλινα a *Paulo Aegineta* pag. 297. Eiusdem generis fuiffe creditur ὕαλος five ὕελος, cuius ufum in condendis mortuis apud Aethiopes memorant *Herodotus* Lib. III cap. 24 et *Diodorus Sic.* Lib. II pag. 102 (cap. 15], etiam

(*s*) Comparetur λίθος Αἰθιοπικός, de cuius ufu *Herodotus* II. 86 et *Diodorus Sic.* I. 91, c. n. *Weffelingii* ad locum utrumque.

(*t*) Conf. ad iftum l. *Kufterus*, et *Cuperus* in Epiftolis p. 279, ex cuius coniectura ὕαλος eft *cryftallus*.

(*u*) Non parum haec illuftrari poffunt ex Differtationibus *I. D. Michaëlis* et *Hambergeri*, in Commentariis Societ. Sc. Gottingenfis tom. IV p. 301 fqq., p. 484 fqq. De verbis Iobi legatur *A. Schultens*, item *H. Munthinge* in not. ad verfionem Iobi Belgicam p. 109. De loco Iefaiae confulendi *Doederlein*, *Dathe*, ipfe *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 2336, 2337.

etiam *Strabo* pag. 565 (*v*). Praefertim attendendum eft ad loca varia *Arriani* l. c. p. 4 ac feqq. ed. Hudfoni, ex quibus de vera indole ὑάλου Aegyptiorum iudicari poteft. Hinc κάτοπτρον et ἔσοπτρον a Copto vertuntur ⲟⲩⲓⲁⲗ 2 Cor. III. 18, Iac. I. 23. Locus uterque accipi folet de *fpeculo*. Obfervant tamen viri eruditi, in priori certe rectius intelligi *fpeculare*, per quod diftinctius cernuntur obiecta. Vide *Ioan. Oldermanni* Differtationem fuper 1 Cor. XIII. 12 (*w*). Hoc fortaffe Aegyptiis ⲓⲁⲗ. *Plinius* fcribit Lib. XXXVI cap. 17, *Theophraftus auctor eft, et translucidos lapides in Aegypto inveniri, quos Ophitae fimiles ait*, atque teftatur Lib. XXXVI cap. 22, *in Arabia quoque effe lapidem vitri modo translucidum, quo utuntur pro fpecularibus*. Vide et cap. 26, ac *Maillet* in Defcriptione Aegypti tom. II p. 334. Aegyptii nempe in humoribus five guttis concretis terreftribus, quales habebantur electrum, cryftallus et lapides pretiofi, fplendorem inprimis et pelluciditatem animadvertebant, et veluti fpeculorum ufum ea omnia praeftare credebant. Ex his omnibus, quae hactenus dicta funt, manifeftum fatis fit, ⲁⲗ effe Aegyptiis *humorem*, *fuccum*, *concretum et condenfatum*. Erit igitur ⲓⲁⲗ lapis

(*v*) Plura dabunt *Hemfterhufius* ad *Thomam M.* p. 862, 863, *Weffelingius* ad *Herodotum* ac *Diodorum* l. c.

(*w*) Edita eft Helmftadii a. 1719. Argumentum differtationis praecipuum legi poteft in *Wolfii* Cur. Phil. ad Pauli l. c. Integra vero recufa eft in Thefauro Novo Theologico Philologico, quem *Hafaeus* et *Ikenius* ediderunt, tom. II p. 829—836, ubi tamen attribuitur *I. C. Harenbergio*. Rectene, an fecus, non dicam. At vero fallitur *Fabricius* in Bibliogr. Antiq. p. 1001, ex una eademque differtatione binas diverfas effingens. Praeeunte tanto Viro, erraffe alios, mirum nihil eft. Meliora addifcere potuerant ab *Ikenio*, qui in explicanda voce ἔσοπτρον ab *Oldermanno* aut *Harenbergio* diffentit, tom. I Differt. Philol. Theol. p. 555—560.

lapis *αὔγασμα* transmittens, *διαυγὴς*, *διαφανὴς*, ficuti Graeci loquuntur. In Epigrammate DLXXII: Anthologiae meae MS., *διαύγεος ἐξ ἀμεθύςου*. *Achilles Tatius* Ἐρωτικῶν Lib. IV p. 269, *ἀρυσάμενος οὖν ὑάλου τῆς διαφανοῦς κύλικα*. *Agatharcides* de Mari Rubro p. 54, *ἐν δὲ ταύτῃ γίνεται τῇ νήσῳ καὶ τὸ καλούμενον τοπάζιον. ἔςι δὲ τοῦτο λίθος διαφαινόμενος, ὑάλῳ προσεμφερὴς, ἡδεῖαν ἐν χρυσῷ θεωρίαν ἀποδιδούς*, ubi vide *Hudſoni* annotationem. *Arrianus* in Periplo Maris Erythraei p. 32, *καὶ λιθία διαφανὴς παντοία, καὶ ἀδάμας, καὶ ὑάκινθος κ. λ.*, et p. 35, *γίνεται δὲ ἐν αὐτῇ πινικὸν, καὶ λιθία διαφανὴς, καὶ σινδόνες*. Hinc illuſtrari poterit *Tertullianus* in Apologetico cap. XXXV p. 32 [297, 298] ſcribens: *Iam ſi pectoribus ad translucendum quandam ſpecularem materiam natura obduxiſſet*, cet. Sed revertendum ad vocem *Sacal*, et dicendum quoque de priore eius parte. ϪⲰⲔ vero et ϪⲎⲔ, aut plenius ϪⲰⲔ ⲈⲂⲞⲖ, eſt *perficere*, quod vocabulum et derivata admodum vulgaria ſunt atque ubique occurrunt (*x*). Eſt ergo ϪⲎⲔⲀⲖ, *Sacal*, *gutta concreta*, *quae ad maturitatem perfectionemque pervenit*. Tale autem quid eſſe electrum, adeoque recte ϪⲎⲔⲀⲖ ab Aegyptiis vocari, nemo negabit.

SACATOS. *Ros marinum* infructuoſum. *Apuleius* de Herbis cap. 79.

ΣΑ'Λ. *Myrrha*. Nomen Aegyptiacum eſſe ϢⲀⲖ; non vero ⲂⲀⲖ, ut per errorem incaute alii *Plutarcho* dixerant, iam ſupra [p. 49 et 249] monui.

ΣΑΛΗ' appellatur ea, *quae ſanae mentis non eſt*. Ita

(*x*) Exempla dabit *La Crozius* in Lex. p. 165, 170.

Ita certe *Palladius* in Historia Lausiaca cap. XLII p. 96 edit. Meursii, Σαλή. οὕτω καλοῦσι τὰς παρχούσας. Quae verba *Hervetus* interpretatur: *unam habemus Salem. Sic enim vocant illic* (in Aegypto), *quae non sunt sanae mentis.* Rem ita se habere, ex historia ipsa satis perspicitur. Confer versionem *Herveti* p. 99. ϬⲀⲖⲈ dicitur *claudus* in libris Coptorum. Ita in Fragmento MS. Parisiensi versionis Malachiae I. 8, etiam Matth. XI. 5, XV. 30, Act. III. 2, in quo ultimo loco verba Graeca, καί τις ἀνὴρ χωλὸς ὑπάρχων, Coptus interpretatur, ⲚⲈ ⲞⲨⲞⲚ ⲞⲨⲢⲰⲘⲒ ⲆⲈ ⲈϤⲞⲒ ⲚϬⲀⲖⲈ. Novi equidem istud *Lucretii* Lib. III v. 454, *Claudicat ingenium;* an vero Aegyptii eamdem illam vocem metaphorice transtulerint ad morbum aliquem animi, ignoro. Saltem huius dictionis exemplum eo significatu me reperisse, non memini. Habent ceteroquin Aegyptii plurimas voces ad eum designandum, qui non est sanae mentis. Μωρὸς, *stultus*, ipsis appellatur ⲤⲞϪ, quod tamen non tam morbi aut infirmitatis animi, quam potius convicii nomen est. Ἀνόητος, *insipiens*, dicitur ⲀⲦϨⲎⲦ, veluti Ps. XCIV. 8, et bene multis in locis, quasi dicas *hominem sine corde, vecordem. Mentis suae non esse compotem,* propria locutione dicunt ϨⲎⲦ ⲤⲒϨⲒ, quasi dicas *corde insanientem.* Sic Marci III. 21, ⲚⲀⲨϪⲰ ⲄⲀⲢ ⲘⲘⲞⲤ ⲠⲈ ϪⲈ ⲀⲠⲈϤϨⲎⲦ ⲤⲒϨⲒ, ἔλεγον γὰρ ὅτι ἐξέστη, 2 Cor. V. 13, ⲒⲤϪⲈ ⲀⲚⲤⲒϨⲒ ⲚϨⲎⲦ, ⲀⲚⲤⲒϨⲒ ⲚϨⲎⲦ ⲘⲪϮ, εἴτε γὰρ ἐξέστημεν, (ἐξέστημεν) Θεῷ. Denique μαίνεσθαι, cuius sunt varii gradus, Aegyptii dicunt ⲖⲒⲂⲒ et ⲖⲞⲂⲒ. Actor. XXVI. 24, ϪⲈ ⲀⲔⲖⲞⲂⲒ ⲠⲀⲨⲖⲈ ⲀⲠⲒⲘⲎϢ ⲚⲤϦⲀⲒ ⲀⲨⲪⲈⲢⲔⲖⲒⲂⲒ, *insanis Paule, multitudine literarum et scientiarum factum est,*

est, ut insanias, et cap. XII. 15, ⲛ̇ⲑⲱⲟⲩ ⲇⲉ ⲡⲉϫⲱⲟⲩ ⲛⲁⲥ ϫⲉ ⲁⲣⲉⲗⲟⲃⲓ, *illi autem dixerunt ei, insanis.* Versio dialecto Sahidica composita, quam servat Bibliotheca Oxoniensis, hoc loco habet, ϫⲉ ⲣ̄ⲗⲟⲃⲉ· Quae vox ⲗⲟⲃⲉ, *Lobe*, forte ipsa illa vox est, quam subinnuit *Palladius*; sed tum loco Σαλὴ scribendum esset Λαβή, quae discrepantia non est insignis. Arbitrium tamen esto penes alios.

SALEB. Crucem Aegyptiis hoc nomine dici, scripsit *Salmasius* in Lib. de Cruce. Ipsum *Salmasii* librum (y) ad manus non habeo; sed haec invenio apud *Gerh. Ioh. Vossium* in Harmon. Evang. Lib. II cap. VII § 12: *Nec vero crux solum figuram referebat Hebraei Tau, sed etiam Aegyptii. Qua de re* Salmasium *vide libro de cruce cap.* 245 *et seq. Vbi inter alia docet, idcirco non modo* Dei, *vel* Di, *appellari; sed etiam* Salebdi, *a crucis forma, quia* Saleb *Aegyptiis crux. Addit, forma hac saepius etiam occurrere in literis Aegyptiorum Hieroglyphicis, uti S. S. Patres annotarunt: ac aliquando etiam cum ansula inveniri, sicut Tavi Abyssinorum.* Aegre me habet, quod ipso *Salmasii* libro, dum haec scribo, mihi carendum sit. Nam quae apud *Vossium* ex libro illo citata legi, illustratione et emendatione egent. Quando igitur ait, crucem appellari apud Aegyptios *Dei* vel *Di*, id intelligit de litera, aut potius compendio duarum literarum, in Alphabetho Coptornm ϯ, quae, uti cernitur, figuram crucis refert, ac pronuntiatur *Ti.* Copti eam vocant *Di*, vel *Dei*, quia T mollius ad instar D pronunciare solent. Ceterum litera illa non origine Aegy-

(y) Epistolae *Salmasii* de Cruce, scriptae ad *Th. Bartholinum*, subnexae sunt huius dissertationi *de Latere Christi aperto*, ac primum vulgatae a. 1646.

Aegyptia eſt, ſed Graeca, compoſita quippe ex T et λ ſuperſcripto, uti etiam in Codicibus antiquis MSS. Graecis reperitur. Illam itaque Aegyptii poſt tempora Ptolemaeorum cum aliis Graecorum literis adſciverunt. Quae deinde addit de *Salebdi*, videtur ex *Kirchero*, atque hic ex Arabico hauſiſſe. Certe ubi ſubiicit, *Saleb* Aegyptiis dici *crucem*, Arabicam vocem cum Aegyptia confudit. Aegyptiorum ſermone *σαυροῦν crucifigere* dicitur ⲁϣ, ⲉϣ et ⲓϣⲓ. Galat. III. 1, ⲒⲎⲤ ⲠⲬⲤ ⲚⲀⲢⲈⲚ ⲚⲞⲨⲂⲀⲖ ⲈⲀⲨⲀϣϥ, *Ieſus Chriſtus ante oculum, qui crucifixus eſt*, et cap. V. 24, ⲚⲎ ⲆⲈ ⲚⲦⲈⲠⲬⲤ ⲒⲎⲤ ⲀⲨⲀϣⲤ ⲚⲦⲞⲨⲤⲀⲢⲜ, *qui ſunt Chriſti Ieſu, crucifixerunt carnem ſuam.* Apocal. XI. 8, ⲠⲒⲘⲀ ⲈⲦⲀⲨⲈϣ ⲠⲞⲨⲞⲤ ⲚⲘⲘⲞϥ, *ubi crucifixus eſt Dominus eorum.* Quod vero ad ſubſtantivum *σαυρὸν* attinet, id adeo venerantur boni Copti, ut ſemper, quoties in Libris Sacris occurrit, dictionem Graecam textus authentici retineant, et quidem, ut in paucis quibusdam aliis vocabulis ſanctioribus fieri ab illis conſuevit, per compendium ſcriptam (*z*). Dicerent vero Aegyptii crucem ϣⲉ *lignum*,

(*z*) In verſione Coptica, ſcripta dialecto Memphitica, *Crux* modo appellatur nomine Graeco Σταυρὸς, per compendium ſcribendi, modo ϣⲉ, et id quidem in narratione eiusdem hiſtoriae, uti Matth. XXVII. 32, 40, 42. Sed interpretatio Thebaica ſeu Sahidica ubique retinuit vocem Graecam, iis quoque in locis, ubi de poena crucis in verſione Memphitica uſurpatur verbum ⲁϣ aut ſimile, Ioh. XIX. 6, Matth. XX. 19, Act. II. 36, alibi. De more Coptorum, nomen Graecum Σταυρὸς ſuis in libris per compendium ita ſcribentium, ut e duabus literis ⲧ (vel potius

ⲧ

lignum, ut Genef. XL. 19, ⲉϥⲉ̀ⲁϣⲕ ⲉ̀ϫⲉⲛ ⲟⲩϣⲉ † *κρεμάσει σε ἐπὶ ξύλου.* Nam ⲁϣ et ⲋϣⲋ proprie fignificat *fufpendere de ligno*, quod etiam fit in poena crucis. *Saleb* eft vox pure Arabica. De qua haec habet *Herbelotus* in Bibliotheque Orientale artic. SALB fol. 747: *Salb* et *Salib. Ce mot Arabe, qui fignifie la Croix, fignifie indifferemment toutes fortes d'inftruments patibulaires. Les Chrêtiens s'en fervent feulement pour exprimer la Croix de N. S. Jefus Chrift. Ils appellent* A'id alfalib *la Fête de l'exaltation de la Croix, et* Salbout *le Vendredy faint, auquel N. S. a été mis en Croix.* Vide ibi plura, et in artic. SALIB fol. 748. b. *Michael Vanslebius* in Relatione itineris fui Gallici p. 411 memorat monafterium in vico fuperioris Aegypti Neygade, cui nomen fuerit *Deir il falib*, quod reddidit *Monafterium fanctae crucis.* Denique *Salmafius* fibi perfuadet, in vetuftis Aegyptiorum monumentis Hieroglyphicis reperiri figuram crucis etiam cum anfula. Non haec quidem eft peculiaris *Salmafii* fententia, fed quae ipfi communis eft cum *Kirchero*, *Laur. Pignorio* et aliis eruditis viris, quamque hi a veteris Ecclefiae Doctoribus acceperunt. Notum eft, quod *Rufinus* memoriae prodidit Lib. 11 Hift. Ecclef. cap. XXIX: *fignum hoc noftrum Dominicae Crucis, inter illas, quas dicunt ἱερατικὰς, id eft, facerdotales literas, habere Aegyptii dicuntur, velut unum ex ceteris literarum, quae apud ipfos funt, elementis. Cuius literae feu vocabuli hanc effe afferunt interpretationem:* Vita ventura. *Dicebant ergo hi, qui tunc admiratione rerum geftarum convertebantur ad fidem, ita fibi ab antiquis traditum, quod haec, quae nunc coluntur, tamdiu ftarent, quamdiu vide-*

† praefixa ⲥ) et ⲣ efficiant Monogramma, dixit *Mingarellius* ad Codd. Aegypt. reliq. p. XXIV.

viderent signum istud, in quo esset vita. Quibus similia habet *Socrates* Hist. Eccl. Lib. v cap. xvii, quae aut a *Rufino*, aut, ut ipse ait, ex traditione quapiam accepit (*a*). Crediderim, Aegyptios crucem illam appellasse ⲉⲣⲱⲛϧ ⲉϥⲛⲏⲟⲩ, quasi dicas *causam* efficientem *vitae venturae.* Cum vero ⲉⲣ in compositionibus Aegyptiorum significet et *efficere* et *esse*, postremo modo acceperunt, qui interpretati sunt *vitam venturam.* Et certum est, in Tabula Isiaca, quam erudite explicuit *Pignorius*, in lapide itidem, quem *Pignorius* in Commentario ad Tabulam Isiacam p. 9. b. adfert, et in omnibus fere Aegyptiorum vetustis monumentis figuram occurrere, quae crucis speciem referre videtur, hunc fere in (*b*) modum . Vid. *Pauli Lucae* Itinerar. tertium, Part. 1 p. 282, ubi saepius figura eadem cernitur. Sed difficulter credi potest, in illis vetustis Aegyptiorum monumentis, quae Vaticiniis plerorumque Prophetarum Iudaeorum antiquiora sunt, crucem reperiundam esse (*c*). Ipsa profecto illa figura speciem crucis non praebet, sed Graecae literae Tau cum globulo superimposito, quam multi pro ansula habent. Recte igitur ipse *Socrates* ea de re sub-

(*a*) Adde *Sozomenum* lib. vii Hist. Eccl. cap. 16. Inde lux accenditur *Suidae* in v. Σταυροί.

(*b*) Veteres quidam existimabant, figura ista repraesentari *oculum* et *sceptrum*, eamque pertinere ad Osiridem. Quapropter *Plutarchus* de Is. et Os. p. 354 scribit, regem ac dominum *Osirin* exprimi *oculo* et *sceptro* pictis; atque *Macrobius* lib. 1 Saturnal. cap. 21 pluribus verbis testatur: „ *Osirin* Aegyptii, ut *Solem* esse asserant, quotiens hieroglyphicis literis exprimere volunt, insculpunt *sceptrum*, inque eo speciem *oculi*, et hoc signo *Osirin* monstrant."

(*c*) Dubitare etiam videtur *Lipsius* de Cruce lib. 1 cap. 8, in notis.

ſubdubitavit. *Ego nequaquam exiſtimo*, inquit, *Aegyptiorum Sacerdotes, dum hanc crucis effigiem lapidibus inciderent, eorum, quae Chriſto eventura erant, notitiam habuiſſe.* Adeoque ſine dubio aliud quid per hanc ſuam figuram indicare voluerunt. Nec etiam Gentiles id agnoverunt, quod Chriſtiani ex hac figura conſpecta ſibi imaginabantur, etſi tale quid ſubinnuat *Rufinus*. *Socrates* ait: *Chriſtiani ſignum eſſe dicentes ſalutaris Chriſti paſſionis, propriam religionis ſuae notam, crucem ſcilicet, eſſe cenſebant.* Sequentia eius verba ita vertenda eſſe cenſeo: *Gentiles vero dicebant, quid Chriſto commune eſt cum Serapide? Si character ille crucem refert, crux illa alius rei ſymbolum erit Gentilibus, alius Chriſtianis.* Aliud myſterium hic latere, memoriae prodidit *Abenephius* Arabs, apud *Le Moyne* in notis ad Varia Sacra p. 862, 863. Auctor (*d*) *Hiſtoriae Coeli* putat, figura hac deſignari Nilometrium, Tom. I p. 51, 52. *Richard Pococke*, Deſcription of the Eaſt Vol. I p. 93, ſcribit: *Theſe ſtatues have each of them in one hand the croſſ with an handle, which is ſaid to repreſent the four Elements.* Aſſentior Doctiſſimo Viro *La Crozio*, Hiſtoire du Chriſtianiſme dans les Indes Liv. VI p. 430, ſq., exiſtimanti, figuras illas, quas pro crucibus habuerunt eruditi, nihil aliud eſſe, quam phallos, adeoque repraeſentare illam viri partem, quae generationi inſervit. Probat hoc ipſa characteris huius hieroglyphici figura, dummodo meminerimus, picturam Aegyptiorum valde rudem fuiſſe, quod monent veteres, quodque reſidua gentis huius monumenta teſtantur. Vero diſſimile non eſt, ex hac figura phallica deſumtum fuiſſe hunc Aſtronomorum characterem ♀, quo *Venerem* deſignant. Praeterea refert *Socrates*, eos, qui literarum hieroglyphicarum notitiam habebant, indicaſſe, characterem illum

(*d*) Abbas *Pluche*, idem ille, cui debetur *le Spectacle de la Nature.*

illum designare *vitam futuram*, in quo consentit *Rufinus:* idque verum puto; sed hoc phallo, sive μορίῳ τῆς γενήσεως αἰτίῳ, apprime convenit, quippe quo mediante *vita* producitur, quae nondum existit, sed tamen *futura* est. Vide, an huc etiam spectet illud *Plutarchi* de Is. et Osir. p. 365, δοκεῖ γεννητικῷ μορίῳ τὴν φύσιν ἐοικέναι τὸ θρίον. Ad haec, in sacris Serapidis, de cuius templo illic sermo est, phallos frequentes in usu fuisse, ipse *Socrates* observat capite praeced. XVI Lib. V, ubi de Theophilo Alexandrino Episcopo scribit: *Serapidis vero et aliorum deorum mysteria, quam ridicula essent, ostendit, phallos per medium forum sublimes ferri iubens.* Et in universum phallorum in sacris Aegyptiorum maximum usum fuisse, sicuti etiam character ille in omnibus fere Aegyptiorum monumentis conspicitur, et magna sub illo phalli symbolo latuisse mysteria, veteres omnes testantur: qua de re aliquid dicemus in articulo Φαλλός. Quod autem et *Rufinus* et *Socrates* narrant, *aliis literis hieroglyphicis* Aegyptiorum *indicatum fuisse, finem tunc habiturum Serapidis templum, cum nota crucis apparuisset*, et fictionem magnopere sapit, et sibi ipsi repugnat. Si enim character ille crucem repraesentat, ab initio conditi templi crux conspecta fuit; si vero nota crucis non apparuit, nisi cum templum Serapidis esset diruendum, quod historiae a *Rufino* et *Socrate* narratae congruit, character ille in templo Serapidis ab antiquo pictus, signum crucis neutiquam haberi potuit.

ΣΑ'ΜΨΥΧΟΣ, ΣΑΜΨΥΧΟ'Σ, ΣΑΜΨΟΥΧΟΣ. Varie enim scribitur nomen. *Hesychius*, Σαμψοῦχος, πλείςη γίνεται ἐν Αἰγύπτῳ, ἄλλοι δὲ μάραθον καλοῦσιν αὐτήν. Vbi *Guietus* et *Salmasius*, pro μάραθον, legendum esse iudicant ἀμάρακον. Quam in rem adducunt verba *Dioscoridis* Lib. III cap. 47, Σάμψυχον κράτιςον τὸ Κυζικηνὸν καὶ Κύπριον, δευτερεύει

ρεύει δὲ τούτου τὸ Αἰγύπτιον. καλεῖται δὲ ὑπὸ Κυζικηνῶν καὶ τῶν ἐν Σικελίᾳ ἀμάρακον; et haec *Servii* in *Virgilii* Aen. I. 697 (*e*): *Amaracus puer regius unguentarius fuit, qui casu lapsus, dum ferret unguenta, maiorem ex confusione odorem creavit, unde optima unguenta* Amaracina *dicuntur. Hic postea in herbam* Sampsychum *dicitur versus, quam nunc* Amaracum *dixit. Plinius* Lib. XXI cap. 11, *Amaracum Diocles Medicus et Sicula gens appellavere, quod Aegyptus et Syria Sampsuchum.* Idem eodem Libro cap. 22, *Sampsuchum sive Amaracum. Columella* Lib. x vs. 171, *Nataque iam veniant hilari Sampsucha Canopo.* De Amaraco Aegyptia loquitur *Athenaeus* Lib. xv p. 676. *Sampsuchum* nomen esse Aegyptiorum, testatur *Plinius* l. c. (*f*). Videndum, an *Sampsuchum* dictum fuerit ⲥⲁⲙⲡⲥⲱϫⲉⲛ *sampsochen*, tanquam dicas *herbam unguenti*, vel *unguentariam* (*g*).

ΣΑΜΦΩ'Σ. *Hippomarathrum.* Appendix *Dioscoridis* Lib. III cap. 82 [p. 455].

SANT vel SANTH, *Acacia* aut *Spina Aegyptia.* Quamvis hoc nomen in libris antiquis Graecorum et Latinorum non occurrat, meretur tamen hic attin-

(*e*) Plura dabunt interpretes *Hesychii* v. Σαμψοῦχος, inprimis *Alberti*. Legendus omnino *Salmasius*, de Sampsucho eiusque nomine prolixe disputans, in Exercit. de Homon. Hyles Iatr. cap. XIII toto.

(*f*) Nec dubitant alii, in quibus *Caryophilus* Differt. Misc. p. 191. Aegyptios sua lingua *Sampsuchum* appellasse Σοφό, testatur scriptor appendicis ad *Dioscoridem* p. 454.

(*g*) *Vnguentum* ab Aegyptiis dictum esse ⲥⲱϫⲉⲛ sive ⲡⲥⲱϫⲉⲛ, certo novimus; non item, an ⲥⲁⲙ significarit *herbam*, nisi ⲥⲓⲙ et ⲥⲙⲉϩ, quas voces ea notione poni docet Lexicon, non discrepare existimentur.

tingi, quandoquidem recentiores passim nominis huius mentionem faciunt, Hebraei autem suum שטה et Arabes شنط ab Aegyptiis videntur accepisse. In Mémoires des Missions tom. II part. I p. 187 et tom. V p. 220 appellatur *Santh.* Sed ab aliis *Sant* dicitur. Audiamus *Prosperum Alpinum* de Plantis Aegypti pag. 6, haec scribentem: „ Acacia, quam *Sant* Aegyptii appellant, in Aegypti locis a mare remotis nascitur; huiusque arbores copiosissimae in montibus Synai penes rubrum mare positis proveniunt. Sine dubio hanc arborem esse veram antiquorum Acaciam vel Spinam Aegyptiam, ex notis affirmandum est: praecipueque, quia nulla alia arbor spinosa in Aegypto reperitur, quae magis notis Acaciae tributis respondeat. Crescunt ad mori magnitudinem, ramosque sursum latius expandunt." Quae observatio quam sit utilis, deinde nobis patebit. Idem nomen *Sant* servarunt alii plures. *Vanslebius* pag. 17 scribit *Zante.* Minus recte *Rauwolffus* in Hodoepor. Part. I p. 114, et Part. II p. 138 et 173, scribit incolis dici *Schack*, Arabibus *Schamuth.* Corrupte quoque nomen scribitur in *P. Lucae* Itinerario primo, Part. I p. 75, et ab aliis. *Pococke* Tom. I Itiner. p. 69 et 205 habet *Sount*, quod accedit propius ad nomen Aegyptiacum. Fuit hoc ϣⲟⲛⲧ, qua voce appellantur *spinae* in versione Coptica Genes. III. 18, Matth. VII. 16, Hebr. VI. 8. Iam vero *Acacia* erat Mimosa *spinis* geminatis distinctis, foliis duplicato-pinnatis, ut *Alpinus* et alii monuerunt. Hinc arbor dicitur Ἄκανθα ab *Herodoto* Lib. II cap. 96, *Dioscoride* Lib. I cap. 133, scribente, Ἀκάκια φύεται ἐν Αἰγύπτῳ, Ἄκανθα ἐστι δενδρώδης κ. τ. λ., a *Paulo Aegineta* Lib. VII pag. 229 Ἄκανθα Αἰγυπτία, qui addit, dici ab aliis Arabicam, atque a *Plinio* Lib. XIII cap. 9 *Spina.* Missis iam reliquis, tantum haec *Servii* adiungam ad *Virgilii* Lib. II Georg. v. 119, „ *Acanthus* arbor est in Ae-

gypto ſemper frondens, — *Acanthus* dicta, quae *ſpinis* eſt plena. " Ex antiquiſſimo nomine Aegyptiaco ſuum سنط vel شنط deinde derivaſſe videntur Arabes, qui hanc arborem ſuo ſermone appellant قرظ *kharad.* In codice MS. *Abu' lFadli* de Medicina et re Botanica, qui quondam fuit *Iacobi Golii*, nunc ſervatur Vpſaliae, aperte legitur, قرظ eſſe nomen Arabicum *Spinae* arboreſcentis, Aegyptiis vero صنط *ſant* dici. Hoc me docuit, cui tam multa debeo, meus *La Crozius.* Non dubito, quin et Hebraicum vocabulum שִׁטָּה ſive שִׁטִּים denotet quoque *Acaciam*, contractum ex שִׁנְטָה, ortumque ex Aegyptiaco ϣⲟⲛϯ. Non neſcio, aliter viſum fuiſſe viris eruditiſſimis, arbores שִׁטִּים explicantibus de laricibus, citris, pinis, cedris. Poſtremam ſententiam approbarunt *Villalpandus*, *Pfeiſſerus*, *Cocceius*, multi alii, in quibus etiam *Vitringa* Tom. II in Ieſaiam p. 410, monens, Spinam Arabicam ſive Aegyptiam tam craſſam non fuiſſe, ut columnae et aſſeres Tabernaculi ex ea confici potuerint. Attamen teſtatur *Herodotus* l. c. malos navium Aegyptiarum ex Spina confectos eſſe, et *Hieronymus* in Comment. ad Ioel. III. 18 tam grandes eſſe iſtas arbores ſcribit, ut latiſſima ex illis tabulata caedantur. Addit *Theophraſtus* Lib. IV Hiſt. Pl. cap. 3, Spinam eſſe arborem magnitudine excellentem, quippe duodecim cubitorum, et tectis navibusque faciendis idoneam. Quibus teſtimoniis ſi obſervationes recentiorum periegetarum de Spinis Aegyptiis et Arabicis adiunguntur, difficultas a Cl. *Vitringa* aliisque obmota plane tollitur. Quotquot hactenus tentarent originem et notionem vocis שִׁטָּה invenire in lingua Hebraea, fruſtraneam navarunt operam. Quaerenda multo potius

tius eſt in Aegypto, uti ſupra indicavi. Ex ϣⲟⲛϯ facile natum שׁנטה, et ex hoc contractum שׁטה. Quod ſi verum eſt, ultro quisque intelligit, me non inconſulto hic dixiſſe de nomine patrio Acaciae ſive Spinae Aegyptiacae, de qua conſuli velim *Salmaſium* in Exercit. Plinian. pag. 369—385, et de Homonymis Hyles Iatr. cap. CIII (*h*).

SAPON. *Advena*, vel *Advenae.* Quod ex *Plinio* diſcimus, qui Lib. VI cap. 30: *Inde dierum duodecim Eſar, Aegyptiorum oppidum, qui Pſammetichum fugerint. — Bion autem* Sapon *vocat, quod ille* (Ariſtocreon) *Eſar, et ipſo nomine* advenas *ait ſignificari.* Ita editio, qua utor, *Dalechampii.* Quae ſi genuinam lectionem prae ſe fert, nominis huius nec difficilem, nec longe petitam rationem reddere poterimus. Namque dialecto Sahidica, vel ſuperioris Aegypti, ⲡⲱⲱⲛⲉ dicitur ἡ *μετοικεσία, transmigratio*, in codice MS. de Myſt. Liter. pag. 25 (*i*). ⲥⲁⲡⲱⲱⲛⲉ vel ϫⲁⲡⲱⲱⲛⲉ, quod idem eſt,

(*h*) Operam minime ludet, qui cum hiſce comparet *Rauwolffi* Floram Orientalem p. 63, 64, *Th. Haſaei* Syllogen Diſſert. et Obſervat. Philol. p. 170—252, *O. Celſii* Hierobotan. part. II p. 498—504, et *S. H. Manger* in Diſſert. de iis, quae ex Arabia in uſum Tabernaculi fuerunt petita (Trai. ad Rhenum a. 1753) p. 4—11, recuſa in Germania, meritoque laudata a *Roſenmullero* in Scholiis ad Exod. XXV. 5, ſed minus recte adſcripta tamquam auctori Cl. *S. Ravio.* Cum *Celſio*, *Shawio* ac reliquis, *Sittim* intelligentibus de Acacia ſive Spina Aegyptia, facit *Adanſon* in Comm. Acad. R. Scient. Pariſ. a. 1773 p. 12. Vides, homines doctos noſtra aetate iviſſe in *Hieronymi* ſententiam, probabilem illam, ſed diu reiectam.

(*i*) Confer *La Crozii* Lexicon p. 190, item verſionem N. T. Sahidicam Matth. I. 11, 12, 17, ubi legitur ⲡⲓⲱⲱⲛⲉ. Graecum *μετῴκισεν* Act. VII. 4 in ea redditur ⲁϥⲡⲟⲟⲛⲉϥ.

eſt, per idiotismum Copticum, ſignificat *homines transmigrationis*, τοὺς τῆς μετοικεσίας. Quod Latini non melius quam *advenas* exprimere poſſunt. Poſſet etiam *Sapon* vel *Sopon* exponi ϫⲱ ⲡⲱⲛⲉ, *Caput transmigrationis*. Erat enim urbs princeps illius regionis, quam occupaverant Sebritae, de quibus deinde dicetur.

SARABAITAE. Monachorum aliquod in Aegypto genus, quod ita deſcribit Auctor ſermonum ad Patres in Eremo ſerm. XXI, Opp. *Auguſtini* Tomo X col. 1314: *Tales fuerunt illi* Sarabaitae, *de quibus tertio nobis ſcripſit pater* Hieronymus, *quorum genus eſt omni affectu vitandum. Ipſi denique in Aegypto erant in foraminibus petrarum habitantes, induti porcorum et boum pellibus tantum, cincti funibus palmarum, ſpinas ad calcanea portantes ad cingulum ligatas, diſcalceati et ſanguine cruentati cavernas exeuntes, ad feſtum ſcenopegiae pergebant Hieroſolymam, et Sancta Sanctorum intrantes, paupertatem et abſtinentiam praedicabant omni affectu ſervare, barbas poſtea in conſpectu hominum, ſine redemtione evellere feſtinabant, et ſic acquiſita fama et lucro ad propria remeabant, ſolitarie gaudentes et epulantes ſupra id quod explicare poſſumus.* Ipſe *Hieronymus*, quantum ſcio, *Sarabaitarum* nuſpiam nomine meminit; ſed facile apparet eſſe eosdem, quos in Epiſtola ad Euſtochium appellat *Remoboth*, et de quibus ſuo iam loco [p. 229, 230] dictum eſt. Illi igitur vocabantur in Aegypto non tantum *Remoboth*, ⲣⲉⲙⲛⲟⲩⲱⲧ, ſed etiam *Sarabaitae*, ſive ipſi hoc nomen ſibi adſciverint, ſive iis impoſitum fuerit ab aliis. De his *Hieronymus* in Epiſtola indicata: *Inter hos ſaepe ſunt iurgia, quia, ſuo viventes cibo, non patiuntur, ſe alicui eſſe ſubiectos. Re vera ſolent certare ieiuniis, et rem ſecreti victoriae faciunt.* Eorumdem mentionem facit *Iohannes Caſſianus*,

mus, qui et nominis rationem paulo accuratius exponere videtur, Collat. Lib. XVIII cap. VII: *emerſit iſtud* Sarabaytarum *genus*, *qui ab eo*, *quod ſemetipſos a coenobiorum congregationibus ſequeſtrarent*, *ac ſigillatim ſuas curarent neceſſitates*, *Aegyptiae linguae proprietate* Sarabaytae *nuncupati ſunt.* Meminit eorumdem praeterea *Benedictus* in regula cap. I, *Odo Cluniac.* Lib. III Collat. cap. 23, *Petrus Damianus* Lib. V Epiſt. IV, *Iſidorus* de Eccleſ. Offic. Lib. II cap. 16. Vide *Mich. Le Quien* Prolegom. ad *Ioh. Damaſceni* Opera § X pag. VII. Adde *Caroli du Fresne* Gloſſarium Mediae Latinitatis in SARABAITAE, qui praeter alia etiam haec affert ex Gloſſis MSS. *Sarabaitae*, *renuentes aliorum Diſciplinam* (*k*). *Michaël Le Quien* vocabulum hoc ex Syriaco ſermone exponi poſſe putat (*l*). Verum ex *Caſſiano* audivimus, eſſe vocem Aegyptiacam, et ex proprietate illius linguae ſic nuncupari eos, *qui ſemetipſos a coenobiorum congregationibus ſequeſtrent*, *ac ſigillatim ſuas neceſſitates curent.* Vereor quidem, ne *Caſſianus* duo nomina, monachis his imponi ſolita, invicem confuderit. Nam id, quod hic de *Sarabaitis* praedicat, vere indicatur voce *Remoboth*, quae innuit *viros ſolitarios*, coenobia vitantes, et *ſigillatim victitantes.* Hos vero *Remoboth* a *Sarabaitis* diverſos non eſſe, ſupra iam monui, et id ipſum quoque obſervavit *du Fresne* loco cit. Origo nominis non eſt mihi explorata. Novi ϧⲁⲣⲁⲃⲁⲓ in lingua Aegyptiaca ſignificare *tonitru*, Pſ. CIII. 7, Marc. III. 17, Ioh. XII. 29 et alibi; ſed ex hac voce non video nomen *Sarabaitarum* ſatis commode poſſe illuſtrari.

ΣΑ′-

(*k*) Acerbum *Marci Ant. de Dominis* iudicium de *Sarabaitis* legitur in *Binghami* Origin. Eccleſ. vol. III p. 17.
(*l*) Ita ante eum *Bochartus* part. II Hieroz. lib. IV cap. 14 p. 550.

ΣΑ'ΡΑΠΙΣ. Vide brevi post in v. *Serapis*.

ΣΑ'ΡΙ, *Iuncus*, crescens in maribus et locis palustribus, byblo sive papyro similis. *Theophrastus* Hist. Plant. Lib. IV cap. 9, de iis, quae in Aegypto nascuntur, differens, ait, Τὸ δὲ σάρι φύεται μὲν ἐν τῷ ὕδατι περὶ τὰ ἕλη καὶ τὰ πεδία, ἐπειδὰν ὁ ποταμὸς ἀπέλθῃ· ῥίζαν δὲ ἔχει σκληρὰν καὶ συνεστραμμένην· καὶ ἐξ αὐτῆς φύεται τὰ σάρια καλούμενα. *Hesychius*, Σάριν, vel Σάρι, φυτόν τι γινόμενον ἐν τοῖς κατ' Αἴγυπτον ἕλεσι. *Plinius* Lib. XIII cap. 23, *Fruticosi est generis et* Sari *circa Nilum nascens*, *duorum ferme cubitorum altitudine*, *pollicari crassitudine*, *coma papyri*, *similique manditur modo* (*m*). Ex ista *Sari* conficiebantur Psiathi aliaque multa a Monachis et Eremitis; unde frequens iunci mentio reperitur in regulis Monachorum Aegyptiorum. Quoniam *Sari* papyro est similis, ut *Theophrastus* l. c. observat, venit nonnunquam nomine *bybli* et *papyri*, a qua tamen differt, qua de re videndus *Melch. Guillandinus* in Commentario in *Plinium* de Papyro Memb. VII p. 202, 203, edit. Amberg. 1613. Observari potest, *Sari Kamisch kassaki*, Turcice dici *Cosacos calami* vel iunci *fulvi*. Vid. *Demetrius Cantemerius* in Historia Impp. Osmaniadarum p. 402, not. 10, et Parte II p. 435 ed. Germ. Quoniam in illis Coptorum libris, qui in nostris manibus sunt, iunci illius mentio non fit, mirandum non est, nomen illud non occurrere separatim. Sed occurrit tamen in compositione. Cum enim mare, quod vulgo appellatur rubrum, sinus nempe Arabicus, perpetuo in Coptorum libris dicatur

ⲫⲓⲟⲙ

(*m*) In *Hesychio* vulgatum est, Σαρίν· σαρὸν, φυτόν κ. τ. λ. ad q. l. vide *Albertium*. Pro σαρὸν legendum σάρι, et in *Plinii* verbis *frutectosi* pro *fruticosi*, monet *Salmasius* in Exerc. Plin. p. 706.

ⲫⲓⲟⲙ ⲛ̀ϣⲁⲣⲓ, *Mare Sari*, cuius exempla occurrunt Exod. x. 19, xiii. 18, xv. 4, Pſalm. cvi. 7, 9, 22, ego quidem exiſtimo, Aegyptios mare illud ſua lingua a iunco cognominaſſe. Et videntur Hebraei id ab Aegyptiis accepiſſe, utpote qui pariter idem mare vocitare ſolent ים סוף, id eſt, ut non pauci interpretantur, *mare iunceum*. Ita *Aben Ezra*, citatus a *Fagio* in Exod. xiii. 18: *Dicunt nonnulli mare vocari eo nomine, quod per eius circuitum naſcuntur papyri*; et *R. Salomo* apud eumdem: soph *iuncum ſignificat, quo nomine mare illud appellatur, quod calamorum et papyrorum copia in eo naſcatur.* Et hanc quidem denominationem rei ipſi apprime congruere, teſtatur *Vincentius Le Blanc* Itinerar. Lib. 1 cap. 8, ubi hunc in modum ſcribit: *Iuxta mare rubrum magnam arundinum copiam creſcere, quibus progreſſu temporis procreantur inſulae, indeque ad littus laborioſe appellitur.* Adde *Thevenot* Voyage Part. 1 Lib. 11 cap. xxxiii p. 552 (*n*). An eadem de cauſa Nilo fluvio nomen *Sori* vel Σίρι impoſitum fuerit, diſquirere operae pretium eſt. Vid. in v. Σίρις.

SAVSES. Monachorum erat quodpiam genus in Aegypto, de quo *Hieronymus* haec memoriae prodidit in Epiſt. ad Euſtochium de cuſtodia virgin. pag. 44: *Tria ſunt in Aegypto genera Monachorum. Vnum* Coenobitae, *quod illi* Sauſes *gentili lingua vocant, nos* in commune viventes *poſſumus appellare.* Vbi omnium primo de vera et genuina vocis iſtius lectione diſpiciendum eſt. Vulgaris lectio eſt *Sauſes*, quomodo vocem hanc etiam repraeſentat praeclara *Martianaei*

(*n*) His ſimilia eiusdemque generis alia dedit *Iablonskius* in Diſſ. v de Goſen § 10, et in Panth. Aegypt. part. 11 p. 151—153. Quae ſua manu libro de Goſenitide adlevit, in editione nova cum lectore communicabo. Poteſt conferri *Scholzius* in Repert. f. B. u. M. Lit. xiii. p. 13.

naei editio. Codices quidam manu exarati, quos ipſe conſului, legunt *Sauhes*, alii *Sauches*. Optimae vero et antiquiſſimae membranae in Bibliotheca Regia Berolinenſi exhibent *Sahues*. Ex quibus vera lectio erui poteſt, quam puto eſſe *Sauhes*, vel per transpoſitionem *Sahues*. Quantum memini, ⲟⲩⲉϩ *Socium* et *Aſſeclam* deſignat; ſed locus, in quo vocabulum hoc ſenſu reperiatur, mihi iam non occurrit. Ceteroquin ⲟⲩⲁϩ vel ⲟⲩⲉϩ ſignificationem habet *adiungendi*. ⲡⲓϣⲉⲙⲙⲟ ⲉ̇ⲑⲟⲩⲉϩ ⲉ̇ⲣⲱⲧⲉⲛ, *ὁ προσήλυτος ὁ προσκείμενος ἐν ὑμῖν*, Levit. XVI. 29, XVII. 8, 10; Levit. XX. 2, ⲛⲓϣⲉⲙⲙⲱⲟⲩ ⲉ̇ⲧⲁⲩⲟⲩⲟϩ ϧⲉⲛ ⲡⲓⲥⲗ̅. Adde XXV. 6. Vnde ⲟⲩⲁϩ dicitur *ſequi aliquem*, vel, quod idem eſt, *ſe iungere alicui*. Communi dialecto id dicitur ⲙⲟϣⲓ ⲛ̀ⲥⲁ, *vadere poſt aliquem*. Ita fere in Novo Teſtamento Coptico exprimitur et redditur *τὸ ἀκολουθεῖν*. In dialecto vero Thebaidos, vel Aegypti ſuperioris, loco illius dictionis fere ſemper reperitur ⲟⲩⲁϩ. Quod exemplis nonnullis declarabo. Act. XII. 8, verba *ἀκολούθει μοι*, in verſione communis dialecti redduntur ⲙⲟϣⲓ ⲛ̀ⲥⲱⲓ, *vade poſt me*. Verſio autem Thebaica MS. ita habet, ⲛ̇ⲅⲟⲩⲁϩⲕ ⲛ̀ⲥⲱⲓ, *adiunges te ad me*. Verſu 9 eſt in Graeco *ἠκολούθει*, quod vertit interpres Coptus vulgatus, ⲁϥⲙⲟϣⲓ ⲛ̀ⲥⲱϥ, *ambulavit poſt illum*. Verſio Thebaica habet ⲁϥⲟⲩⲁϩϥ ⲛ̀ⲥⲱϥ, *adiunxit ſe illi*, vel *adiunxit ſe poſt illum* (*o*). Occurrit

(*o*) In eadem verſione Sahidica, nunc edita, ⲟⲩⲁϩ eadem notione extat Act. XIII. 43, ac frequenter in libris Euangeliographorum.

rit etiam ⲟⲩⲏϩ, *ueh*, ut Actor. XXI. 36, ⲡⲗⲁⲟⲥ ⲅⲁⲣ ⲧⲏⲣϥ ⲟⲩⲏϩ ⲛ̀ⲥⲱϥ, ubi in Graeco est, ἠκολούθει γὰρ τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ. Non temere autem dixi, vocem hanc proprie significationem habere *adiungendi*, utpote quod ex aliis locis colligere licet. In Codice MS. Psalm. LXI. 6 Graeca haec verba, Ἡμέρας ἐφ᾽ ἡμέρας βασιλέως προσθήσεις, Coptus interpres sic vertit, ϩⲁⲛⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲉ̀ϫⲉⲛ ϩⲁⲛⲉ̀ϩⲟⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉ ⲡⲟⲩⲣⲟ ⲉⲕⲉ̀ⲟⲩⲁϩⲟⲩ. Eadem notione Matth. VI. 33, ⲛⲁⲓ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲉϥⲉⲟⲩⲁϩⲟⲩ ⲉ̀ⲣⲱⲧⲉⲛ, *haec omnia adiiciet vobis*, Luc. XII. 31, et aliis in locis bene multis. Vnde videtur esse ⲁϩⲟ *thesaurus*, ubi unum ad aliud adiicitur. Vid. Matth. XII. 35, XIX. 21, et alibi. Ex his intelligitur, ⲟⲩⲁϩ, vel ⲟⲩⲏϩ et ⲟⲩⲉϩ, significationem habere *adiungendi*, atque vocabulum eo sensu accipi, et de rebus, et de hominibus. Indicat igitur, ubi de hominibus usurpatur, aliquam *societatem*, *sodalitatem* et *communionem*, quae est adiunctio unius ad alium. ⲥⲁ ⲟⲩⲁϩ, *sa uah*, vel ⲥⲁ ⲟⲩⲉϩ, *sa ueh*, ex idiotismo Coptico, significabit igitur *hominem sodalitatis* vel *communionis*. Et id ipsum vocem hanc significare, luculenter indicat *Hieronymus*, scribens: *Sauses lingua gentili vocant*, *nos in commune viventes possumus appellare*. Ibidem eos opponit τοῖς *Remoboth*, i. e. *Solitariis*, vel *hominibus unitatis*, ut vocem illam suo loco [p. 229, 230] exposuimus. Paulo post idem sic pergit: *Veniamus ad eos*, *qui plures sunt*, *et in commune habitant*, *id est*, *quos vocari Coenobitas diximus*. Quae omnia originationem nostram egregie illustrant.

SAPHA. *Chamaeleon*. *Apuleius* de Herbis cap. 25.

ΣΑΦ-

ΣΑΦΘΑ'Σ. Ita legendum censeo in catalogo regum Thebaeorum apud *Syncellum* et in Graecis Eusebianis, pro eo, quod in vulgatis editionibus reperitur, Σιφωὴς, vel Σιφωάς. Interpretatur autem *Eratosthenes* nomen υἱὸς Ἡφαίςου, *filius Vulcani*; et recte, ut alibi (*p*) dictum est.

ΣΑΦΘΩ'. *Hyoscyamus.* Appendix *Dioscoridis* Lib. IV cap. 69 [p. 467]. Ita et *Apuleius* de Herbis cap. IV. *Kircherus* in Prodromo Coptico p. 149 ex *Apuleio* citat *saphta*, idque imperite plane explicat. Videndum tamen, an non herba ista vere appellata fuerit *saphta*, vel *saphtas*, quasi diceres *Vulcanalem*, vel *Vulcaniam* (*p*).

ΣΑΩ͂ΦΙΣ, κωμαςὴς, κατὰ δὲ ἐνίους χρηματιςής. *Eratosthenes* in catalogo regum Thebaeorum in Chronico *Eusebii* Graeco p. 21. Testatur ergo *Eratosthenes* nomen illud non uno modo exponi posse, et duas interpretationes adfert, sicut ratione aliorum vocabulorum fecit *Plutarchus* de If. et Osiride. Quod sine dubio ex diversa unius eiusdemque vocabuli pronuntiatione ortum est, quale quid etiam in Osiridis nomine *Plutarchus* observavit. De utraque *Eratosthenis* interpretatione aliquid addamus. Ait primo, Σαῶφις exponi posse κωμαςὴν, *comessatorem.* Vbi suspicari quis

(*p*) Vide *Vignolii* Chronol. Sacr. tom. II p. 764. Male illic, culpa typographi, legitur ⲥⲁⲫⲁϣ. In catalogo mendorum, vel ab operis, vel a correctore commissorum, scribitur nomen ⲥⲁⲯⲑⲁϣ. Iterum male. Est enim ⲥⲁⲫⲑⲁϣ.

(*q*) In descriptione *Hyoscyami* Aegyptiaci, quam dedit *Forskål* in Flora Aegyptiaco-Arabica p. 45, nihil omnino est, quod huic coniecturae subveniat et opituletur.

quis posset pro *κωμαςὴν* legendum potius esse *κομήτην*, *crinitum*, *comatum*, quod Epitheton ipsi Apollini suo Graeci et Romani frequenter tribuunt. De Ganymede in *Luciani* Dialogis Deorum Iuno ait p. 131 [215], *τὸν καλὸν κομήτην τοῦτον ἡ Ἴδη ἀνέθρεψε*, *formosum istum comatum Ida educavit*. Hoc ipsum Aegyptiis significare potuit ϫⲱ ⲟⲩϥⲱⲓ, *Chouphoi*. Observa autem, nomen Aegyptium, de quo sermo iam est, diversis modis scribi. Monuit certe *Perizonius* in Originibus Aegyptiacis cap. XIV p. 270 et seqq., modo scribi *Saophin*, ut in *Eratosthenis* Catalogo, modo *Suphin*, modo etiam *Cheopem*. Est vero ϫⲱ ⲟⲩϥⲱⲓ, qui *ponit capillum* vel *comam*. ϫⲱ vox notissima est, significat *ponere*, et de multiplici positione accipitur. ⲟⲩϥⲱⲓ vero dicitur *crinis*, *coma*. Ponere vero capillum est bene et ornate disponere. Ita *Ovidius* Lib. II Amor. El. VIII. 1,

Ponendis in mille modos perfecta capillis.

et Fastor. Lib. I vs. 406,

Pars aderant, positis arte manuque comis.

Itaque *Saophis* vel *Chaophis* significaret *ornandae comae studiosum*. Sed et simpliciter potest significare *κομήτην*, id est, capillos nutrientem et demittentem. Etenim Aegyptiis ϣⲏⲟⲩ, sive, quod idem est, ϣⲱⲟⲩ est *δασύς*, *hirsutus*, *pilosus*, et pleonastice ϣⲏⲟⲩϥⲱⲓ, *Sauphoi*. Ita 1 Corinth. XI. 15, ⲧⲉϩⲓⲙⲓ ⲇⲉ ⲛ̀ⲑⲟⲥ ⲉ̀ϣⲱⲡ ⲉ̀ⲣⲉ ϫⲱⲥ ϣⲏⲟⲩ, *mulier vero, si caput eius coma abundet*. Graecus textus habet, Γυνὴ δὲ ἐὰν κομᾷ. Sic versu praecedenti 14, ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ ⲅⲁⲣ ⲉ̀ϣⲱⲡ ⲉ̀ⲣⲉ ϫⲱϥ ϣⲏⲟⲩ, *vir*

vir enim, si in capite capillum nutriat. Hanc lectionem apud *Eratosthenem*, ut *Saophis* sit κομήτης, sive *comatus*, fateor mihi magis placere. Si vero retineatur κωμαςὴς, et illius interpretationis aliquam reddere poterimus rationem. Est autem κωμαςὴς, *comessator*, non tantum qui potui et crapulae indulget, sed et qui lusibus amatoriis deditus est. Vide, quae Critici observant ad illa notissima *Theocriti* [Eid. III. 1]

Κωμάσδω ποτὶ τὰν Ἀμαρυλλίδα.

Sic et Latini, uti *Apuleius* in Apolog. p. 279, *Habes crimen meum, Maxime, quasi improbi comessatoris, de sertis et canticis compositum.* Quo sensu si et *Eratosthenes* accepit κωμαςὴν, uti sane videtur, posset Σαῶφις exponi ϹⲀⲞⲨϤϹ, *Sauphi*, quasi dicas *osculatorium*, vel qui osculis, et lusibus huiusmodi amatoriis capitur. ϤϹ et cum articulo indefinito ⲞⲨϤϹ est *osculum*, et Ϯ ⲞⲨϤϹ, *dare osculum*, sive *osculari.* Vide Matth. XXVI. 48, 49, Luc. VII. 38, 45, Rom. XVI. 16, 1 Cor. XVI. 20. ϹⲀⲞⲨϤϹ dicitur, *qui est ad osculum*, i. e., *qui osculo capitur:* de quo usu particulae ϹⲀ, et quae idem innuit ϪⲀ, aliquoties diximus. Id ipsum Graecis significat Φιλήσιος, quod cognomen fuit *Apollinis* a Milesiis culti. Meminit *Conon* Narratione XXXIII, apud *Photium* in Bibliotheca [p. 441], sed ibi non satis recte editum est, ἔνθα βωμὸς Ἀπόλλωνος Φιλίου ἵδρυται. Legendum enim Φιλησίου. Et verte ea, quae modo praecesserant, καὶ αὐτὸν ἐφίλησεν ἐρασθεὶς Ἀπόλλων, *et amore eius captus, Apollo eum osculatus est.* Hinc Φιλήσιος postea cognominatus fuit. Docet hoc aperte *Varro* in Libris rerum Divinarum apud *Lutatium*, ab aliis dictum *Lactantium Placidum*, *Statii* Scholiasten in Thebaid. Lib. VIII p. 283. edit. Lindenbr. *Hic cum Apollinem osculatus fuisset, comprehen-*

sus

sus est ab eo, et accepta corona, virgaque vaticinari coepit. — Et Apollini Philesio pariter consecrata sunt templa, quae ab osculo Branchi, sive certamine puerorum, Philesia nuncupantur. Meminit etiam Apollinis φιλησίου *Macrobius* Saturnal. Lib. I cap. XVII p. 196. Ipsum *philematis* vocabulum inter blanda puellarum cognomina reponit *Lucretius* Lib. IV. 1162,

Simula, Silena ac Satyra est: labiosa, Philema.

Sed praeterea monet *Eratosthenes*, posse *Saophis* etiam verti Χρηματιστὴν, *pecuniae coacervandae studiosum*, vel *divitias congerentem.* Videtur itaque vox Aegyptia esse composita ex ⲁⲍⲟ, quod *thesaurum* notat, ut iam diximus in v. *Sauses* [p. 269], et ϥϣ significante τηρεῖν, *custodire.* ⲀⲌⲞϤϢ proinde, *Ahophi*, est *custos thesauri*, vel *qui thesauro sollicite incubat*, pecuniae corradendae intentus est. Ceterum memoria tenendum, nomen illius regis, quod *Eratosthenes* interpretatur, non uno modo scribi, ut *Perizonius* observat, et aliquando etiam χαῶφις. Nec sine ratione *Salmasius* monuit, in libro de Annis Climactericis, Χ literam nonnunquam nominibus praefigi apud Aegyptios, cuius rei exempla alibi suppeditabo. Si igitur et hic literam illam sive articulum praemittas voci, quam exposui, ⲁⲍⲟϥϣ, habebis χαῶφιν. Forsitan autem diversa illa nominis huius scriptio ac pronunciatio interpretationi diversae occasionem praebuit. Nam Σαῶφις innuit aut κομήτην, aut etiam κωμαστήν. Χαῶφις sonat χρηματιστήν (*r*).

ΣΒΩ'.

(*r*) Ex his observationibus poterit augeri annotatio *Iablonskii* de nomine Σαῶφις, in *Vignolii* Chronol. Sacra tom. II p. 759.

ΣΒΩ'. *Doctrina*. Ita *Horapollo* Hieroglyph. Lib. I cap. 38, Ἀφ' οὗ καὶ ἡ παιδεία παρ' αὐτοῖς Σβῶ καλεῖται· ὅπερ ἐστὶν ἑρμηνευθὲν, πλήρης τροφή. Ait ille, *Sbo* Aegyptiis dici *doctrinam*, id vero, si interpreteris, significare *plenum nutrimentum*. Quod ad prius attinet, id omnino verum est. ⲥⲃⲱ enim Aegyptiis *Doctrinam* sonat. Inde ϯⲥⲃⲱ, *dare Doctrinam*, id est, *docere*, et ϭⲓⲥⲃⲱ *accipere Doctrinam*, *seu discere*, et ⲡⲣⲉϥϯⲥⲃⲱ, διδάσκαλος, *Doctor*. Quae omnia frequentissime in N. Testamento Coptico occurrunt. Cum vero idem scriptor addat, vocem hanc ⲥⲃⲱ, recte excussam, significare *plenum nutrimentum*, id me non intelligere, fateor (*s*). Et si omnino vera est illa interpretatio, pertinet ad sacras et occultas Aegyptiorum scientias, quae, non magis ac scriptura Hieroglyphica, Oedipum hactenus nondum invenit.

ΣΕΒΕ'ΝΝΙΟΝ, corticosum, quod in summitate palmarum crescit. *Hesychius*, Σεβέννιον· τὸ ἐπ' ἄκρῳ τῷ φοίνικι φλοιῶδες γενόμενον (*t*). Non addit *Hesychius*,

(*s*) Intelligere sibi videbatur *D. W. Trillerus* in Observat. Criticis p. 465, opinatus, vocem Aegyptiacam Σβῶ apposite respondere Hebraicae שבע *sba* seu *sbo*, *saturitas*, a verbo שבע *satiari*. Assolet Medicus eruditus Aegyptiaca alia ex Hebraeis illustrare. Ex. gr. Ζύθος, de qua supra p. 76 ac seqq., etsi vox Aegyptia, magnam tamen habere affinitatem p. 198 opinatur cum שתה, unde שתי *compotatio* et שתיה *potus*.

(*t*) Saepius Σεβέννιον sive Σεβένιον in libris veterum Medicorum inveniri, docent *H. Stephanus* et *Foësius*. Conf. *Alberti* ad *Hesychium* v. Σεβέννιον. Originem vocis Graecam aut ignorant, aut certe tacent omnes; de Aegyptiaca conf. *Scholzius* in Repert. f. B. u. M. Lit. XIII p. 13.

chius, vocem esse Aegyptiacam, verum hoc res ipsa loquitur. ⲂⲈⲚⲤ enim est *palma* arbor. Exod. XV. 25, ubi in Graeco est, ἑβδομήκοντα ςελέχη φοινίκων, Coptus habet ⲟ̄ ⲛ̀ⲭⲁϥ ⲛ̀ⲂⲈⲚⲤ. Adde Ioh. XII. 13. ϢⲈ autem significat *lignum*. Ex quibus duabus vocibus Σεβέννιον esse compositum, id, quod *Hesychius* ad explicandum istud vocabulum affert, satis superque testatur. *Moschus* in Prato cap. CXX ex versione Latina (Tom. XIII Bibliothec. Patrum p. 1109) memorat *tres Anachoretas*, *indutos collobiis de Sibino*. Capitis huius textum Graecum dedit *Cotelerius* in Monumentis Tom. II p. 403, sed verba allata ibi desunt. Idem *Moschus* cap. CXXIII εὗρον αὐτόθι γέροντα φοροῦντα ἀπὸ σεβίνου κολλόβιον. *Paulus* Monachus Collectan. Lib. I. apud *Meursium* in Glossar. Graecobarb. voce Σεβένινον, οἱ πατέρες ἡμῶν, καὶ ὁ ἀββᾶς Παμβὼ, (quod nomen est Aegyptium) παλαιὰ πολύῤῥαφα ἐφόρουν, καὶ σεβένινα, νῦν δὲ πολύτιμα φορεῖτε. Occurrunt haec eadem in Apophthegmatibus Patrum. Vide *Cotelerii* Monumenta Tom. I pag. 491. Vnde patet, Monachos in Aegypto ex illa palmae cortice, quae erat in arboris summitate, sibi vestimenta confecisse. Inde, ut obiter id moneam, nomen videtur accepisse regio quaedam superioris Aegypti *Tabenne*, cuius incolae Tabennesiotae. *Palladius* in Histor. Lausiaca de Tabennesiotis p. 89 edit. Meursii, Ταβέννησίς ἐςι τόπος ἐν τῇ Θηβαΐδι οὕτω καλούμενος. Vbi non inepte *Meursius* corrigit, Ταβέννη τίς ἐςι τόπος, ex *Sozomeno* Lib. III cap. 13, et *Nicephoro* Lib. IX cap. 14. Videtur namque *Ταβέννη* dicta fuisse ⲦⲀⲂⲈⲚⲤ *regio palmarum* propter Monachos, qui ex palmis victitabant, et omnia, quibus utebantur, ex iisdem conficiebant. Alia dicentur infra v. Ταβέννη.

ΣΕΒΡΙΤΑΙ. *Advenae.* Ita haec vox (*u*) scribitur in editione *Strabonis* Casauboniana, Lib. XVI p. 530 [1115], Ἡ δ' ἐν βάθει τούτων χώρα, Τηνεσὶς λέγεται· ἔχουσι δ' αὐτὴν οἱ παρὰ Ψαμμιτίχου φυγάδες Αἰγυπτίων· ἐπονομάζονται δὲ Σεβρῖται, ὡς ἂν ἐπήλυδες. Et Lib. XVII p. 541 [1134], ἄλλην δ' εἶναι νῆσον ὑπὲρ τῆς Μερόης, ἣν ἔχουσιν οἱ Αἰγυπτίων φυγάδες, οἱ ἀποςάντες ἐπὶ Ψαμμιτίχου, καλοῦνται δὲ Σεβρῖται, ὡς ἂν ἐπήλυδες (*v*). Ad quae verba posteriora in margine haec nota adiecta est. „ *Scripti* Σεβρῖται. Vulgo Σεμβρῖται." Et haec tamen posterior lectio videtur praeferenda. Sed et huic praetulerim lectionem, quae Codices *Plinii* occupavit Lib. VI cap. 30, *Insula in Nilo Semberritarum, reginae paret.* Vnde veram huius vocabuli significationem, ut puto, expiscari potui. ⲂⲈⲢⲤ enim vox tritissima *novum* significat, ⲞⲤ vero *capere*, *accipere*. Erit igitur ⲞⲤⲘⲂⲈⲢⲤ, *simberi*, *qui nova capit*, puta *novas sedes*, uno verbo *novus Colonus*, vel simpliciter *Colonus*, qui novam regionem occupat. Et vero *Strabo* ait, vocem hanc significare ἐπήλυδας, *advenas*. Quantum ex collatione *Strabonis* cum *Plinio* colligere potui, insulae ipsi in Nilo sitae nomen erat Τηνεσὶς, sive Τενεσὶς (*w*), et forte etiam *Semberris*. Saltem insulae

(*u*) A *Ptolemaeo* lib. IV cap. 8 p. 114 appellantur Σεβᾶρδαι, et ab *Agathemero*, qui eumdem in recensendis Aethiopum populis, quem ille, servavit ordinem; Σεβρίδαι, lib. II Geograph. cap. 5.

(*v*) Iisdem verbis haec leguntur in *Eratosthenis* Πηγαῖς τοῦ Νείλου, a *Ioh. Fello* post *Aratum* editis p. 43, qui in notis monet p. 45, totum hunc locum ex *Strabone* decerptum esse.

(*w*) In Codice MS. *Strabonis* Mediceo, ut notavit *A. Gronovius*, legitur p. 1115 Τηνεσσίς. Idem ille Codex praebet p. 1134 Ψαμμητίχου, sed in loco altero Ψαμμιτίχου. De qua scripturae varietate notavit Cl. *Wesselingius* ad *Diodorum* lib. XIV cap. 35 et *Herodotum* lib. I cap. 105.

a

hae eius incolae dicti, *Semberritae*, quod et *Strabo* et *Plinius* testantur. *Tenupsin* vero *Plinii* diversam esse a *Tenesi* apud *Strabonem*, etsi aliud videbatur *Casaubono*, res ipsa docet. Insulae autem *Semberritarum* caput erat *Sapon*, idem fere significans, quod *Semberris*. Vide, quae ad vocem *Sapon* supra [p. 263, 264] monuimus.

ΣΕΘΩ'Ν. Nomen regis Aegyptiaci, de quo *Herodotus* Lib. II cap. 141 mirabilia narrat, sed minus vera. Nolo hic repetere, quae de *Sethone*, Vulcani sacerdote et rege Aegypti, atque de isto Historici loco monuerunt *Perizonius* in Origin. Aegypt. cap. XIII et *Vitringa* in Comment. in Iesaiam tom. I p. 318, 551, 552, tom. II p. 331. Adde *Vignolii* Chronol. Sacr. tom. II p. 315, qui tamen cum *Vsserio* aliisque non eadem sentit. De origine nominis Σεθῶν seu Σέθων Aegyptiaca non audeo quidpiam statuere, ne videar forte literarum similitudini nimium tribuere. Nota caeteroquin est vox ϹΗϮ, de qua deinde dicetur. Quamvis autem reges Aegyptiorum sibi frequenter nomina deorum sumerent, valde tamen ambigo, an quispiam eorum de Typhone, malo genio, voluerit appellari.

ΣΕΙ'ΣΤΡΟΝ. Vide infra in v. *Sistrum*.

ΣΕΛΕ'ΨΙΟΝ. *Vrtica*. Appendix *Dioscoridis* Lib. IV cap. 94 [p. 469].

SEMBERRITAE, iidem qui Σεβρῖται. Vide dicta ad hanc vocem [p. 276].

ΣΕΜΕ'Θ. *Cardamon*. *Nasturtium*. Videantur Appendix *Dioscoridis* L. II cap. 185 [p. 446, ubi Σέμεθ] et *Apuleius* de Herbis cap. XX. Sed ibi Codex *Vossianus* in Bibl. Leidensi exhibet *Sem*.

ΣΕΜΕΝΟΥΘΙ'. Hunc titulum libro cuidam suo

 Ae-

Aegyptiacum praefixit *Horapius*, cuius ſic meminit *Theophilus* ad Antolyc. Lib. II § VI p. 92 edit. *Wolfii*, *ὡς μέμνηται Ἀπολλωνίδης, ὁ καὶ Ὡράπιος ἐπικληθεὶς, ἐν βίβλῳ τῇ ἐπιγραφομένῃ Σεμενουθί.* Ad quem locum *Ioh. Fellus*, Epiſcopus quondam Oxonienſis, in editione ſua adnotaverat, uti *Wolfius* retulit, *ſemenouthi* in lingua Aegyptiaca denotaſſe *librum Deorum:* qua obſervatione nihil eſſe verius puto. Nam certe ϫⲱⲙ Aegyptiis eſt *liber*, ut in ipſo Evangelii Matthaei initio: ⲡϫⲱⲙ ⲙ̀ⲙⲓⲥⲓ, *βίβλος γενέσεως.* Ⲛⲟⲩϯ porro eſt *Deus*, et in plurali *Dii.* Erit igitur ϫⲱⲙⲛ̀ⲛⲟⲩϯ, *ſomennuthi*, Aegyptiace *liber Deorum.* In illo vero libro de Diis et Daemonibus Aegyptiis, deque eorum cultu, ac de antiquiſſimis temporibus diſputatum fuiſſe, *Theophilus* non obſcure indicat (*x*).

ΣΕΜΕΌΝ. *Lychnis coronaria.* Appendix *Dioſcoridis* Lib. III cap. 114 [p. 457].

ΣΕΜΕΏΝ. *Gnaphalion.* Appendix *Dioſcoridis* Lib. III cap. 132 [p. 459].

SEMMEOR. *Chamaeleon.* *Apuleius* de Herbis cap. XXV, ubi MS. *Voſſianus* legit *Semneor.* Auctor Arabs Vaticanus, apud *Kircherum* in Oedipo Tom. III p. 72, *ſamur* habet. In Appendice *Dioſcoridis* Lib. III cap. 12 [p. 452] obſervatur, Crocodilion, quod figuram habet chamaeleontis nigri, quodque chamaeleon etiam vocatur, Aegyptiis dici *Σεσενεόρ.*

ΣΕΜΝΕΪ́ΟΝ. Vocem hanc ſermoni Aegyptiaco ſuam debere originem, mea coniectura eſt. *Philo* in libro de Vita Contemplativa, Therapeutarum inſtituta et

(*x*) Repetiit haec *Scholzius* in Repert. f. B. und M. Lit. XIII Th. S. 13, 14.

et vivendi rationem edisserens, scribit, unumquemque eorum habere aediculam, quae vocatur Σεμνεῖον. Verba eius sunt p. 893, Ἑκάστῳ δέ ἐστιν (y) οἴκημα ἱερὸν, ὃ καλεῖται σεμνεῖον καὶ μοναστήριον. Vox haec Graecis eo sensu familiaris non est. Nam cum *Hesychius* vocabulum hoc ita exponit, Σεμνεῖον· οἶκος ἱερός, videtur ob oculos habuisse illa ipsa *Philonis* verba, quae citavimus. De *Suida* vero nullum est dubium, qui Σεμνεῖον interpretatur μοναστήριον. Sed quae apud eum in eodem articulo sequuntur plusculа, ex illo *Philonis* libro decerpta esse, dubio caret (z). Vox itaque illa vix (a) alibi, quam apud *Philonem*, illo sensu reperiunda est. Describit autem mores et instituta hominum, qui in Aegypto vitam agebant. Ac praeterea suspicor, *Philonem* in illo libro longe plurima, quae Therapeutis suis tribuit, ex institutis sacerdotum Aegyptiorum depromsisse: quod verum esse, non difficulter concedet, qui librum illum *Philonis* cum descriptione vitae sacerdotum Aegyptiorum, quam ex *Chaeremone* protulit *Porphyrius* Lib. IV de Abstinentia [p. 306 sqq.], conferre dignatus fuerit. Habebant etiam illi sacerdotes suas aediculas, in quibus Astronomiae et aliis disciplinis vacabant. Et illas quidem lingua Aegyptiaca vocatas fuisse ϹΕⲘⲚⲒ, *semni*, non citra omnem rationem mihi persuadeo. ϹΕⲘⲚⲒ certe σκή-

(y) Ἐν ἑκάστῃ δὲ οἰκίᾳ ἱερὸν κ. λ. legitur in editione Mangeii tom. II p. 475; et apud *Eusebium* lib. II H. E. c. 17, Ἐν ἑκάστῃ δὲ οἰκίᾳ ἐστιν οἴκημα ἱερὸν κ. λ.

(z) Conf. *Kusterus* ad *Suidam* v. Σεμνεῖον.

(a) Vocem Σεμνεῖον, quantum novi, Graeci veteres ignorarunt. *Hesychius* et *Suidas* eamdem e *Philone* habuisse videntur. Ab Alexandrinis propagata est, ut vocabula Ecclesiastica plura, ad Christianos alios, commemorantes σεμνεῖα, i. e., *monasteria*, sed alio sensu, quam hodierno. Vide *Suicerum* t. II Th. Eccl. p. 947, 948, et *Binghamum* vol. III Orig. Eccl. p. 136.

σκήνωμα, aut habitationem Aegyptiis significat. Pf. CII. 28, ubi in Graeco eft, οἱ υἱοὶ τῶν δούλων σου κατασκηνώσουσι, Coptus interpres illam fententiam ita expreffit, ⲛⲓϣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉⲕⲉ̀ⲃⲓⲁⲓⲕ ⲉⲩⲉ̀ϣⲱⲡⲓ ϧⲉⲛ ⲟⲩⲥⲉⲙⲛⲓ, *erunt in habitationibus.* Videtur autem vis illius vocis effe, ut fignificet non amplas domos et ornatas, fed locum, ubi quis pedem fuum figere poteft. ⲤⲈⲘⲚⲈ enim eft *firmare.* Hinc ⲤⲈⲘⲚⲒ locus, qui *firmum* praebet *domicilium*, aut ubi quis pedem firmum figere poteft. In Scala Magna, feu nomenclatore Coptico Arabico, apud *Kircherum* in Lingua Aegyptiac. reftituta p. 94, legitur, ⲠⲒⲤⲈⲘⲚⲒ *Quies, ceſſatio.* ⲠⲒⲤⲈⲘⲚⲒ idem videtur effe, quod Graecis κατάλυμα. Hinc ufurpatur etiam de ὑποποδίῳ, *fcabello*, five loco, in quo quis pedem collocare, et quiefcere poteft. Ita Matth. v. 35 verba ὅτι ὑποπόδιόν ἐστι τῶν ποδῶν αὐτοῦ interpres Aegyptius reddidit, ϫⲉ ⲫⲙⲁⲛⲥⲉⲙⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉϥϭⲁⲗⲁⲩϫ ⲡⲉ. Sic et Pfalmo XCIX. 5 προσκυνεῖτε τῷ ὑποποδίῳ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, interpres Coptus vertit, ⲟⲩⲱϣⲧ ⲙ̀ⲫⲙⲁ ⲛ̀ⲥⲉⲙⲛⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ⲛⲉϥϭⲁⲗⲁⲩϫ. Colligitur ex his, ⲤⲈⲘⲚⲒ effe domicilium, fed frugale, ad folam neceffitatem comparatum, κατασκήνωμα, quale defcribit *Philo*, et facerdotibus Aegyptiis tribuitur. Eodem nomine vocantur *tentoria*, Pfalm. LXXVIII. 51. Vero non ita diffimile videbitur, ab hoc nomine etiam nomen *Naſamonum* poffe derivari. Erant hi Cyrenaeorum vicini, ut veteres Geographi (*b*) memoriae prodiderunt. Videntur illi, ut alii illius tractus populi, in tentoriis habitaffe, et inde nomen traxis-

(*b*) *Strabo* lib. XVII p. 1193, 1195, *Stephanus Byz.* v. Νασαμῶνες, ibi *Berkelius* et *Holſtenius*. Iunge *Oudendorpium* ad *Lucani* lib. IX. v. 439 fqq.

xisse. Namque ⲚⲀⲤⲈⲘⲚⲒ dici possunt *homines tentoriorum*, vel *in tentoriis*, aut in *exiguis frugalibus habitationibus*, degentes. Apud *Pollucem* in Onomastico commemorantur Λίβυες οἱ σκηνῆται Lib. IV cap. 10 [segm. 74]. Et Hebraeis aliqua regio Africae eadem de causa dicitur סכות *Succoth*, 2 Chron. XII. 3. Graeci interpretes hic verterunt Τρωγοδύται, vel, quod idem est, Τρωγλοδύται, ita dicti, quod in speluncis habitarent. Vide *Schindleri* Lexicon Pentaglotton p. 1215, 1216, et inprimis *Bocharti* Geog. Sac. Part. I Lib. IV cap. 29 (*c*). Sunt igitur סכיים Hebraeis ii, qui Graecis Σκηνῆται. Quod utrumque exprimit Aegyptiacum ⲚⲀⲤⲈⲘⲚⲒ, *Nasemni*. Graeci flexerunt in Νασαμῶνες. Ceterum nemo miretur, *Nasamonum* nomen a me ex sermone Aegyptiaco exponi, quod adeo absurdum non est, cum plerarumque illarum gentium notitia per Aegyptios pervenerit ad Graecos. Eodem modo rem instituit Clariss. *Bochartus*, qui harum gentium nomina ex lingua Aegyptiorum explicanda esse censet Geog. Part. I lib. IV cap. 30, ubi sub finem capitis hanc rationem addit: *saltem ex Herodoto constat, plerosque Libyae incolas ad Tritonidem usque amnem Aegyptiis usos moribus, cum multo aliter viverent, qui trans Tritonidem degebant.*

ΣΕΜΟΥΡΑ. *Lychnis sylvestris.* Appendix *Dioscoridis* Lib. III cap. 115 [p. 457].

ΣΕΜΦΡΟΥΚΡΑΤΗΣ. Nomen regis Thebaei in Aegypto, quod *Eratosthenes* interpretatur ὅ ἐστιν Ἡρακλῆς Ἀρποκράτης, apud *Eusebium* in Chronico Graeco p. 22. Facile intelligitur, nomen hoc compositum esse

(*c*) Dissentit *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1748, 1749.

esse ex duobus nominibus Numinum Aegyptiorum, Σέμ et Φρουκράτης. Σέμ est illud numen, quod Graeci interpretantur Ἡρακλέα, *Herculem*, etsi in scribendo Aegyptiaco nomine apud auctores Graecos aliqua deprehendatur varietas. Vide, quae dicentur in voce Χών. Φρουκράτης porro est illud numen, quod appellari solet *Harpocrates*. In Epigrammate Anthologiae Lib. 11 cap. 22, epigr. 4, vocatur Ἀμφικράτης.

Ἢν τιν' ἔχῃς ἐχθρὸν, Διονύσιε, μὴ καταράσῃ
Τὴν Ἶσιν τούτῳ, μηδὲ τὸν Ἀμφικράτη.

Hic vocatur Φρουκράτης. Vide dicta in v. *Arpocrates* [p. 38], et in *Vignolii* Chronol. S. tom. 11 pag. 758.

ΣΕΜΦΩ'Σ. Vide infra Πεμφώς.

ΣΕΝΑΟΦΙΣ ΔΕΥ'ΤΕΡΟΣ. Ita *Eratosthenes* in Catalogo regum Thebaeorum apud *Eusebium* in Chronico Graeco p. 21. ⲤⲚⲞⲨϮ in Coptorum libris *duos* significat. ϮⲤⲚⲞⲨϮ et ϮⲘⲀϨ ⲤⲚⲞⲨϮ *secunda*, δευτέρα. Nam utrumque occurrit. ⲤⲚⲞⲨϮ etiam construitur cum nominibus masculini generis ⲘⲠⲒⲤⲀⲂⲞⲦ ⲤⲚⲞⲨϮ, Exod. xvi. 1. ⲤⲚⲀⲨ *secundus*, vel uti vulgo exprimitur ⲠⲒⲘⲀϨ ⲤⲚⲀⲨ. Sed ⲤⲚⲀⲨ, et cum nota masculini generis ⲠⲒⲤⲚⲀⲨ, tantumdem valet, quantum ⲠⲒⲘⲀϨ ⲤⲚⲀⲨ, sicuti ϮⲘⲀϨ ⲤⲚⲞⲨϮ et ϮⲤⲚⲞⲨϮ aequipollent. Nihil vero impedit, quominus ex analogia linguae Aegyptiacae ⲤⲚⲞⲨϤ vel ⲤⲚⲀⲨϤ adiecto in fine litera Ϥ, nota generis masculini, dicatur δεύτερος, *secundus*, quemadmodum adiecta Ϯ nota foeminini generis ⲤⲚⲞⲨϮ frequenter admodum dicitur δευτέρα. Ita occurrit 2 Cor.

2 Cor. VIII. 10, et IX. 2, ubi ⲒⲤⲬⲈⲚ ⲤⲚⲞⲨϤ pro *ἀπὸ πέρυσι* ponitur. ⲤⲚⲀⲨϤ vero vel ⲤⲚⲞⲨϤ euphoniae causa a Graecis vix aliter efferri potuit, quam per Σεναῶφις. Idque re ipsa *δεύτερον* sonat. Qua de causa autem regi huic nomen *δευτέρου* inditum fuerit, prolixe disquirere operae pretium non censeo. Apud Romanos cognomen *Secundi* non infrequens fuisse, satis omnibus constat. Et apud Graecos forsitan reperientur *Δεύτεροι*, etsi tamen huiusmodi nominis nunc non meminerim. *Eratosthenem* vero celebrem inter antiquos Polyhistorem B, i. e., *secundum*, cognominatum fuisse, cum in disciplinis omnibus secundas partes tenuisse videretur, a veteribus memoriae proditum legimus. Vid. Epitome *Strabonis* L. 1 p. 5 (Tom. 11 Geographorum minorum Hudsoni) et *Marcianus* Heracleota in Periplo p. 63 (Tom. 1 eiusd. operis). Sed quae fuerit causa, ob quam rex Aegyptius tale nomen acceperit, *Eratosthenes* ipse non explicuit; quare coniecturis incertis indulgere desino. Non possum tamen dissimulare, *Marshamum*, qui ex *Syncello* Catalogum *Eratosthenis* in Canonem suum Chronicum transtulit, nomen illud regis Aegyptii p. 20 expressisse *Sensaophis*: unde coniicio in *Syncello* (*d*) nomen illud ita legi Σενσαῶφις; quod forte non de nihilo est. Quodsi res ita se habeat, legendum putaverim Σενεσαῶφις, vel Σνεσαῶφις; quorum posterius vocabulum Aegyptiacum ϬⲚⲈ ⲬⲰⲒϤ exacte refert, prius euphoniae Graecorum consulit. Est autem ϬⲚⲈ ⲬⲰⲒϤ, ut vocabulum hoc explicem, *qui alii cuipiam subiectus est*. ϬⲚⲈ ⲬⲰⲒ Ae-

(*d*) In editione *Georgii Syncelli* Parisiensi p. 104 et Veneta p. 83 legitur Σενσαῶφις. Nec discrepat Codex MS., quem sua in Bibliotheca asservat mihique utendum concessit *I. Meerman*, haud magis nobilitate generis et honoribus, quam praeclara eruditione perillustris.

Aegyptiis dicitur, *subiicere se*, vel *subiici* et *subiectum esse*, proprie *caput* alicui *flectere* vel *inclinare*, quae locutio, ex ritu Aegyptiorum antiquo, ut videtur, oriunda, in Coptorum libris est frequentissima. Ex. gr. Ps. XXXVII. 7, ⲙⲁϭⲛⲉ ϫⲱⲕ ⲙⲛϭⲥ, *inclina caput tuum Domino*, id est, uti Graecus habet, ὑποτάγηθι τῷ Κυρίῳ, *subiice te Domino*. Ps. XLVII. 3, ⲁϥⲑⲣⲟⲩϭⲛⲉ ϫⲱⲟⲩ ⲛⲁⲛ, *fecit ut populi nobis capita sua inclinarent*, ubi in Graeco est, Ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν, *subiecit nobis populos*. Coloss. III. 18 ⲛⲓϩⲓⲟⲙⲓ ⲙⲁⲣⲟⲩ ϭⲛⲉ ϫⲱⲧⲉⲛ ⲛⲛⲉⲧⲉⲛϩⲁⲓ, *mulieres inclinetis capita vestra* (subiectae sitis) *maritis vestris*. Erit igitur Σενεσαῶφις, ϭⲛⲉ ϫⲱϥ, *qui caput suum inclinat*, qui alii cuipiam est subiectus. An forte Rex ille nomen istud ex eo accepit, quod etsi regium nomen servaret, alius tamen cuiusdam imperia pati cogeretur, et cum nomine esset primus, re ipsa tamen, auctoritate et potestate secundus esset? Dispiciant alii (*e*).

ΣΕΝΔΙΟΝΩ'Ρ. *Sideritis*, *Heraclea*. Appendix *Dioscoridis* ad Lib. IV. cap. 33, [p. 464]. Confer *Plinium* Lib. XXV. cap. 5. Cum herba haec Graecis dicatur Ἡράκλεια, quae Aegyptiis Σενδιωνώρ audiisse traditur, in hac voce reperiuntur vestigia nominis Aegyptiaci *Herculis*, a quo herbam hanc Graeci denominarunt. Aegyptii habuerunt numen, quod *Sem*, vel *Som*, vel *Chon* a Graecis efferri solet, quodque ipsi *Herculem* interpretantur. Vide infra v. Χών. Huius nominis vestigia apparere in *Sendionor*, unusquisque vi-

(*e*) Conferas, quae dedit *Iablonskius* in *Vignolii* Chronolog. S. tom. II p. 751.

videt (*f*). Confirmari hoc ex eo potest, quod, sicut annotavit auctor appendicis ad *Dioscoridem*, Prophetae sive Magi *Sideritin* vocare soliti fuerint γόνον vel αἷμα Τιτάνου, ubi legendum videtur Τιτάνων, *Titanum*, id est, *gigantum*, quos creditur Hercules interemisse, cum coelo propugnaret, teste *Macrobio* Saturn. Lib. 1 cap. 20. Obiter notabo, vocem Σενδιονὼρ videri melius convenire lapidi, quem etiam vocant ἡρακλεώτην et σιδηρίτην, quia ferrum ad se attrahit. Vide *Aelianum* de Anim. Lib. x cap. 14. Namque in Σενδιονὼρ non modo occurrunt vestigia nominis Σὲμ, *Herculis*, verum et ⲰⲚⲒ, quomodo Aegyptii *lapidem* passim nuncupant. Occurrunt etiam hac in voce vestigia *Hori*, in ωρ, ubi nota, quae *Plutarchus* habet de Is. et Osir. p. 670 ed. Steph. τὴν σιδηρίτιν λίθον, ὀςέον Ὥρου καλοῦσι. Verum hisce diutius non immorabor.

SENITES est genus Iaspidis, sic appellatum in Aegypto, ut testatur *Plinius* lib. XXXVII cap. 9. Ratio denominationis me prorsus latet.

SERAPIS, vel, uti Graeci (*g*) efferunt, Σάραπις, numen Aegyptiorum maximum et sanctissimum, cu-

(*f*) Eamdem observationem repetiit *Iablonskius* l. c. p. 739; sed quam eruditos omnes assensu suo comprobaturos, vix opinor.

(*g*) Nec Romani semper *Serapis* scribebant, nec Graeci Σάραπις. In lapidibus literatis apud *Reinesium* Cl. I n. 137, SARAPI ISIDI, *Gruterum* XXII. 7, 9, SARAPIDI, *Gudium* XLIX. 10, ISIS SARAPIS, *Muratorium* LXXIV. 3, ISI SARAPI. Marmora Graeca saepius praebent Σέραπις. In antiquis inscriptionibus apud *Sponium* in Miscell. Erud. Antiq. p. 340 et 356, quam posteriorem repetiit *Muratorius* CXXIV. 3, ubi Isis et Σέραπις commemorantur, *Donium* p. 22, *Muratorium* LXXV. 1, in cuius epi-

cuius tamen, ante *Alexandri M.* tempora, ſcriptores Graeci et Romani mentionem non faciunt. Sunt, qui exiſtiment, deum hunc eſſe advenam, et a *Ptolemaeo* demum, ſive is fuerit Lagides, ſive ex poſteris quis alius, una cum ſacris, ex Sinope Pontica in Aegyptum delatum fuiſſe. Hanc praecipue ob cauſam operae pretium eſſe duxi, in origines huius numinis, in eius ſacra, eorumque veram rationem, ac denique in nomen (*h*) accuratius inquirere. Vix nunc habeo, quae addantur dictis in Pantheo Aegypt. Lib. II cap. V, et Lib. IV cap. III.

SERIN. De *intybo* ita *Plinius* Lib. XX cap. 8: *In Aegypto Cichorium vocant, quod Sylveſtre ſit. Sativum autem* Serin, *quod eſt minus et venoſius.* De ſeride vide *Dioſcoridem* Lib. II cap. 160; ubi Appendix [p. 446] haec habet: *οἱ δὲ πικρίδα, Αἰγύπτιοι ἄγον,*

epigrammatis verſu penultimo, pro ΠΡΕΣΒΙΣ ΤΗΝ ΜΑΚΡΟΝ κ. λ. legendum

(ΟΓ)

ΠΡΕΣΒΙΣ ΤΩΝ ΜΑΚΑΡΩΝ ΟΛΥΜΠΩΣ ΣΚΗΠΤΡΟΝ ΕΧΟΥΣΑ,

cenſuit *I. H. Hultman* in notis MSS., exemplo meo Muratoriano adiectis. In Muſeo Societatis Scient. Zeelandicae ſervatur gemma perantiqua, cui inſcriptum, ΕΙΣ ΖΕΥΣ ΣΕΡΑΠΙΣ. Nec deſunt exempla in libris Graecis. *Pauſanias*, qui paſſim alibi Σάραπις, in Corinthiacis p. 193 ſcribit Σέραπις. Norunt omnes Σεραπεῖον. An quis umquam dixerit Σαραπεῖον, non iam mihi redit in memoriam. Atque haec eo pertinent, ut intelligatur, non ſine fide codicum antiquorum ac bonorum aut *Sarapis* in libris Latinis protinus mutandum eſſe, aut Σέραπις e contextu Graeco ubique eiiciendum. Conf. *Erneſti* ad *Tacitum* IV Hiſt. 81.

(*h*) De nominis origine multi multa, etiam *Plutarchus* in libro de Iſide et Oſiride, optime monens p. 539 ed. novae, peregrinum eſſe, non Graecum. Ex ſententia *Iablonskii* part. II Panthei p. 255, 256, Serapis dicebatur Aegyptiace ϫⲏⲣ—ⲏⲡⲓ *Sar-api*, tamquam *columna*, in qua *gradus Nili* adſcendentis accurate diſtingui et *explorari poſſunt.*

ἄγον, 'Ρωμαῖοι ἰντιβουμ ἀγρέστεμ. *Wilkinsius* in Dissert. de lingua Coptica, post adductum *Plinii* locum haec addit pag. 110: *Hodie apud Coptos* ⲥⲉⲣⲓⲛⲟⲩ *vocatur, et* Petroselinum *denotat.* In Scala Coptica *Kircheri* legitur p. 196, ⲡⲓⲁⲙⲛⲟϣⲉⲣ *Endivia* (vel intybus) *Sylvestris.*

ΣΕ'ΣΕΛΙΣ. *Caucalis.* Appendix *Dioscoridis* Lib. II cap. 169 [p. 446].

ΣΕΣΕΝΕΑ'Ρ. Vide articulum *Semmeor.*

SEPHARDEA. Vox Hebraica צְפַרְדֵּעַ occurrit Exod. cap. VIII. 1 et seqq., sed quam nonnulli volunt fuisse Aegyptiacam. Plerique interpretes *ranam* vertunt. *Aben Ezra* vero vult צְפַרְדֵּעַ esse vocem Aegyptiacam, eaque designari *crocodilum.* Haec sunt verba eius: *Sepharda est piscis Aegyptius, qui vocatur Arabice Altemsach* (vel Timsach), *qui ex flumine egressus rapit homines.* Vide Gaulminium in notis ad vitam Mosis Lib. I cap. XI p. 256. Verum est, quod illic affirmat *Aben Ezra*, Crocodilum Arabice dici *Altimsach*, sive *Thimsach*, quod et *Gaulminius* aliunde probat, et confirmatur a *Bocharto*, Hierozoic. Part. II Lib. V cap. 2, p. 655. Sed Arabes sine dubio vocem hanc acceperunt ab Aegyptiis, quorum Terra crocodilos gignit et alit. Illi autem animal hoc regioni suae proprium, hanc ipsam ob rem, dixerunt ⲙ̇ⲥⲁ *Amsa* et ϩⲁⲙ̇ⲥⲁ *Hamsa:* de quo vide infra v. Χάμψαι. Ceterum צְפַרְדְּעִים apud Mosem non *crocodilos* innuere, sed *ranas*, multis *Bochartus* comprobavit l. c. cap. 1 et 2 (*i*).

ΣΕ'-

(*i*) Interpretes recentiores tantum non omnes צְפַרְדְּעִים intelligunt *ranas*, sed plerique originem vocis silen

ΣΕΣΩΣΤΡΙΣ. Nomen regis, vel potius regum, in historia Aegyptiaca abunde notum. De celebratissimo *Sesostri* nemo exspectabit, ut hic dicam, post *Perizonium* in Orig. Aegypt. cap. 8, 9, 16, *Vignolium* tom. II Chronol. Sacrae pag. 117 sqq., et plures alios. De etymologia nominis tantum pauca velim. Potest fortasse nomen regis Aegyptiaci exponi ϬⲤ ϫⲟⲩϣⲧ ⲉⲣⲏ, *Sois*, vel *Sis-sust-ere*, *Dominus intuens in solem*, vel, monente *La Crozio* meo, ϬⲤ ⲟⲩϣⲧ ⲣⲏ, *Sois* vel *Sis-ostre*, ut significetur *Dominus adorans solem*; quod fere eodem redit (*k*). Ex eo intelligi quoque potest, cur nonnulli Amenophin sive Memnonem, de quo antehac [p. 26 et seqq.] dictum est, vocarint Σέσωςριν, uti auctor nobis est *Pausanias* in Atticis cap. 42 p. 101.

ΣΕΧΝΟΥΦΙΣ videtur nomen Aegyptiacum doctoris Heliopolitani, cuius fuit discipulus Plato, testante *Clemente Alexandrino* Lib. I Strom. p. 303 [356 ed. Potteri]. Opinor, esse eam vocem compositam ex ⲥⲁϧ et ⲛⲟⲩϥⲓ, de quibus supra [p. 75, 112] dixi (*l*).

ΣΗΘ.

silentio praetermittunt. Reliqui aut *Bochartum* sequuntur ducem, aut ducunt ex Hebraeo צפר *saltitavit* atque Arab. ردع *limus*, quasi dicas *saltantes in limo*. Scribit *Grotius* ad Exod. VIII. 2 „ Est et hic Aegyptia vox צפרדעים. Genus est ranarum, aut ranis simile, Aegypto proprium, ut alibi rubetae. Manet nomen apud Arabas, extrita *r* littera." Praeter ⲭⲣⲟⲩⲣ, temere huc a quibusdam advocatum, non novi aliud nomen Copticum, quo appellatur *rana*.

(*k*) Conf. *Iablonskius* de Memnone Gr. et Aegypt. p. 39.

(*l*) Paria dedit *Kocher* in Misc. Obs. Crit. Novis, tom. III p. 147, 148.

ΣΗ'Θ. *Stella caniculae.* Vide infra v. Σωθίς.

ΣΗ'Θ. Ita ab Aegyptiis cognominatus fuit *Typhon*. *Epiphanius* adverſus Haereſes Tom. II p. 1093 edit. Petavii, ὡς πῇ μὲν τῷ ὄνῳ εἰς ὄνομα τοῦ Σὴθ, δῆθεν τοῦ Τυφῶνος τελετὰς ἐργάζονται. *Plutarchus* huius cognominis iſtam rationem ſuppeditat de Iſ. et Oſir. p. 367, Διὸ τὸν Τυφῶνα Σὴθ ἀεὶ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν, ὅπερ ἐςὶ καταδυναςεῦον, ἢ καταβιαζόμενον. Et p. 371, καὶ τοὔνομα κατηγορεῖ τὸ Σὴθ, αὖ (forte ὦ) τὸν Τυφῶνα καλοῦσι· Φράζει μὲν τὸ καταδυναςεῦον καὶ καταβιαζόμενον, Φράζει δὲ πολλάκις ἀναςροφὴν καὶ πάλιν ὑπερπήδησιν. Adde pag. 376 (*m*). Aegyptiis ⲥⲏϯ ſignificabat *infra*. Hinc ⲡⲉⲥⲏϯ, et quidem in compoſitione ⲥⲁ ⲡⲉⲥⲏϯ, vel, quod idem eſt, ⲉ̇ⲡⲉⲥⲏϯ, *deorſum*, frequenter in Coptorum libris occurrit. Inde eſt ⲥⲁⲡⲉⲥⲏϯ *deſcendere*, i. e. *venire deorſum*. Vide, quae ſcripſi in Pantheo Lib. V c. II §. 24. Ex eo illuſtris *Montfauconius* quondam praeſenti mihi explicabat locum *Stephani Byzantini*, cuius haec ſunt verba, Ψιττάχεμμις κώμη τῆς Αἰγυπτίας. Putabat enim, *Stephanum* eſſe deceptum, aut non recte intellexiſſe, quae alicubi legerat; ψιτταχέμμιν non eſſe vicum in Aegypto, ſed totam Aegyptum inferiorem. Certe ⲡⲉⲥⲏϯ ⲭⲏⲙⲓ Aegyptiis ſonat *Aegyptum inferiorem*, cui reſpondet ψωχέμμις apud eumdem *Stephanum*, qui tamen et hanc vult fuiſſe oppidulum Aegypti; ſed ⲡϣⲱⲓⲥ ⲭⲏⲙⲓ lingua Aegyptiorum deſignat

(*m*) In altero *Plutarchi* loco aut pro ἀεὶ reſcribendum εἶ, aut otioſum iſtud adverbium prorſus delendum eſt, iudice *Squirio* p. 104, quia Aegyptiis Typhon aliis quoque nominibus, Βέβων et Σμύ, innotuit. In altero loco ὦ pro αὖ placuit etiam *Squirio*, *Marklando* et Cl. *Wyttenbachio* p. 520.

signat *Aegyptum superiorem*, quam observationem, ut iam monui, debeo *Montfauconio*, summo Viro. Quid autem sibi velit *Plutarchus*, quando addit, Σὴθ Aegyptiis etiam significare ἀναςροφὴν et ὑπερπήδησιν, id me non satis intelligere, nec ex lingua Coptica illustrare posse, fateor. Nolo hic praetermittere, quamvis l. c. huius coniecturae ingeniosae iam a me facta fuerit mentio, doctissimum *La Croze*, cum aliquando de hoc vocabulo mecum dissereret, me monuisse, ⲤⲎϪ dici *pullum asini*, notum vero esse, cum aliunde, tum ex illo *Epiphanii* loco, quem modo adduxi, Typhonem sub imagine Asini fuisse repraesentatum (*n*). Ex hac observatione alia lux nascitur *Plutarcho*, qui, vocabulum Σὴθ explicans, memoriae prodidit, hoc Aegyptiis significare ἀναςροφὴν καὶ ὑπερπήδησιν. Forsan enim respicitur ad ϬⲞⲤϪⲈⲤ, quod Aegyptiis est *saltare*. Vid. Matth. XIV. 6, XI. 17. In omni vero saltatione solet esse et ἀναςροφὴ et πήδημα, ut etiam *Lucianus* monuit in libro de Saltatione. Ceterum, omnium atque singulorum rationem accuratam et perspicuam reddi non posse, nemo mirabitur, qui paucitatem monumentorum Copticorum cogitaverit.

ΣΗΣ Aegyptiis significasse σωθῆναι, quondam vulgo existimabatur. Rectius dixissent omnes ὕσης, quod est ipsum Aegyptiacum ⲞⲨϪⲈ. Vide plura in v. Μωϋσῆς [pag. 155 sqq.].

SCHESCH, שֵׁשׁ. Hac voce, quae in Sacro Codice V. T. frequenter occurrit, Hebraei *Byssum* vocare solent. Doctores Iudaici, quorum testimonia collegit *Spencerus* de Legibus rit. Hebr. Lib. III

p. 55;

(*n*) Ex eo illustrabitur *Aelianus* lib. x H. Anim. c. 28, ad q. l. *A. Gronovius* verba *Plutarchi* haud neglexit.

p. 55, fatentur, vocem istam non esse origine Hebraicam, sed Aegypto natales debere. Et profecto ita se res habet. Βύσσος enim in omnibus Aegyptiorum monumentis, quae supersunt, vel mihi saltem innotuerunt, semper vocatur ϣⲉⲛⲥ. Inde Hebraei fine dubio fecerunt suum שֵׁשׁ, natum ex veloci Aegyptiacae vocis pronunciatione, qua factum, ut ⲛ veluti non audiretur, ac si Aegyptii quoque dixissent ϣⲉⲥ aut ϣⲉϣ: cuiusmodi quid in linguis omnibus, quando praesertim vocabula velocius efferuntur, contingere videmus (*o*).

SCHAÄTNES. Vox Levitici XIX. 19 occurrens, quam quidam habent pro Aegyptiaca. Verba Mo-

(*o*) Vix hodie quispiam erit, qui vocis Hebraicae שֵׁשׁ originem Aegyptiam in dubium vocet. Si cui tamen *Jablonskii* observatio de caussa omissae literae ⲛ in voce Hebraea minus satisfaciat, forte magis placebit *Forsterus*, in libro de Bysso antiquorum p. 47—49 monens, Aegyptios *lignum* vel *arborem* sua lingua vocasse ϣⲉ; in vocibus compositis inter utramque collocasse literam ⲛ; hanc voci, cui praefigeretur, addidisse significationem adiectivam, quae dicitur, ut in ϣⲉⲛⲥϭⲓϥ *lignum cedrinum*, ϣⲉⲛⲁⲗⲟⲗⲓ *lignum uvae* sive *vitis*, proprie *arbor uvea*; ϣⲉⲛⲥ esse vocem compositam ex ϣⲉ, ⲛ nota adiectivi, et ⲉⲥ, quam *fructum gossypii* vel *lanam xylinam* suspicatur significasse; Hebraeos vero, neglecta ⲛ nota adiectivi dixisse ϣⲉⲉⲥ et scripsisse שֵׁשׁ; eosdemque primis Reipublicae suae temporibus hac voce usos esse, sed post Salomonis regis aetatem בּוּץ.

Mosis ita sonant: *Statuta mea observabitis; e iumentis tuis ne committas duo genera; agrum tuum ne conseras duobus generibus; et vestimentum duorum generum* שעטנז (*Schaätnes*), vertunt vulgo, *varie contextum*, vel *ex lana et lino contextum*, *non ascendat super te.* Vertitur etiam: *Non indues vestem mixtim contextam, e lana et lino simul.* Interpretes Alexandrini habent ἱμάτιον ἐκ δύο ὑφασμένον. Ita et Deuteron. cap. XXII. 11. Vocem hanc Talmudistae, et cum illis multi alii, habent pro Hebraica, voluntque esse compositam ex שוע *lenire*, טוה *nere*, et נוז *torquere filum.* Vide notas *Drusii*, *Pfeifferi* Dub. Vex. in Levit. XIX. 19 (*p*), et inprimis *Buxtorfii* Lexicon Talmud. artic. שעט col. 2483 et 2484. *Drusius* sic exponit in notis maioribus: *Dico ego, quod habeat significationem rei* הנמלל *consutae et* שזור *rei intortae, quando una res cum alia retorquetur ad coniungendum eam. Bocharto* illa compositio ex tribus radicibus incommoda visa est, quare alio modo vocem hanc exponit, radices ex lingua Arabica atque Hebraea conquirendo. Verba eius apponere operae pretium est, ex Hieroz. Part. I Lib. II cap. XLV col. 486 et 487. שעטנז Levit. XIX. 19. *Quod quid sit, ne ignoremus, ita explicatur in repetitione Legis Deut.* XXII. 11, *Non induetis* שעטנז צמר ופשתים יחדו *saatnez, lanam et linum simul. Ergo lana et linum in eodem panno aut vestimento simul commixta Hebraice vocantur* saatnez. *De origine vocis Hebraei multa nugantur, quae consulto praetereo, quia nullam habent veri speciem. Videtur esse composita ex* שעט *saat et* נז *nez. Ad prius alludit Arabum* سوط vel ساط sata, *quod* miscere *est, proprie* res liquidas, *sed et alia quaevis, puta, opes, greges; et similia significat. Et* נז *Hebraei*

(*p*) Opp. Philol. tom. I p. 139.

braei textum *reddunt*. Quam *Bocharti* explicationem pro virili confirmare nititur *Iohan. Spencerus* de Legibus Hebraeorum ritualibus Lib. II cap. XXI, qui existimat, illud saltem liquido apparere, prohiberi hic a Legislatore *diversorum contexturam*. In hunc sensum *Castellus* eamdem vocem ex Arabico deducit, sed ex aliis tamen radicibus, ut significet *commixturam diversorum generum*. Sed nescio, an haec hactenus omnibus sint satisfactura. Alii idcirco vocem hanc peregrinam iudicant, uti *Buxtorfius* observat in Lexico Talmud. l. c. Si autem sit peregrina, vix alia esse poterit, quam Aegyptiaca, uti non male pronuntiat *Pfeifferus*. Et ita censet *Grotius*, cuius observationem adscribere non pigebit: *Est hic vox, nisi fallor, Aegyptiaca* שעטנז, *quam Hebraei interpretantur* ex lana et lino. *Sic Romani credidere, si Flaminica inventa esset, tunicam laneam lino habuisse consutam, ob eam caussam piaculum esse commissum. Docet id* Servius *ad ultimum Aeneidos*. Quam observationem *Grotii* atro calculo notat *Spencerus* p. 397, hanc rationem afferens: *Iudaeo vetitum erat tunicam e lana et lino contextam, Flaminicae vero tunicam laneam, lino consutam, gerere; more (nisi me fallat opinio) ab Aegyptiis hausto, apud quos lana quid impurum habita est, et omnibus ministerio alicui sacro operam dantibus interdicta.* Pro Aegyptiaca voce pariter *Schaätnes* habent *Mercerus*, *Mayerus*, *D. Varenius*, a *Pfeiffero* adducti, et ipse *Pfeifferus*, cuius expositionem adscribam: *Ebraeam non esse constat. Ergo Aegyptia erit. Nam queis cum alias Ebraei nuper conversati? In Lingua Coptica habet sua vestigia. Nam* ⲥⲁϯ *σὰτ vel* ⲡⲓⲥⲁϯ *πισὰτ* (*q*), *est netum filatum. Conf. Scalam Copticam in* Kircheri *Lin-*

(*q*) ϣⲉⲛⲥ ⲉϥⲥⲁϯ est *βύσσος κεκλωσμένη*, *byssus torta*, in versione Coptica Exod. XXV. 4, XXVI. 1.

Lingua Copt. restituta p. 122. *Quod ad vocem alteram componentem adhuc ambigo.* Lana *enim (quam explicatio Deut.* XXII. 11 *requirere videtur)* ϲⲟⲣⲧ, σορτ, (ϣⲉⲛϲ, σχενς, *autem, quod quodammodo ad* נז *accedit, fericum) dicitur. Iudicent tamen eruditi, annon* נז *possit lucem capere ex Coptico* ⲛⲁϲ, *id est,* illi, *vel* iuxta ipsum, *ut innuatur vestis, cui netum filatum est intextum, vel* ⲉⲛⲁⲁϲ *praestantius scil.* fericum; Ling. Copt. restitut. p. 410. Haec *Pfeifferus*, qui in cognitione linguae Copticae paucos, aut potius nullos, progressus fecerat, quique ultra profecisse non videtur, quam quod Coptica, literis Graecis scripta, plerumque legere nosset, et ex solo literarum sono iudicium ferret. Vnum verum vidit, vocem hanc esse Aegyptiacam. Est autem admodum probabile, vestem byssinam et laneam, seu mixtam ex lino et lana, ab Aegyptiis appellatam fuisse ϣⲧⲛⲧⲛⲉϲ, aut nomine consimili, ex quo Hebraei levi mutatione שעטנז fecerunt. Quam coniecturam meam magno *La Crozio* non displicuisse, laetus recordor (*r*). Opus igitur non est, ut vocem, qua Moses utitur, credamus compositam vel e verbo Arabico et

(*r*) *Forsterus* etiam suspicatur, byssum lana pictam appellatam esse Aegyptiis ϣⲧⲛⲧⲛⲉϲ, *byssinum complicatum* seu *fimbriatum*, atque hanc vocem respondere Hebraicae שעטנז, cum exacte exprimat mixturam ex lana et פשתים seu xylino. Adi eruditum librum de Bysso antiquorum p. 92 — 100, ubi plura, ad hanc legem pertinentia. *Forsterum* sequitur in notis ad Levit. XIX. 19 *Dathius*, hunc vero *Rosenmullerus* in scholiis ad eumdem locum. — Quod raro fit, in explicanda voce שעטנז a *Jablonskio* dissentit *Scholzius* in Repert. f. B. und M. Litt. T. XIII p. 30, 31, opinaturque, secutos alios, originem eius in Aethiopia et Chaldaea esse quaerendam.

et Hebraeo, quod *Bochartus* ac plures cum eo statuunt, vel e verbo Aethiopico ሰወጠ *miscuit*, *diversa combinavit*, et voce Hebraica sive Chaldaica זן.

ΣΙΔΗ. *Hesychius.* Σίδη, Θεόφραςος φυτὸν ἕτερον τῆς ῥοιᾶς φησὶν εἶναι τὴν σίδην. φύεσθαι δὲ ἐν τῷ Νείλῳ. Locus *Theophrasti* extat Lib. IV Hist. Plant. c. 11, ubi vide notas *Bodaei* p. 461. Aeolice vel Dorice dicitur Σίβδη, apud *Callimachum* H. in Lav. Pall. v. 28, ad q. l. legatur *E. Spanhemius* (*s*).

SIMACVS, portitor literarum velocissimus. *Liberatus* Breviar. cap. XXIII scribit: *Per Portitores Literum velocissimos pedestres, quos Aegyptii* Simacos *vocant.* Dicti forte sunt a singulari et molestissimo labore, quem perferebant, qui hoc munere fungebantur. ⲙⲕⲁϩ Aegyptiis est πόνος, et quidem labor gravis et molestus, qualis Israëlitarum in Aegypto, in quorum Historia vox illa saepius occurrit, Exod. I. 11, 14 cap. II v. 11 ⲉⲧⲁϥϯϩⲑⲏϥ ⲇⲉ ⲉⲡⲟⲩⲙⲕⲁϩ, in Graeco est κατανοήσας δὲ τὸν πόνον αὐτῶν, adde III 7. Erat autem certe labor horum portitorum molestissimus. Comparari namque merito possunt cum Hemerodromis Graecorum, qui ex *Cornelii Nepotis* vita Miltiadis omnibus satis noti, et de quibus alia veterum testimonia diligenter congessit *Balth. Stolbergius* in Dissert. de Angariis Veterum cap. II in Exercitationibus Graecae Linguae p. 160 et seqq. Nescio, an ex pristino illo instituto Aegyptiorum fluxerit mos, qui etiamnum servatur Alexandriae in Aegypto, ubi huiusmodi portitores literarum publicis sumtibus aluntur.

(*s*) Conf. *Alberti* ad *Hesychium* v. Σίβδαι et Σίδη. Non videtur vox origine Graeca, sed peregrina, forte Aegyptiaca. Quae tamen eius sit notatio, tacet *Iablonskius*, taceant alii, nec ego dicam.

tur. Memoratu digna, quae hanc in rem refert *Vanslebius*, quaeque ex eius relatione Itineris Aegyptiaci Gallica p. 211, 212, hic adscribam: *Le 23 de ce mois je vis revenir un More d'une course qu'il avoit faite, pour montrer sa vigueur, & qu'il avoit assez de force pour être mis au nombre des Porteurs de Lettres d'Alexandrie au Caire. Cette course de celuy qui pretend être fait Messager d'Alexandrie, consiste en ce qu'il doit porter sur ses Epaules un feu allumé dans un panier de fer, fait en forme d'un grand rechaut, qui est fiché au bout d'un baton de la hauteur d'un homme, et au quel sont attachéplusieurs cercles de fer, du poids de 36 rotols; & avec ce fardeau, il doit faire une course de vingt sept milles sur le chemin de Rosette, & revenir le même jour à la ville avant le coucher du soleil; ce qui fait en tout 54 milles, toujours chargé du même fardeau; & s'il en vient à bout, il est non seulement reçu parmy les Messagers, mais il gagne encore la gageure que les autres ont fait contre luy: Et au contraire, si les forces luy manquent, il perd sa vigueur, & il n'est pas reçu dans leur corps: Celuy que je vis revenir, ce jour la, & qui avoit achevé sa course avec gloire, parce qu'il avoit encore deux heures du soleil de reste, gagna une gageure de 3 piastres, fut reçu dans le corps des Messagers, & amassa de plus huit piastres de ceux, qui étoient les spectateurs de son glorieux retour.* Similia referuntur de quibusdam regum Persiae Ministris, quos illi sermone vernaculo vocant *Schaler*. Vide *Thevenot* Voyages Part. II p. 354, 355, et *Chardinii* Itinerarium T. IV p. 137, 138, et alibi. Ex his intelligi potest, quaenam portitorum illorum fuerit conditio, ut ab ⲙⲕⲁϩ *labore molesto* denominari merito potuerint. Est autem ab ⲙⲕⲁϩ *labor*, ϭⲓ ⲙⲕⲁϩ *laborare*, *aerumnosum esse*, quod et dicitur ϣⲉⲡ ⲙⲕⲁϩ, Genes. XLIX. 15. Ex quo sequitur, *Simacos* recte expli-

cari

cari posse ϭⲓⲙⲕⲁϩ, *Simcah*, et adiecta terminatione Latina *Simcaos*, vel euphoniae causa *Simacos*, πονοῦντας, *moleste laboriosos.* Vtinam tamen suppeterent Codices MSS. *Liberati.* Reperiretur forsitan lectio, ex qua sensus erui posset adhuc commodior. Citra consensum vero librorum MSS., in fingendis peregrinis vocibus, ingenio indulgere, aut potius abuti velle, praesertim ubi non adest certum aliquod, cui superstruere possis, fundamentum, periculosae plenum opus aleae esse arbitror.

ΣΙΝΔΩ'Ν, Latinis etiam *Sindon.* Hebraei scribunt סָדִין. Vide interpretes ad Iudic. XIV. 12. Ita Aegyptiis dicebatur linteum tenuissimum, ex quo conficiebantur tunicae interiores, quibus involvebantur etiam mortuorum cadavera. Etymologici M. Auctor Σινδών vel, ut scribit, Σιδών, putat nomen traxisse a *Sidone* (*t*) urbe, in qua nempe *Sindones* textae fuerint.

(*t*) Ita quoque *Seberus* ad *Pollucis* l. c. et alii. Hebraicum סָדִין nimium abit ab urbis nomine צִידוֹן. Σινδὼν vero et סָדִין eiusdem originis vocabula esse, vix in dubium vocatur. *Relandus*, praeeunte *Gollo* ad *Alferganum* p. 77, nomen arcessivit a *Sind*, regione Indiae, cuius incolarum meminit *Hesychius*, Σίνδοι, ἔθνος Ἰνδικόν· ἔστι δὲ πόλις ἐκεῖ Σινδικὸς λίμην λεγομένη. Pro Ἰνδικόν *Is. Vossius* ad *Scylacis* Periplum mavult Σινδικόν. Sic et alii, quos citat *Alberti.* Conf. etiam *Wesselingius* ad *Herodotum* IV. 86. Multi originem vocis quaerunt in Arabia. *Schultensius* ad Proverb. VII. 16, XXXI. 4, et *Schroederus* de Vestitu cet. ad Ies. III. 23 ducunt a سدن, *laxavit, demisit vestem.* A tantis viris ego quidem iuvenis non audebam discedere in Disputatione Historico-Critica ad Historiam sepulchri et sepulturae I. C. p. 17. Nec discessit *Michaëlis* in Suppl. ad

rint. Sed merito illam etymologiam reiecit *Bochartus* Geog. Sac. Part. II Lib. II, cap. XIV. Esse namque vocem (*u*) Aegyptiam, nititur testimoniis veterum. *Pollux*, Lib. VII cap. 16 [Segm. 72.] de lineis vestibus agens, Sindonem etiam commemorat hunc in modum: *Σινδὼν ἐςιν Αἰγυπτία μὲν, περιβόλαιον δ' ἂν εἴη, τὸ νῦν δίκροσσον καλούμενον, εἴρηται δὲ που καὶ τελαμὼν σινδονίτης.* *Herodotus*, quo loco condituram et sepulturam Aegyptiorum describit, L. II c. 86, postquam modum condiendi corpora explicuisset, haec addit: *Λούσαντες τὸν νεκρὸν, κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα, σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατατετμημένοισι.* Quae verba sic reddenda esse censet *Steph. Le Moyne* ad Varia Sac. p. 302, *Involvunt totum corpus dissectis loris sindonis byssinae.* Ibidem vir ille eruditus, cuius [illegible] men-

[illegible]

Lex. Hebr. p. 1721, ita tamen, ut סָדִין mallet referre ad Arabicum istud verbum, non significatu *laxandi*, sed *velandi*, qui superest in سُدُن *velum*.

(*u*). Vocem esse Aegyptiam, monet *Forsterus* de Bysso antiquorum p. 86; sed primum scribit: „Est enim ϢⲐⲎⲚ, *Shthen*, quod *vestem*, imprimis *laxam*, *splendidam*, *fimbriatam* significat". Deinde adiungit: „Vestes antiquorum ex lana non egebant fimbria; — at linteae vel ad minimum margine erant *complicatae*. Aegyptii *complicare* vel *plectere* dicunt ϢⲰⲚⲦ, *shont*, unde postmodum vestes *linteae* et *xylinae fimbriatae*, vel *complicatae* vocatae fuere ϢⲈⲚⲦⲰ, *shento*, qua voce Coptus utitur interpres Scripturae pro Sindone; unde et orta ipsa vox Graeca Σινδών". Conf. *Scholzius* in Repert. l. c. p. 14, et *Altmannus* tom. III Observat. in Libros N. T. p. 648. Nomen Aegyptiacum esse, monent quoque *Braunius* de vest. Sacerd. Hebr. tom. I p. 148 et *Munthe* in Observat. ex *Diodoro Sic.* ad Matth. XXVII p. 95, sed eiusdem notationem repetunt de urbe *Sin*, quae est Pelusium in Aegypto.

mentionem *Le Moyne* fecit, adfert hoc *Martialis* Epigramma XVI Libri II,

Quid torus a Nilo, quid ſindone cinctus olenti?
Oſtendit ſtultas quid niſi morbus opes?

quod ſic explicat: *Aeger iſte toro et lecto Nilotico iacebat, et faſciis ex ſindone paratis ad vulnera ſua vincienda utebantur.* Aliter autem, quod diſſimulare nolim, verba haec, ex vetuſtis libris, legit et interpretatur *Petrus Scriverius* in animadverſionibus, quas vide. *Palladius* in vita Serapionis p. 104 edit. Meurſii: *Σεραπίων τις ὀνόματι γέγονεν τῷ γένει Αἰγύπτιος, ἐπίκλητος Σινδόνις· παρεκτὸς γὰρ σινδονίου οὐδέποτε οὐδὲν ἄλλο περιεβάλετο.* Hic tamen et alibi *Sindon* alio ſenſu accipitur, quam apud *Herodotum*. Vide *P. Lucam* in Itinerario III, Part. II p. 271. Aegyptii veſtimentum illud linteum dixerunt ϣⲉⲛⲧⲱ, quod in Coptorum libris ſaepe occurrit. Sic Marci XV. 46 vox iſta Coptica ſemel iterumque ab interpretibus Aegyptiacis pro Graeca *σινδών* ponitur. Vid. et reliquos Evangeliſtas in hiſtoria ſepulturae Domini. Et ne quis putet, interpretes Aegyptios ideo tantum his in locis vocem iſtam adhibuiſſe, quia in Graeco *σινδών* legitur, iidem etiam *ὀθόνιον* ſolent per idem iſtud vocabulum reddere, uti Iohan. c. XIX. 40. Nam, quod in Graeco legimus, *ἔλαβον οὖν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἔδησαν αὐτὸ ἐν ὀθονίοις*, Copti interpretes ita expreſſerunt, ⲁⲩϭⲓ ⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲓⲏⲥ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲕⲟⲩⲗⲱⲗϥ ⲛ̀ϩⲁⲛϣⲉⲛⲧⲱ ⲛ̀ⲓⲁⲩ. Itaque *ὀθόνια* verterunt ⲛ̀ϩⲁⲛϣⲉⲛⲧⲱ ⲛ̀ⲓⲁⲩ, id eſt, *veſtimenta linea*, quod alias dicunt ⲛ̀ϩⲱⲃⲥ ⲛ̀ⲓⲁⲩ, *veſtimentum lineum*, quomodo iidem *ὀθόνην* verterunt Act. X. 11,

XI.

Aegyptiis dicitur, *subiicere se*, vel *subiici* et *subiectum esse*, proprie *caput* alicui *flectere* vel *inclinare*, quae locutio, ex ritu Aegyptiorum antiquo, ut videtur, oriunda, in Coptorum libris est frequentissima. Ex. gr. Ps. XXXVII. 7, ⲙⲁϭⲛⲉ ϫⲱⲕ ⲙⲡϭⲥ, *inclina caput tuum Domino*, id est, uti Graecus habet, ὑποτάγηθι τῷ Κυρίῳ, *subiice te Domino*. Ps. XLVII. 3, ⲁϥⲑⲣⲟⲩϭⲛⲉ ϫⲱⲟⲩ ⲛⲁⲛ, *fecit ut populi nobis capita sua inclinarent*, ubi in Graeco est, Ὑπέταξε λαοὺς ἡμῖν, *subiecit nobis populos*. Coloss. III. 18 ⲛⲓϩⲓⲟⲙⲓ ⲙⲁⲣⲟⲩ ϭⲛⲉ ϫⲱⲧⲉⲛ ⲛⲛⲉⲧⲉⲛϩⲁⲓ, *mulieres inclinetis capita vestra* (subiectae sitis) *maritis vestris*. Erit igitur Σενεσαῶφις, ϭⲛⲉ ϫⲱϥ, *qui caput suum inclinat*, qui alii cuipiam est subiectus. An forte Rex ille nomen istud ex eo accepit, quod etsi regium nomen servaret, alius tamen cuiusdam imperia pati cogeretur, et cum nomine esset primus, re ipsa tamen, auctoritate et potestate secundus esset? Dispiciant alii (*e*).

ΣΕΝΔΙΟΝΩ'Ρ. *Sideritis*, *Heraclea*. Appendix *Dioscoridis* ad Lib. IV. cap. 33, [p. 464]. Confer *Plinium* Lib. XXV. cap. 5. Cum herba haec Graecis dicatur Ἡράκλεια, quae Aegyptiis Σενδιωνώρ audiisse traditur, in hac voce reperiuntur vestigia nominis Aegyptiaci *Herculis*, a quo herbam hanc Graeci denominarunt. Aegyptii habuerunt numen, quod *Sem*, vel *Som*, vel *Chon* a Graecis efferri solet, quodque ipsi *Herculem* interpretantur. Vide infra v. Χών. Huius nominis vestigia apparere in *Sendionor*, unusquisque vi-

(*e*) Conferas, quae dedit *Iablonskius* in *Vignolii* Chronolog. S. tom. II p. 751.

videt (*f*). Confirmari hoc ex eo potest, quod, sicut annotavit auctor appendicis ad *Dioscoridem*, Prophetae sive Magi *Sideritin* vocare soliti fuerint γόνον vel αἷμα Τιτάνου, ubi legendum videtur Τιτάνων, *Titanum*, id est, *gigantum*, quos creditur Hercules interemisse, cum coelo propugnaret, teste *Macrobio* Saturn. Lib. I cap. 20. Obiter notabo, vocem Σενδιονὼρ videri melius convenire lapidi, quem etiam vocant ἡρακλεώτην et σιδηρίτην, quia ferrum ad se attrahit. Vide *Aelianum* de Anim. Lib. X cap. 14. Namque in Σενδιονὼρ non modo occurrunt vestigia nominis Σὲμ, *Herculis*, verum et ⲱⲛⲓ, quomodo Aegyptii *lapidem* passim nuncupant. Occurrunt etiam hac in voce vestigia *Hori*, in ωρ, ubi nota, quae *Plutarchus* habet de Is. et Osir. p. 670 ed. Steph. τὴν σιδηρίτιν λίθον, ὄςεον Ὥρου καλοῦσι. Verum hisce diutius non immorabor.

SENITES est genus Iaspidis, sic appellatum in Aegypto, ut testatur *Plinius* lib. XXXVII cap. 9. Ratio denominationis me prorsus latet.

SERAPIS, vel, uti Graeci (*g*) efferunt, Σάραπις, numen Aegyptiorum maximum et sanctissimum, cu-

(*f*) Eamdem observationem repetiit *Iablonskius* l. c. p. 739; sed quam eruditos omnes assensu suo comprobaturos, vix opinor.

(*g*) Nec Romani semper *Serapis* scribebant, nec Graeci Σάραπις. In lapidibus literatis apud *Reinesium* Cl. I n. 137, SARAPI ISIDI, *Gruterum* XXII. 7, 9, SARAPIDI, *Gudium* XLIX. 10, ISIS SARAPIS, *Muratorium* LXXIV. 3, ISI SARAPI. Marmora Graeca saepius praebent Σέραπις. In antiquis inscriptionibus apud *Sponium* in Miscell. Erud. Antiq. p. 340 et 356, quam posteriorem repetiit *Muratorius* CXXIV. 3, ubi Isis et Σέραπις commemorantur, *Donium* p. 22, *Muratorium* LXXV. 1, in cuius epi-

cuius tamen, ante *Alexandri M.* tempora, scriptores Graeci et Romani mentionem non faciunt. Sunt, qui existiment, deum hunc esse advenam, et a *Ptolemaeo* demum, sive is fuerit Lagides, sive ex posteris quis alius, una cum sacris, ex Sinope Pontica in Aegyptum delatum fuisse. Hanc praecipue ob causam operae pretium esse duxi, in origines huius numinis, in eius sacra, eorumque veram rationem, ac denique in nomen (*h*) accuratius inquirere. Vix nunc habeo, quae addantur dictis in Pantheo Aegypt. Lib. II cap. V, et Lib. IV cap. III.

SERIN. De *intybo* ita *Plinius* Lib. XX cap. 8: *In Aegypto Cichorium vocant, quod Sylvestre sit. Sativum autem* Serin, *quod est minus et venosius.* De seride vide *Dioscoridem* Lib. II cap. 160; ubi Appendix [p. 446] haec habet: *οἱ δὲ πικρίδα, Αἰγύπτιοι ἄγον,*

epigrammatis versu penultimo, pro ΠΡΕΣΒΙΣ ΤΗΝ ΜΑΚΡΟΝ κ. λ. legendum

(ΟΥ)
ΠΡΕΣΒΙΣ ΤΩΝ ΜΑΚΑΡΩΝ ΟΛΥΜΠΩΣ ΣΚΗΠΤΡΟΝ ΕΧΟΥΣΑ,

censuit *I. H. Hultman* in notis MSS., exemplo meo Muratoriano adiectis. In Museo Societatis Scient. Zeelandicae servatur gemma perantiqua, cui inscriptum, ΕΙΣ ΖΕΥΣ ΣΕΡΑΠΙΣ. Nec desunt exempla in libris Graecis. *Pausanias*, qui passim alibi Σάραπις, in Corinthiacis p. 193 scribit Σέραπις. Norunt omnes Σεραπεῖον. An quis umquam dixerit Σαραπεῖον, non iam mihi redit in memoriam. Atque haec eo pertinent, ut intelligatur, non sine fide codicum antiquorum ac bonorum aut *Sarapis* in libris Latinis protinus mutandum esse, aut Σέραπις e contextu Graeco ubique eiiciendum. Conf. *Ernesti* ad *Tacitum* IV Hist. 81.

(*h*) De nominis origine multi multa, etiam *Plutarchus* in libro de Iside et Osiride, optime monens p. 539 ed. novae, peregrinum esse, non Graecum. Ex sententia *Iablonskii* part. II Panthei p. 255, 256, Serapis dicebatur Aegyptiace ϫⲏⲣ—ⲏⲡⲓ *Sar-api*, tamquam *columna*, in qua *gradus Nili* adscendentis accurate distingui et *explorari possunt.*

ἄγον, Ῥωμαῖοι ἰντιβοὺμ ἀγρέςεμ. *Wilkinsius* in Dissert. de lingua Coptica, post adductum *Plinii* locum haec addit pag. 110: *Hodie apud Coptos* ⲤⲈⲢⲒⲚⲞⲨ *vocatur, et* Petroselinum *denotat.* In Scala Coptica *Kircheri* legitur p. 196, ⲠⲒⲀⲚⲚⲞϢⲈⲢ *Endivia* (vel intybus) *Sylvestris.*

ΣΕΣΕΛΙΣ. *Caucalis.* Appendix *Dioscoridis* Lib. II. cap. 169 [p. 446].

ΣΕΣΕΝΕΑΡ. Vide articulum *Semmeor.*

SEPHARDEA. Vox Hebraica צְפַרְדֵּעַ occurrit Exod. cap. VIII. 1 et seqq., sed quam nonnulli volunt fuisse Aegyptiacam. Plerique interpretes *ranam* vertunt. *Aben Ezra* vero vult צְפַרְדֵּעַ esse vocem Aegyptiacam, eaque designari *crocodilum.* Haec sunt verba eius: *Sepharda est piscis Aegyptius, qui vocatur Arabice Altemsach* (vel Timsach), *qui ex flumine egressus rapit homines.* Vide *Gaulminium* in notis ad vitam Mosis Lib. I cap. XI p. 256. Verum est, quod illic affirmat *Aben Ezra*, Crocodilum Arabice dici *Altimsach*, sive *Thimsach*, quod et *Gaulminius* aliunde probat, et confirmatur a *Bocharto*, Hierozoic. Part. II Lib. V cap. 2, p. 655. Sed Arabes sine dubio vocem hanc acceperunt ab Aegyptiis, quorum Terra crocodilos gignit et alit. Illi autem animal hoc regioni suae proprium, hanc ipsam ob rem, dixerunt ⲘⲤⲀϨ *Amsa* et ⲠⲒⲘⲤⲀϨ *Hamsa:* de quo vide infra v. Χάμψαι. Ceterum צְפַרְדְּעִים apud Mosem non *crocodilos* innuere, sed *ranas*, multis *Bochartus* comprobavit l. c. cap. 1 et 2 (*i*).

ΣΕ-

(*i*) Interpretes recentiores tantum non omnes צְפַרְדְּעִים intelligunt *ranas*, sed plerique originem vocis silen

ΣΕΣΩΣΤΡΙΣ. Nomen regis, vel potius regum, in historia Aegyptiaca abunde notum. De celebratissimo *Sesostri* nemo exspectabit, ut hic dicam, post *Perizonium* in Orig. Aegypt. cap. 8, 9, 16, *Vignolium* tom. II Chronol. Sacrae pag. 117 sqq., et plures alios. De etymologia nominis tantum pauca velim. Potest fortasse nomen regis Aegyptiaci exponi ϭⲉ ϫⲟⲩϣⲧ ⲉⲣⲏ, *Sois*, vel *Sis-fust-ere*, *Dominus intuens in solem*, vel, monente *La Crozio* meo, ϭⲉ ⲟⲩϣⲧ ⲣⲏ, *Sois* vel *Sis-ostre*, ut significetur *Dominus adorans solem*; quod fere eodem redit (*k*). Ex eo intelligi quoque potest, cur nonnulli Amenophin sive Memnonem, de quo antehac [p. 26 et seqq.] dictum est, vocarint Σέσωςριν, uti auctor nobis est *Pausanias* in Atticis cap. 42 p. 101.

ΣΕΧΝΟΥΦΙΣ videtur nomen Aegyptiacum doctoris Heliopolitani, cuius fuit discipulus Plato, testante *Clemente Alexandrino* Lib. I Strom. p. 303 [356 ed. Potteri]. Opinor, esse eam vocem compositam ex ⲥⲁϩ et ⲛⲟⲩϥⲓ, de quibus supra [p. 75, 112] dixi (*l*).

ΣΗΘ.

silentio praetermittunt. Reliqui aut *Bochartum* sequuntur ducem, aut ducunt ex Hebraeo צפר *saltitavit* atque Arab. ردغ *limus*, quasi dicas *saltantes in limo*. Scribit *Grotius* ad Exod. VIII. 2 „ Est et hic Aegyptia vox צפרדעים. Genus est ranarum, aut ranis simile, Aegypto proprium, ut alibi rubetae. Manet nomen apud Arabas, extrita r littera." Praeter ⲭⲣⲟⲩⲣ, temere huc a quibusdam advocatum, non novi aliud nomen Copticum, quo appellatur *rana*.

(*k*) Conf. *Iablonskius* de Memnone Gr. et Aegypt. p. 39.

(*l*) Paria dedit *Kocher* in Misc. Obs. Crit. Novis, tom. III p. 147, 148.

ΣΗ'Θ. *Stella caniculae.* Vide infra v. Σωθίς.

ΣΗ'Θ. Ita ab Aegyptiis cognominatus fuit *Typhon. Epiphanius* adversus Haereses Tom. II p. 1093 edit. Petavii, ὡς πῆ μὲν τῷ ὀνῷ εἰς ὄνομα τοῦ Σὴθ, δῆθεν τοῦ Τυφῶνος τελετὰς ἐργάζονται. *Plutarchus* huius cognominis istam rationem suppeditat de If. et Osir. p. 367, Διὸ τὸν Τυφῶνα Σὴθ ἀεὶ Αἰγύπτιοι καλοῦσιν, ὅπερ ἐστὶ καταδυναστεῦον, ἢ καταβιαζόμενον. Et p. 371, καὶ τοὔνομα κατηγορεῖ τὸ Σὴθ, αὖ (forte ῷ) τὸν Τυφῶνα καλοῦσι· Φράζει μὲν τὸ καταδυναστεῦον καὶ καταβιαζόμενον, Φράζει δὲ πολλάκις ἀναστροφὴν καὶ πάλιν ὑπερπήδησιν. Adde pag. 376 (*m*). Aegyptiis ⲤⲎϮ significabat *infra.* Hinc ⲠⲈⲤⲎϮ, et quidem in compositione ⲤⲀ ⲠⲈⲤⲎϮ, vel, quod idem est, ⲈⲠⲈⲤⲎϮ, *deorsum*, frequenter in Coptorum libris occurrit. Inde est ⲤⲀⲠⲈⲤⲎϮ *descendere*, i. e. *venire deorsum.* Vide, quae scripsi in Pantheo Lib. V c. II §. 24. Ex eo illustris *Montfauconius* quondam praesenti mihi explicabat locum *Stephani Byzantini*, cuius haec sunt verba, Ψιττάχεμμις κώμη τῆς Αἰγυπτίας. Putabat enim, *Stephanum* esse deceptum, aut non recte intellexisse, quae alicubi legerat; ψιτταχέμμιν non esse vicum in Aegypto, sed totam Aegyptum inferiorem. Certe ⲠⲈⲤⲎϮ ⲬⲎⲘⲒⲤ Aegyptiis sonat *Aegyptum inferiorem*, cui respondet ψωχέμμις apud eumdem *Stephanum*, qui tamen et hanc vult fuisse oppidulum Aegypti; sed ⲠϢⲰⲒⲤ ⲬⲎⲘⲒⲤ lingua Aegyptiorum designat

(*m*) In altero *Plutarchi* loco aut pro ἀεὶ rescribendum εἰ, aut otiosum istud adverbium prorsus delendum est, iudice *Squirio* p. 104, quia Aegyptiis Typhon aliis quoque nominibus, Βέβων et Σμύ, innotuit. In altero loco ῷ pro αὖ placuit etiam *Squirio*, *Marklando* et Cl. *Wyttenbachio* p. 520.

signat *Aegyptum superiorem*, quam observationem, ut iam monui, debeo *Montfauconio*, summo Viro. Quid autem sibi velit *Plutarchus*, quando addit, Σὴθ Aegyptiis etiam significare ἀναστροφὴν et ὑπερπήδησιν, id me non satis intelligere, nec ex lingua Coptica illustrare posse, fateor. Nolo hic praetermittere, quamvis l. c. huius coniecturae ingeniosae iam a me facta fuerit mentio, doctissimum *La Croze*, cum aliquando de hoc vocabulo mecum dissereret, me monuisse, ϹΗϪ dici *pullum asini*, notum vero esse, cum aliunde, tum ex illo *Epiphanii* loco, quem modo adduxi, Typhonem sub imagine Asini fuisse repraesentatum (*n*). Ex hac observatione alia lux nascitur *Plutarcho*, qui, vocabulum Σὴθ explicans, memoriae prodidit, hoc Aegyptiis significare ἀναστροφὴν καὶ ὑπερπήδησιν. Forsan enim respicitur ad ϬΟϹϪΕϹ, quod Aegyptiis est *saltare*. Vid. Matth. XIV. 6, XI. 17. In omni vero saltatione solet esse et ἀναστροφὴ et πήδημα, ut etiam *Lucianus* monuit in libro de Saltatione. Ceterum, omnium atque singulorum rationem accuratam et perspicuam reddi non posse, nemo mirabitur, qui paucitatem monumentorum Copticorum cogitaverit.

ΣΗΣ Aegyptiis significasse σωθῆναι, quondam vulgo existimabatur. Rectius dixissent omnes ὕσης, quod est ipsum Aegyptiacum ϦΟϪΕ. Vide plura in v. Μωϋσῆς [pag. 155 sqq.].

SCHESCH, שׁשׁ. Hac voce, quae in Sacro Codice V. T. frequenter occurrit, Hebraei *Byssum* vocare solent. Doctores Iudaici, quorum testimonia collegit *Spencerus* de Legibus rit. Hebr. Lib. III p. 55,

(*n*) Ex eo illustrabitur *Aelianus* lib. X H. Anim. c. 28, ad q. l. *A. Gronovius* verba *Plutarchi* haud neglexit.

p. 55, fatentur, vocem istam non esse origine Hebraicam, sed Aegypto natales debere. Et profecto ita se res habet. Βύσσος enim in omnibus Aegyptiorum monumentis, quae supersunt, vel mihi saltem innotuerunt, semper vocatur ϣⲉⲛⲥ. Inde Hebraei sine dubio fecerunt suum שש, natum ex veloci Aegyptiacae vocis pronunciatione, qua factum, ut ⲛ veluti non audiretur, ac si Aegyptii quoque dixissent ϣⲉⲥ aut ϣⲉϣ: cuiusmodi quid in linguis omnibus, quando praesertim vocabula velocius efferuntur, contingere videmus (*o*).

SCHAÄTNES. Vox Levitici XIX. 19 occurrens, quam quidam habent pro Aegyptiaca. Verba Mo-

(*o*) Vix hodie quispiam erit, qui vocis Hebraicae שֵׁשׁ originem Aegyptiam in dubium vocet. Si cui tamen *Ia-blonskii* observatio de caussa omissae literae ⲛ in voce Hebraea minus satisfaciat, forte magis placebit *Forsterus*, in libro de Bysso antiquorum p. 47—49 monens, Aegyptios *lignum* vel *arborem* sua lingua vocasse ϣⲉ; in vocibus compositis inter utramque collocasse literam ⲛ; hanc voci, cui praefigeretur, addidisse significationem adiectivam, quae dicitur, ut in ϣⲉⲛ̀ⲥϭϥⲥ *lignum cedrinum*, ϣⲉⲛ̀ⲁⲗⲟⲗⲓ *lignum uvae* sive *vitis*, proprie *arbor uvea*; ϣⲉⲛ̀ⲥ esse vocem compositam ex ϣⲉ; ⲛ nota adiectivi, et ⲉⲥ, quam *fructum gossypii* vel *lanam xylinam* suspicatur significasse; Hebraeos vero, neglecta nota adiectivi dixisse ϣⲉⲉⲥ et scripsisse שֵׁשׁ; eosdemque primis Reipublicae suae temporibus hac voce usos esse, sed post Salomonis regis aetatem בוץ.

Mosis ita sonant: *Statuta mea observabitis; e iumentis tuis ne committas duo genera, agrum tuum ne conseras duobus generibus, et vestimentum duorum generum* שעטנז (*Schaätnes*), vertunt vulgo, *varie contextum*, vel *ex lana et lino contextum, non ascendat super te*. Vertitur etiam: *Non indues vestem mixtim contextam, e lana et lino simul.* Interpretes Alexandrini habent *ἱμάτιον ἐκ δύο ὑφασμένον.* Ita et Deuteron. cap. XXII. 11. Vocem hanc Talmudistae, et cum illis multi alii, habent pro Hebraica, voluntque esse compositam ex שוע *lenire*, טוה *nere*; et נוז *torquere filum*. Vide notas *Drusii*, *Pfeifferi* Dub. Vex. in Levit. XIX. 19 (*p*), et inprimis *Buxtorfii* Lexicon Talmud. artic. שעט col. 2483 et 2484. *Drusius* sic exponit in notis maioribus: *Dico ego, quod habeat significationem rei* הנמלל *consutae* et שזור *rei intortae, quando una res cum alia retorquetur ad coniungendum eam. Bocharto* illa compositio ex tribus radicibus incommoda visa est, quare alio modo vocem hanc exponit, radices ex lingua Arabica atque Hebraea conquirendo. Verba eius apponere operae pretium est, ex Hieroz. Part. I Lib. II cap. XLV col. 486 et 487. שעטנז Levit. XIX. 19, *Quod quid sit, ne ignoremus, ita explicatur in repetitione Legis Deut.* XXII. 11, *Non induetis* שעטנז צמר ופשתים יחדו *saatnez, lanam et linum simul. Ergo lana et linum in eodem panno aut vestimento simul commixta Hebraice vocantur* saatnez. *De origine vocis Hebraei multa nugantur, quae consulto praetereo, quia nullam habent veri speciem. Videtur esse composita ex* שעט *saat* et נז *nez. Ad prius alludit Arabum* سوط vel ساط sata, *quod* miscere *est, proprie* res liquidas, *sed et alia quaevis, puta, opes, greges, et similia significat. Et* נז *Hebraei*

(*p*) Opp. Philol. tom. I p. 139.

braei textum *reddunt*. Quam *Bocharti* explicationem pro virili confirmare nititur *Iohan. Spencerus* de Legibus Hebraeorum ritualibus Lib. II cap. XXI, qui existimat, illud saltem liquido apparere, prohiberi hic a Legislatore *diversorum contexturam*. In hunc sensum *Castellus* eamdem vocem ex Arabico deducit, sed ex aliis tamen radicibus, ut significet *commixturam diversorum generum*. Sed nescio, an haec hactenus omnibus sint satisfactura. Alii idcirco vocem hanc peregrinam iudicant, uti *Buxtorfius* observat in Lexico Talmud. l. c. Si autem sit peregrina, vix alia esse poterit, quam Aegyptiaca, uti non male pronuntiat *Pfeifferus*. Et ita censet *Grotius*, cuius observationem adscribere non pigebit: *Est hic vox, nisi fallor, Aegyptiaca* שעטנז, *quam Hebraei interpretantur* ex lana et lino. *Sic Romani credidere, si Flaminica inventa esset, tunicam laneam lino habuisse consutam, ob eam causam piaculum esse commissum. Docet id* Servius *ad ultimum Aeneidos*. Quam observationem *Grotii* atro calculo notat *Spencerus* p. 397, hanc rationem afferens: *Iudaeo vetitum erat tunicam e lana et lino contextam, Flaminicae vero tunicam laneam, lino consutam, gerere; more (nisi me fallat opinio) ab Aegyptiis hausto, apud quos lana quid impurum habita est, et omnibus ministerio alicui sacro operam dantibus interdicta.* Pro Aegyptiaca voce pariter *Schaätnes* habent *Mercerus*, *Mayerus*, *D. Varenius*, a *Pfeiffero* adducti, et ipse *Pfeifferus*, cuius expositionem adscribam: *Ebraeam non esse constat. Ergo Aegyptia erit. Nam queis cum alias Ebraei nuper conversati? In Lingua Coptica habet sua vestigia. Nam* ⲥⲁϯ *σὰτ vel* ⲡⲓⲥⲁϯ *πισὰτ* (q), *est netum filatum. Conf. Scalam Copticam in* Kircheri *Lin-*

(q) ϣⲉⲛⲥ ⲉϥⲥⲁϯ est *βύσσος κεκλωσμένη*, *byssus torta*, in versione Coptica Exod. XXV. 4, XXVI. 1.

Lingua Copt. restituta p. 122. *Quod ad vocem alteram componentem adhuc ambigo.* Lana *enim* (*quam explicatio Deut.* XXII. 11 *requirere videtur*) ⲤⲞⲠⲦ, σορτ, (ϢⲈⲚⲤ, σχενς, *autem, quod quodammodo ad* נז *accedit, sericum*) *dicitur. Iudicent tamen eruditi, annon* נז *possit lucem capere ex Coptico* ⲚⲀⲤ, *id est*, illi, *vel* iuxta ipsum, *ut innuatur vestis, cui netum filatum est intextum, vel* ⲈⲚⲀⲀⲤ *praestantius scil.* sericum; Ling. Copt. restitut. p. 410. Haec *Pfeifferus*, qui in cognitione linguae Copticae paucos, aut potius nullos, progressus fecerat, quique ultra profecisse non videtur, quam quod Coptica, literis Graecis scripta, plerumque legere nosset, et ex solo literarum sono iudicium ferret. Vnum verum vidit, vocem hanc esse Aegyptiacam. Est autem admodum probabile, vestem byssinam et laneam, seu mixtam ex lino et lana, ab Aegyptiis appellatam fuisse ϢⲞⲚⲦⲚⲈⲤ, aut nomine consimili, ex quo Hebraei levi mutatione שעטנז fecerunt. Quam coniecturam meam magno *La Crozio* non displicuisse, laetus recordor (*r*). Opus igitur non est, ut vocem, qua Moses utitur, credamus compositam vel e verbo Arabico et

(*r*) *Forsterus* etiam suspicatur, byssum lana pictam appellatam esse Aegyptiis ϢⲞⲚⲦⲚⲈⲤ, *byssinum complicatum* seu *fimbriatum*, atque hanc vocem respondere Hebraicae שעטנז, cum exacte exprimat mixturam ex lana et פשתים seu xylino. Adi eruditum librum de Bysso antiquorum p. 92—100, ubi plura, ad hanc legem pertinentia. *Forsterum* sequitur in notis ad Levit. XIX. 19 *Dathius*, hunc vero *Rosenmullerus* in scholiis ad eumdem locum. — Quod raro fit, in explicanda voce שעטנז a *Iablonskio* dissentit *Scholzius* in Repert. f. B. und M. Litt. T. XIII. p. 30, 31, opinaturque, secutos alios, originem eius in Aethiopia et Chaldaea esse quaerendam.

et Hebraeo, quod *Bochartus* ac plures cum eo statuunt, vel e verbo Aethiopico ሰሀሐ *miscuit*, *diversa combinavit*, et voce Hebraica sive Chaldaica זג.

ΣΙ΄ΔΗ. *Hesychius.* Σίδη, Θεόφραςος φυτὸν ἕτερον τῆς ῥοιᾶς φησὶν εἶναι τὴν σίδην. Φύεσθαι δὲ ἐν τῷ Νείλῳ. Locus *Theophrasti* extat Lib. IV Hist. Plant. c. II, ubi vide notas *Bodaei* p. 461. Aeolice vel Dorice dicitur Σίβδη, apud *Callimachum* H. in Lav. Pall. v. 28, ad q. l. legatur *E. Spanhemius* (*s*).

SIMACVS, portitor literarum velocissimus. *Liberatus* Breviar. cap. XXIII scribit: *Per Portitores Literum velocissimos pedestres, quos Aegyptii* Simacos *vocant.* Dicti forte sunt a singulari et molestissimo labore, quem perferebant, qui hoc munere fungebantur. ⲙ̇ⲕⲁϩ Aegyptiis est *πόνος*, et quidem labor gravis et molestus, qualis Israëlitarum in Aegypto, in quorum Historia vox illa saepius occurrit, Exod. I. 11, 14 cap. II v. 11 ⲉ̇ⲧⲁϥϯϩⲑⲏϥ ⲇⲉ ⲉ̇ⲡⲟⲩⲙ̀ⲕⲁϩ, in Graeco est *κατανοήσας δὲ τὸν πόνον αὐτῶν*, adde III 7. Erat autem certe labor horum portitorum molestissimus. Comparari namque merito possunt cum Hemerodromis Graecorum, qui ex *Cornelii Nepotis* vita Miltiadis omnibus satis noti, et de quibus alia veterum testimonia diligenter congessit *Balth. Stolbergius* in Dissert. de Angariis Veterum cap. II in Exercitationibus Graecae Linguae p. 160 et seqq. Nescio, an ex pristino illo instituto Aegyptiorum fluxerit mos, qui etiamnum servatur Alexandriae in Aegypto, ubi huiusmodi portitores literarum publicis sumtibus aluntur.

(*s*) Conf. *Alberti* ad *Hesychium* v. Σίβδαι et Σίδη. Non videtur vox origine Graeca, sed peregrina, forte Aegyptiaca. Quae tamen eius sit notatio, tacet *Iablonskius*, tacent alii, nec ego dicam.

tur. Memoratu digna, quae hanc in rem refert *Vanslebius*, quaeque ex eius relatione Itineris Aegyptiaci Gallica p. 211. 212, hic adfcribam: *Le 23 de ce mois je vis revenir un More d'une courfe qu'il avoit faite, pour montrer fa vigueur, & qu'il avoit affez de force pour être mis au nombre des Porteurs de Lettres d'Alexandrie au Caire. Cette courfe de celuy qui prétend être fait Meffager d'Alexandrie, confifte en ce qu'il doit porter fur fes Epaules un feu allumé dans un panier de fer, fait en forme d'un grand rechaut, qui eft fiché au bout d'un baton de la hauteur d'un homme, et au quel font attaché plufieurs cercles de fer, du poids de 36 rotols; & avec ce fardeau, il doit faire une courfe de vingt fept milles fur le chemin de Rofette, & revenir le même jour à la ville avant le coucher du foleil; ce qui fait en tout 54 milles, toujours chargé du même fardeau; & s'il en vient à bout, il eft non feulement reçu parmy les Meffagers, mais il gagne encore la gageure que les autres ont fait contre luy: Et au contraire, fi les forces luy manquent, il perd fa vigueur, & il n'eft pas reçu dans leur corps: Celuy que je vis revenir, ce jour la, & qui avoit achevé fa courfe avec gloire, parce qu'il avoit encore deux heures du foleil de refte, gagna une gageure de 3 piaftres, fut reçu dans le corps des Meffagers, & amaffa de plus huit piaftres de ceux, qui étoient les fpectateurs de fon glorieux retour.* Similia referuntur de quibusdam regum Perfiae Miniftris, quos illi fermone vernaculo vocant *Schâler.* Vide *Thevenot* Voyages Part. II p. 354, 355, et *Chardinii* Itinerarium T. IV p. 137, 138, et alibi. Ex his intelligi poteft, quaenam portitorum illorum fuerit conditio, ut ab ⲙⲕⲁϩ *labore molefto* denominari merito potuerint. Eft autem ab ⲙⲕⲁϩ *labor*, ϭⲓ ⲙⲕⲁϩ *laborare, aerumnofum effe*, quod et dicitur ϣⲉⲡ ⲙⲕⲁϩ, Genef. XLIX. 15. Ex quo fequitur, *Simaços* recte expli-

cari

cari posse ϭⲓⲙⲕⲁϩ, *Simcah*, et adiecta terminatione Latina *Simcaos*, vel euphoniae causa *Simacos*, *πονοῦντας*, *moleste laboriosos.* Vtinam tamen suppeterent Codices MSS. *Liberati.* Reperiretur forsitan lectio, ex qua sensus erui posset adhuc commodior. Citra consensum vero librorum MSS., in fingendis peregrinis vocibus, ingenio indulgere, aut potius abuti velle, praesertim ubi non adest certum aliquod, cui superstruere possis, fundamentum, periculosae plenum opus aleae esse arbitror.

ΣΙΝΔΩ'Ν, Latinis etiam *Sindon.* Hebraei scribunt סָדִין. Vide interpretes ad Iudic. XIV. 12. Ita Aegyptiis dicebatur linteum tenuissimum, ex quo conficiebantur tunicae interiores, quibus involvebantur etiam mortuorum cadavera. Etymologici M. Auctor *Σινδών* vel, ut scribit, *Σιδών*, putat nomen traxisse a *Sidone* (*t*) urbe, in qua nempe *Sindones* textae fuerint.

(*t*) Ita quoque *Seberus* ad *Pollucis* l. c. et alii. Hebraicum סָדִין nimium abit ab urbis nomine צִידוֹן. *Σινδὼν* vero et סָדִין eiusdem originis vocabula esse, vix in dubium vocatur. *Relandus*, praeeunte *Gollo* ad *Alferganum* p. 77, nomen arcessivit a *Sind*, regione Indiae, cuius incolarum meminit *Hesychius*, *Σίνδοι*, *ἔθνος Ἰνδικόν· ἔστι δὲ πόλις ἐκεῖ Σινδικὸς λίμην λεγομένη.* Pro *Ἰνδικόν* *Is. Vossius* ad *Scylacis* Periplum mavult *Σινδικόν.* Sic et alii, quos citat *Alberti.* Conf. etiam *Wesselingius* ad *Herodotum* IV. 86. Multi originem vocis quaerunt in Arabia. *Schultensius* ad Proverb. VII. 16, XXXI. 4, et *Schroederus* de Vestitu cet. ad Ies. III. 23 ducunt a سَدَنَ, *laxavit*, *demisit vestem.* A tantis viris ego quidem iuvenis non audebam discedere in Disputatione Historico-Critica ad Historiam sepulchri et sepulturae I. C. p. 17. Nec discessit *Michaëlis* in Suppl. ad Lex.

rint. Sed merito illam etymologiam reiecit *Bochartus* Geog. Sac. Part. II Lib. II cap. XIV. Esse namque vocem (*u*) Aegyptiam, nititur testimoniis veterum. *Pollux*, Lib. VII cap. 16 [Segm. 72.] de lineis vestibus agens, Sindonem etiam commemorat hunc in modum: *Σινδὼν ἔςιν Αἰγυπτία μὲν, περιβόλαιον δ' ἂν εἴη, τὸ νῦν δίκροσσον καλούμενον, εἴρηται δὲ που καὶ τελαμὼν σινδονίτης.* *Herodotus*, quo loco condituram et sepulturam Aegyptiorum describit, L. II c. 86, postquam modum condiendi corpora explicuisset, haec addit: *Λούσαντες τὸν νεκρὸν, κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα, σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατατετμημένοισι.* Quae verba sic reddenda esse censet *Steph. Le Moyne* ad Varia Sac. p. 302, *Involvunt totum corpus dissectis loris sindonis byssinae.* Ibidem vir ille eruditus, cuius [illegible] men- [illegible]

Lex. Hebr. p. 1721, ita tamen, ut סָדִין mallet referre ad Arabicum istud verbum, non significatu *laxandi*, sed *velandi*, qui superest in سدن *velum.*

(*u*). Vocem esse Aegyptiam, monet *Forsterus* de Bysso antiquorum p. 86; sed primum scribit: „Est enim ϢⲐⲎⲚ, *Shthen*, quod *vestem*, imprimis *laxam*, *splendidam*, *fimbriatam* significat". Deinde adiungit: „Vestes antiquorum ex lana non egebant fimbria; — at linteae vel ad minimum margine erant *complicatae*. Aegyptii *complicare* vel *plectere* dicunt ϢϢⲚⲦ, *shont*, unde postmodum vestes *linteae* et *xylinae fimbriatae*, vel *complicatae* vocatae fuere ϢⲈⲚⲦϢ, *shento*, qua voce Coptus utitur interpres Scripturae pro Sindone; unde et orta ipsa vox Graeca *Σινδὼν*". Conf. *Scholzius* in Repert. l. c. p. 14, et *Altmannus* tom. III Observat. in Libros N. T. p. 648. Nomen Aegyptiacum esse, monent quoque *Braunius* de vest. Sacerd. Hebr. tom. I p. 148 et *Munthe* in Observat. ex *Diodoro Sic.* ad Matth. XXVII p. 95, sed eiusdem notationem repetunt de urbe *Sin*, quae est Pelusium in Aegypto.

mentionem *Le Moyne* fecit, adfert hoc *Martialis* Epigramma XVI Libri II,

> *Quid torus a Nilo, quid sindone cinctus olenti?*
> *Ostendit stultas quid nisi morbus opes?*

quod sic explicat: *Aeger iste toro et lecto Nilotico iacebat, et fasciis ex sindone paratis ad vulnera sua vincienda utebantur.* Aliter autem, quod dissimulare nolim, verba haec, ex vetustis libris, legit et interpretatur *Petrus Scriverius* in animadversionibus, quas vide. *Palladius* in vita Serapionis p. 104 edit. Meursii: *Σεραπίων τις ὀνόματι γέγονεν τῷ γένει Αἰγύπτιος, ἐπίκλητος Σινδόνις· παρεκτὸς γὰρ σινδονίου οὐδέποτε οὐδὲν ἄλλο περιεβάλετο.* Hic tamen et alibi *Sindon* alio sensu accipitur, quam apud *Herodotum.* Vide *P. Lucam* in Itinerario III, Part. II p. 271. Aegyptii vestimentum illud linteum dixerunt ϣⲉⲛⲧⲱ, quod in Coptorum libris saepe occurrit. Sic Marci xv. 46 vox ista Coptica semel iterumque ab interpretibus Aegyptiacis pro Graeca *σινδών* ponitur. Vid. et reliquos Evangelistas in historia sepulturae Domini. Et ne quis putet, interpretes Aegyptios ideo tantum his in locis vocem istam adhibuisse, quia in Graeco *σινδών* legitur, iidem etiam *ὀθόνιον* solent per idem istud vocabulum reddere, uti Iohan. c. XIX. 40. Nam, quod in Graeco legimus, *ἔλαβον οὖν τὸ σῶμα τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἔδησαν αὐτὸ ἐν ὀθονίοις*, Copti interpretes ita expresserunt, ⲁⲩϭⲓ ⲟⲩⲛ ⲙ̀ⲡⲓⲥⲱⲙⲁ ⲛ̀ⲧⲉ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ⲟⲩⲟϩ ⲁⲩⲕⲟⲩⲗⲱⲗϥ ⲛ̀ϩⲁⲛϣⲉⲛⲧⲱ ⲛ̀ⲓⲁⲩ. Itaque *ὀθόνια* verterunt ⲛ̀ϩⲁⲛϣⲉⲛⲧⲱ ⲛ̀ⲓⲁⲩ, id est, *vestimenta linea*, quod alias dicunt ⲛ̀ϩⲱⲃⲥ ⲛ̀ⲓⲁⲩ, *vestimentum lineum*, quomodo iidem *ὀθόνην* verterunt Act. x. 11,

xi. 5, et χιτῶνα λινοῦν Levit. vi. 10, xvi. 4, item ἱμάτιον ϛιππύινον, Levit. xiii. 47; 59. Ex omnibus autem locis, ubi ϣⲉⲛⲧⲱ occurrit, fatis apparet, proprie intelligi veftimenta, vel tunicas interiores, ex lino, byffo, aut confimili materia confectas, quibus aut vivi, aut mortui amiciebantur, etfi nonnumquam illius Sindonis latius etiam pateat fignificatio. Vocem hanc retinuerunt Copti in hodiernum usque diem, in communi vitae ufu, quamvis illi lingua foleant uti Arabica, Aegyptiacae fere plane rudes et ignari. Intellexi hoc ex Epiftola *Du Bernatii* e Societate Iefu ad Patrem *Fleurian*, quae extat Tomo II des Nouveaux Mémoires des Miffions, ubi Part. I p. 6 haec occurrunt, digna quae hic transfcribantur: *Quand les Gouverneurs d'Egypte* (envoyez par les Empereurs Grecs) *mangoient, ils forcoient quatre Egyptiens, de foutenir la Table, & effuyoient la main à leur barbe, affront le plus infupportable, qu'on puffe leur faire. Tout ce que ces malheureux purent obtenir, c'eft, qu'en cet état, & pour fauver leurs barbes, ils fe mettoient une ferviette fur les épaules. En mémoire de cette humiliante fujettion, ils portent encore aujourdhuy fur les épaules une éfpece des ferviettes, qu'ils appellent* Sonto. Eft *Sonto* fine dubio ϣⲉⲛⲧⲱ. Pertinet huc locus *Ifidori* Etymolog. Lib. xix cap. xxvi.: *Anobaladium* (lege *Anaboladium*, Gr. ἀναβολάδιον) *amictorium lineum foeminarum, quo humeri operiuntur, quod Graeci et Latini* Sindonem *vocant.*

SIRBONIS vel SERBONIS, Lacus in finibus Aegypti et Phoeniciae, inter Cafium montem, urbemque Oftracinem, Graece Σιρβωνὶς et Σερβωνίς. Vide *Cellarii* Geographiam antiquam Africae p. 26. A mari lacus ille ducit ad id, quod a veteribus vocari fo-

solet ἔκρηγμα, quasi dicas *eruptionem*; quod *Cellarius* veterum testimoniis probat, *Diodori Siculi* Lib. XIX c. 64, αὐτὸς παρῆλθεν ἐπὶ τὸ καλούμενον ἔκρηγμα, et *Strabonis* Lib. XVI p. 522, 523, καὶ αὕτη μὲν οὖν ἡ ἀπὸ Γάζης λυπρὰ πᾶσα, καὶ ἀμμώδης. ἔτι δὲ μᾶλλον ἐφεξῆς τοιαύτην ὑπερκειμένην ἔχουσι (*v*) τὴν Σιρβωνίδα λίμνην παράλληλον πρὸς τῇ θαλάττῃ μικρὰν δίοδον ἀπολειποῦσαν μεταξὺ, μέχρι τοῦ ἐκρήγματος καλουμένου. —— τὸ δ' ἔκρηγμα συγκέχωσται. Meminit idem huius ἐκρήγματος L. I p. 45. *Plinius* Lib. V c. 13 istud ἔκρηγμα vocat *emersum* (*w*). Ceterum, quia in fabulis Aegyptiorum iste Sirbonis lacus traditur domicilium esse Typhonis, in quo occultatur (*x*), forte id occasionem praebuit alii fabulae, quam *Plutarchus* commemorat in Lib. de Iside et Osiride p. 353, quod nempe Typhon in lucem prodierit nec iusto tempore, nec loco consueto, ex utero materno, verum praemature, latere matris suae disrupto. Quod ad lacum ipsum attinet, eius descriptionem iam dedimus ex *Strabone*. De eodem *Diodorus* ita loquitur Lib. I cap. 30: *In medio cavae Syriae et Aegypti lacus est, latitudine perquam angustus, sed profunditatis admirandae; longitudo ad* CC *stadia excurrit; nomen ei Serbonis. Si qui imperitia loci propius accedunt, periculis insperatis involvuntur. Strictior enim cum sit alveus, fasciaeque similis, et vasta* *fa-*

(*v*) In editis plerisque, etiam Almelov. p. 1102, legitur hic ἔχουσι, sed in codice MS. Mediceo ἔχουσα, ut ad oram libri mei *A. Gronovius* notavit: quae lectio videtur praeferenda. In eodem codice, pro Κάσιον, scribitur h. l. et deinde Κάσσιον. Minus recte, iudicio *Salmasii* ad *Spartiani* Hadrianum cap. 14. Conferri potest *Wesselingius* ad *Antonini* Itiner. p. 152.

(*w*) Conf. *Casaubonus* ad *Strabonis* lib. I p. 114, et *Wesselingius* ad *Diodorum Sic.* tom. II p. 368.

(*x*) *Herodotus* III. 5, Schol. ad *Apollonium Rhod.* II. 1215, *Eustathius* ad *Dionysii* Perieg. v. 253.

fabulosi littoris crepidine undique circumfusus, quando Austri perpetuo flant, magna vis arenae ingeritur, quae superficiem aquae obscurat, paludisque adspectum ita terrae assimilem facit, ut omnino discerni nequeat. Ideo multi, natura loci non praecognita, cum totis ibi exercitibus absorpti periere, cum a vero itinere aberrassent. Quod ipsum confirmat Lib. XVI cap. 46: *Interea Persarum rex — signa versus Aegyptum profert. Ad magnam vero paludem* (Sirbonidem), *ubi, quae barathra vocantur, occurrunt, per imperitiam locorum exercitus partem amittit.* Vbi *Diodorus* lectorem ad Librum I remittit. Et certe illic monet, cap. 30, campos circa lacum Sirbonidem appellari *barathra*. *Strabo* Lib. XVI p. 526 [1109], ubi de Mari Mortuo in Palaestina quaedam dixerat, haec addit, quae ad lacum Sirbonidem spectare videntur: Ἐν δὲ ταῖς καλουμέναις Ταριχείαις, ἡ λίμνη μὲν ταριχείας ἰχθύων ἀςείας παρέχει, φύει δὲ δένδρα καρποφόρα μηλέαις ἐμφερῆ· χρῶνται δ' Αἰγύπτιοι τῇ ἀσφάλτῳ πρὸς τὰς ταριχείας τῶν νεκρῶν. Haec, inquam, videntur ad lacum Sirbonidem spectare. Nam loquitur de ταριχείαις, quas fuisse in Aegypto, et plures numero, et celebres, satis constat. Vide *Stephanum Byz.* in Ταριχέαι, ibique notas *Berkelii* et *Holstenii*. Ac sigillatim Ταριχειῶν Πηλουσίων [Ταριχηϊῶν τῶν Πηλουσιακῶν, in edit. Wesselingiana,] mentionem facit *Herodotus* Lib. II. c. 15. Et vero Sirbonidem lacum fuisse prope Pelusium ad orientem, veteres omnes docent. Praeterea *Strabonem* vidimus tradere, Aegyptios lacus huius bitumine uti ad condienda mortuorum suorum corpora. Sed idem hoc, ut verum fatear, scrupulum mihi iniecit. Testatur enim conceptis verbis *Diodorus Siculus* Lib. XIX cap. 99, bitumen, ex Mari Mortuo Palaestinae, *in Aegyptum transportari, et ad mortuorum conditurас vendi.* Non memini, me apud alium quemdam scriptorem de bitumine lacus Sirbonidis quidquam legisse. Itaque eam in rem pluribus adhuc inquirendum esse

esse puto. De Lacu Sirbonide porro et haec observa *Aristidis* verba ex sermone Aegyptio fol. 94. a. edit. Graec. Florent. Ἡ δ' αὖ Σερβωνὶς λίμνη περιφανῶς ἔξω τῶν ὀρῶν τούτων ἐστιν. ὑπερελθόντι γὰρ Πηλούσιον, καὶ τῶν ὀρῶν τῶν συγκλειόντων τὴν Αἴγυπτον θάτερον, ἐστὶ πρὸς Ὀστρακινὴν βαδίζοντι. ἥπερ ἐστι μέση μάλιστα τῆς ἀσπάρου (lege ἀσπόρου vel ἀσπάρτου) τῆς Ἀραβικῆς· εἰ μὲν οὖν καὶ εἰς ταύτην ἐκ τῶν ἄνωθεν τόπων ἔρχεταί τοῦ Νείλου τὶς ἀπόῤῥους, οὐδὲν δέομαι λέγειν· ὅτι δ' ἐκφεύγει τοὺς ὅρους τοῦ Ἐφόρου, δῆλον ἐξ ὧν εἶπον. Videtur *Serbonis* esse nomen Aegyptiacum, compositum ex ⲭⲉⲣ, *spargere*, *dispergere*, et ⲃⲱⲛ, *foetidum*; quibus accedit terminatio Graeca. Est igitur *Serbonis* lacus, *qui spargit foetorem*, quemadmodum lacus Asphaltites in Palaestina, de quo idem testantur *Diodorus Sic.* Lib. XIX cap. 98, et plures alii, veteres ac recentiores (*y*).

ΣΙΡΙΟΣ, nomen regis Thebaeorum, quod *Eratosthenes* interpretatur υἱὸς κόῤῥης, addens, ὡς δὲ ἕτεροι, ἀβάσκαντος. *Salmasii* explicationem, in libro de Annis Climactericis p. 567, iam alibi (*z*) commemoravi et reieci, quoniam nomen Σίριος non tantum Graece ab *Eratosthene* vertitur υἱός, sed υἱὸς κόῤῥης, *filius maxillae*. ϣⲏⲣⲓ in omnibus Coptorum libris signi-

(*y*) Comparentur, quae scripsit *Iablonskius* in Panth. Aeg. P. III p. 64—66, 104—107. Quae autem ille in hoc Glossario disputat, ea in compendium redegit et descripsit *Scholzius* l. c. p. 12. De origine nominis *Serbonis* aliter iudicasse videtur *Chr. Muller* in Satura Observat. p. 148, qui conferri vult Arabum هسرجسان, ἑρβὼν, et cum sibilo σερβὼν, actionem *occultandi* et *demergendi* insinuans. De notione vocum ⲃⲱⲛ et ⲭⲉⲣ sive ⲭⲱⲣ vide Lexicon La Crozianum p. 14, 164, 170.

(*z*) In *Vignolii* Chronologia S. tom. II p. 747.

significat *filium*; atque in versione Coptica V. et N. T. ⲟϫⲥ [ⲟⲩⲟϫⲥ] dicitur de *maxilla*. Esset igitur ϣⲏⲣⲥ ⲟϫⲥ ad literam υἱὸς κόῤῥης. Quam vero ob rem rex Thebaeorum Aegyptius fuerit dictus *filius maxillae*, divinari non possum prae defectu monumentorum historicorum, aut etiam, cur ἀβάσκαντος, *ab invidia* vel *a fascinatione tutus* et *immunis*; quod postremum sitne prioris tantum illustratio, an vero interpretatio nova et diversa, nunc quidem intactum relinquo. Aliorum autem esto iudicium de mea coniectura, ex qua apud *Eratosthenem* pro υἱὸς κόῤῥης legendum υἱὸς κόρης, *filius virginis*, hoc est, filius opinione et exspectatione citius natus e matre, quae adhuc nuperrime pro virgine habebatur, cuiusmodi filii etiam a Graecis παρθένιοι vocantur. Esset igitur Σίριος Aegyptiace ϣⲏⲣⲥ ⲥⲏϭ (sic enim legendum non ϣⲏⲣⲥ ⲥⲏⲁ, ut vitio typographico exstat apud *Vignolium*) *filius festinans*. Sed haec satis.

SIRIS est Nili nomen antiquissimum, et, ut puto, origine Aegyptium. Occurrit apud *Dionysium* Perieg. v. 223, *Plinium* Lib. v cap. v, et *Stephanum Byzant.* in v. Συήνη. Intelligitur ex iisdem scriptoribus, nomen *Siris* maxime in usu fuisse apud Aethiopes, ad Syenem usque et fines Aegypti habitantes. Auctoritate magnorum virorum inductus, ipse quoque (*a*) olim existimabam, nomen *Siris* et Hebraicum שִׁיחוֹר esse unum idemque. Nunc alia sum sententia. Neque mihi placent viri eruditi, qui opinantur, *Sirin* et *Osiridem* sive *Osirin* esse vocabula eiusdem originis ac significa-

(*a*) In not. ad *Eratosthenem*, tom. II Chronol. *Vignolii* p. 765.

ficationis (*b*). Etsi Nilus potissimum ab Aethiopibus nomine *Siris* appellaretur, videtur tamen hoc nomen esse origine Aegyptiacum, et forsitan derivandum a voce ϣⲁⲣⲥ, quae *iuncum* significat. Sed de his omnibus dixi plura in Pantheo Aegypt. Lib. IV cap. I §. 3 sqq.

ΣΙΡΙΦΘΑ΄ vel ΣΙΡΙΦΘΑ΄Σ. Vide infra in v. *Σιφωάς*.

ΣΙΣΤΟΣΙΧΕΡΜΗ΄Σ est nomen proprium regis Thebaeorum, quod *Eratosthenes* interpretatur Ἡρακλέος κράτος. Videtur scriptura nominis apud *Syncellum* corrupta, neque cum ea in concordiam posse redigi interpretatio *Eratosthenis*. Hinc nata fuit coniectura mea, pro Σιςοσιχερμῆς legi debere Ἐρτοσιχερμῆς quam exornare conabar in Annotationibus ad *Eratosthenis* Catalogum, quas Cl. *A. des-Vignoles* inseruit tomo II Chronologiae Sacrae, pag. 761 — 763. De priori nominis parte Ἐρτοσί sive Ἐρτωσί dixi etiam supra [p. 71, 72]. Pars posterior χερμῆς videtur esse ⲉⲣⲁⲙⲁϩⲥ, et accedente articuli instar litera ⲭ,

ⲭⲉ-

(*b*) Postquam viri in republica litteraria principes, *Scaliger* de Emend. Temp. p. 370, *Seldenus* de Diis Syr. I. IV p. 147, et qui sunt eorum similes perpauci, docuissent, nomina *Nili* et *Osiris* esse synonyma, docti homines quam plurimi eamdem opinionem amplexati sunt, etiam *Millius* in Dissertat. selectis p. 194, et *Georgius* ad Fragm. Liturg. Copt. p. 321, qui et Nilum a שיחור non diversum autumant. Contrarium tuetur *Mullerus* in Satura Obs. cap. 2 et 4, de nomine *Siris* prolixe inprimis disputans. Quem si audias, *Siris* dicitur quoque *Giris*, *Gir*, *Geir*, *Gris*, *Nigris*, *Niger*, nominibusque istis omnibus inest nota nigredinis, a verbo חרר, vel חר sive חרה, quod in plerisque linguis Orientalibus, et apud ipsos Aethiopes, significat *arsit*, *aestuavit*, *adustus fuit*. Mitto reliqua, quae apud ipsum legantur.

ⲭⲉⲣⲁⲙⲁϩⲥ (*c*). Recte ergo Ἐρτοσιχερμῆς vertitur Graece Ἡρακλέος κράτος vel Ἡρακλῆς κραταιός.

SISTRUM, Graece Σεῖστρον, genus crepitaculi, Aegyptiis proprii, quo in sacris Sacerdotes eorum utebantur. Quare Sacerdotes Isidis, et in universum Sacerdotes Aegyptii, nobis a veteribus describuntur ut *Sistrati.* Hinc *Martialis* Lib. XII Epig. 29,

Linigeri fugiunt, calvi, Sistrataque turba.

Conf. Anonymus apud *Suidam* in v. Ἀγείρει et Σεῖστρον, cuius sunt haec verba: ὁ δὲ λαθεῖν θέλων, ξυρεῖται τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ γένειον. καὶ στολὴν Αἰγυπτίαν ἀναλαβὼν, ἣν οἱ Ἴσιδος θεραπευτῆρες ἤσθηνται, καὶ σεῖστρον σπισείων, καὶ πόλιν ἐκ πόλεως ἀμείβων καὶ τῇ θεῷ ἀγείρων. Ex quibus apparet, Sistrum fuisse sacerdotibus Aegyptiorum proprium, interque ipsorum instrumenta sacra locum habuisse. Sed et alii, quando Isidis quaedam sacra celebrabant, Sistra movebant. Sic *Tibullus* L. I El. III. 24. Non minus tamen ipsis Diis Aegyptiorum, quam ipsorum sacerdotibus attribuitur, praecipue vero Isidi. Eam igitur sic *Ovidius* affatur, L. II Amor. Eleg. XIII,

Per tua Sistra precor, per Anubidis ora verenda.

Valerius Flaccus Argonaut. L. IV, v. 416,

——— haec procul Io
Spectat ab arce Phari, jam divis addita, jamque
Aspide cincta comas, et ovanti persona Sistro.

Manilius Astron. Lib. I extr.

Atque

(*c*) Conf. *La Crozii* Lexicon p. 3.

Atque ipsa Isiaco certarunt fulmina Sistro.

Et certe in vetustis Aegyptiorum monumentis Isis non raro conspicitur manu sua Sistrum gerens; et veluti quatiens. Sistrum ita describit *Apuleius* Metam. L. XI p. 240 [759, 760, edit. Oudend.] *dextra quidem ferebat aereum crepitaculum, cuius per angustam laminam, in modum balthei recurvatam, traiectae mediae paucae virgulae, crispante brachio tergeminos ictus* [trigeminos iactus,] *reddebant argutum sonorem.* Quae *Apuleii* verba, ex ipsis Sistrorum imaginibus, non raro obviis, facile illustrari poterunt. Addendum est huic *Apuleii* descriptioni, virgulas, quae Sistrum transeunt, et, concusso Sistro, tinnitum sonorum edunt, referre speciem aspidum Isidi sacratarum, et in summo Sistro conspici felem; cui tamen nonnunquam vultus humanus affingitur. Haec omnia ad sacra Isidis a sacerdotibus referebantur, et mysticis rationibus nitebantur. Quae sic exponit *Plutarchus* de If. et Osir. p. 376 edit. Steph. Ἐμφαίνει δὲ καὶ τὸ σεῖστρον, ὅτι σείεσθαι δεῖ τὰ ὄντα καὶ μηδέποτε παύεσθαι φορᾶς, ἀλλὰ οἷον ἐξεγείρεσθαι καὶ κλονεῖσθαι καταδαρθάνοντα, καὶ μαραινόμενα. Τὸν γὰρ Τυφῶνα φασὶ τοῖς σείστροις ἀπατρέπειν καὶ ἀποκρούεσθαι; δηλοῦντες, ὅτι τῆς φθορᾶς συνδεούσης καὶ ἱστάσης, αὖθις ἀναλύει τὴν φύσιν καὶ ἀνίστησι διὰ τῆς κινήσεως ἡ γένεσις. τοῦ δὲ σείστρου περιφεροῦς ἄνωθεν ὄντος, ἡ ὄψις (*d*) περιέχει τὰ σειόμενα τέτταρα. καὶ γὰρ ἡ γεννομένη καὶ φθειρομένη μοῖρα τοῦ κόσμου περιέχεται μὲν ὑπὸ τῆς σεληνιακῆς σφαίρας, κινεῖται δὲ ἐν αὐτῇ πάντα καὶ μεταβάλλεται διὰ τῶν τεττάρων στοιχείων, τῇ δὲ ἀψῖδι τοῦ σείστρου κατὰ κορυφὴν ἐντορεύουσιν αἴλουρον, ἀν-

(*d*) Pro ὄψις legendum est ἀψὶς, cum *Baxtero*, *Bentleio*, *Marklando*, *Squirio*, qui in ipsum textum recepit p. 151, et Cl. *Wyttenbachio*. — Pro γεννομένη alii γενομένη, alii rectiu γεννωμένη.

ἀνθρώπου πρόσωπον ἔχοντα. κάτω δὲ ὑπὸ τὰ σειόμενα, τῇ μὲν Ἴσιδος, τῇ δὲ Νέφθυος πρόσωπον, αἰνιττόμενοι τοῖς μὲν προσώποις γένεσιν καὶ τελευτήν. In sequentibus docet, Felem referri ad Lunam, eiusque rei rationes indicat. Plura vide apud *Vigenerium* notis in *Philostrati* Imagines T. I p. 64, 65, *Ang. Mich. Chaussè*, Cabinet Romain, qui et figuras Sistri exhibet Part. III num. XV. XVI. XVII. Quales figurae etiam occurrunt in *Leonardi Augustini* Gemmis et Sculpturis Part. I num. 214, in *Begeri* Thesauro Brandenburgico, in *Pignorii* Tabula Isiaca, et in aliis Antiquitatum collectionibus (*e*). *Sistri* vocabulum, quod etsi proprie de solis Aegyptiorum numinibus, sacris et sacerdotibus adhibetur, creditur tamen vulgo non esse Aegyptiacum, sed Graecum (*f*). Dictum enim

(*e*) De vario Sistrorum Aegyptiacorum genere et usu cum multi multa scripserint, quae repetere nihil attinet; tantum monebo, eruditos interpretes Antiquitatum Herculanensium, *Le Pitture Antiche d'Ercolano*, plura de Sistris monuisse lectu digna, tom. II p. 310, 311, 318, tom. VIII p. 12. Scribunt autem *Venuti* et *Amadutius* tom. III veterum Monumentorum Matthaeiorum p. 49: „ Medicei Tabiini Sistrum omnium ornatissimum descripsit iam *Iosephus Blanchius*, nosque et Matthaeianum, et Gualdinum, et Strozziantm ad viam Aureliam repertum, et Herculanense, et Vaticanum suspectae antiquitatis designavimus in nostra ad Cl. *Bandinium* Epistola, quae in Florentinas Ephemerides [*Novelle Letterarie di Firenze del* 1773] inlata fuit." In quibusdam etiam monumentis antiquis aliis vere non conspici Sistrum, observat *I. Winkelmann* in Praef. ad descriptionem Musei Stoschiani, et in Geschichte der Kunst des Alterthums z. 75. Quae triumvirorum, Antiquitatis studio maxime celebrium, observatio si vera est, operae pretium faciet, qui, post *Bacchinum*, *Tollium*, *Pignorium*, *Fabrettum*, *Montfauconium* pluresque alios, denuo accurate inquirat in originem Sistrorum et usum apud Aegyptios.

(*f*) Quos ego quidem novi, scriptores omnes veteres ac recentiores Graecam vocis *Sistrum* originem agnoscunt, praeter unum *Papiam*, cuius verba, citata ab *Elmenhorstio* ad

enim σεῖςρον existimatur a verbo σείειν, quia concutiebatur et commovebatur, ut sonum ederet argutum, uti vel ex *Putarchi* et Anonymi apud *Suidam* verbis, modo citatis, satis intelligitur. *Isidori* etymologia, qui *Sistrum* de *Iside inventrice* appellatum scribit, Etymol. L. II c. 21, prolixa confutatione non eget. Si vox *Sistrum* non est originis Aegyptiacae, quae res mihi adhuc dubia manet, quamvis reliquiae veteris linguae Aegyptiae, quae supersunt, non ferant suppetias ad istam vocis originem Aegyptiacam illustrandam; quodnam tunc fuerit crepitaculi huius Aegyptiorum sacri nomen vere Aegyptiacum, quantum memini, a nemine veterum traditur. Non videtur aberrare a vero, quod rerum harum callentissimus *Mat. Veyss. La Croze* observavit, meque docuit, Aegyptios sermone suo proprio instrumentum hoc appellasse ⲕⲉⲙⲕⲉⲙ, quae vox proprie crepitaculum significat, vel instrumentum Musicum, quod, pulsatum aut commotum et quassatum, sonitum edit. Ⲕⲓⲙ enim est *movere*, et *concutere*, Ps. XXI. 7, Act. XII. 7. Inde ⲕⲉⲙⲕⲉⲙ ab interpretibus Coptis reddi solet vox Graeca τύμπανον, Exod. XV. 20, Psalm. CXLIX. 3, Psalm. CL. 4. Τυμπανιςὴς vero, vel τυμπανίςρια, *pulsans tympana*, iisdem audit ⲣⲉϥⲕⲉⲙⲕⲉⲙ, Psalm. LXVIII. 25. Τύμπανον Aegyptiorum memorat *Clemens Alexand.* Paedag. Lib. II c. 4, pag. 164. Aut forte verum *Sistri* nomen Aegyptiacum fuit ⲥⲉⲛⲥⲉⲛ. Nam I Cor. XIII. 1, ubi in Graeco est χαλκὸς ἠχῶν, Coptus reddidit ⲛⲟⲩϩⲟⲙⲧ ⲉϥⲥⲉⲛⲥⲉⲛ. Ex quo lo-

ad *Appuleii* Metamorph. p. 759, haec sunt: *Sistrum lingua Aegyptiaca est tuba, cum qua Isis describitur.* Sed Glossatoris, qui vixit seculo XI circiter medio, auctoritas non est tanti.

oco intelligitur, ⲤⲈⲚⲤⲈⲚ proprie (*g*) accipi de tinnitu aeris, adeoque Siſtrorum, quae ex aere erant confecta. De ſonitu Tubarum Exod. XIX. 16 quoque legitur. Et ipſa haec vox ad formam vocis Graecae *σεῖςρον* propius accedit. Eſt vero, uti et ⲔⲈⲘⲔⲈⲘ, eo modo formatum, ut veluti ſonum inſtrumenti crepitantis imitetur.

SITTIM, arboris ſpecies, cuius ſaepe mentio in V. Teſtamento, et quae illic dicitur שִׁטִּים. Sunt, qui vocem velint eſſe Aegyptiacae originis; nec immerito. Scripſi de iſta voce, menſe Auguſto a. 1741, epiſtolam ad *Clodium* Lipſienſem, et de vocibus quibusdam aliis Hebraico-Aegyptiacis. Confer autem, quae ſupra monui in v. *Sant* vel *Santh* [p. 260—263].

ΣΙΦΩΑ'Σ, *ὁ καὶ Ἑρμῆς, υἱὸς Ἡφαίςου*, nomen regis Thebaici, ex interpretatione *Eratoſthenis* apud *Euſebium* in Chronico Gr. p. 23, et *Syncellum* p. 124. Dicebatur quoque Ἑρμῆς, non *Mercurius*, ut male vertitur, ſed Aegyptiace ⲈⲢ—ⲘⲈϨ, *Ermeh*, quod nomen ſupra [p. 68] explicui. De altero nomine Σιφωάς dixi ſententiam in annotatione ad *Eratoſthenis* Catalogum, in *Vignolii* Chronol. S. tom. II p. 763, 764. Recte monebat *Salmaſius* de Annis Climacter. p. 567, nomen corrupte ſcribi Σιφωής ſive Σι-

(*g*) De *propria* iſta vocis ⲤⲈⲚⲤⲈⲚ notione dubito. Videtur ſignificare ſonum quorumque inſtrumentorum Muſicorum. Σάλπιγγος ἦχος Hebr. XII. 19 Coptice redditur ⲠⲤⲈⲚⲤⲈⲚ ⲚⲦⲈⲦⲤⲀⲖⲠⲒⲄⲄⲜ, pro quo in verſione Sahidica ⲞⲨϨⲢⲞⲞⲨ ⲚⲤⲀⲖⲠⲒⲄⲜ. Nec video, quae ſit ſimilitudo vocabulorum ⲤⲈⲚⲤⲈⲚ e Σεῖστρον.

Σιφώάς; existimabat autem legendum Σιριφθά, cum φθὰ, vel potius φθὰς, ab Aegyptiis appellaretur *Vulcanus*, et ϣⲏⲣⲓ lingua ipsorum significaret *filium*; unde ϣⲏⲣⲓ ⲫⲑⲁϣ bene verti poterat υἱὸς Ἡφαίςου, *filius Vulcani*. Quoniam vero Σιριφθάς nimium recedit a vulgari lectione Σιφωάς, malim legere Σαφθάς, et hoc nomen ex idiotismo linguae Aegyptiae interpretari τὸν πρὸς Ἥφαιςον, vel τὸν Ἡφαίςου, nempe υἱόν, ut vox integra sit composita ex ⲫⲑⲁϣ, et particula ⲥⲁ, de cuius usu antea iam [p. 269, 272] monui. Erat forte *Saphthas*, dictus etiam *Hermes*, non diversus a rege *Arminon*, cuius meminit *Censorinus* de Die Nat. cap. 19, et qui alibi *Armais* appellatur (*h*).

ΣΚΗΤΙΣ, *Scetis*, desertum Aegypti in Heptanomo, seu Aegypto media, qua Libyam spectat, quam incoluerunt Anachoretae Christiani, qui et huic loco id nomen indiderunt. *Palladius* in Historia Lausiaca p. 38 ed. Meursii, in vita Macarii Aegyptii, Εἰς τὴν ἔρημον τὴν ἐνδοτάτω, τὴν καλουμένην Σκήτην, et p. 43, Τὸ ἕλος τῆς Σκήτεως, ὅ ἐςιν ἐν τῇ πανερήμῳ, iterum in vita Pauli Phermensis p. 61, Ὄρος ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἐςὶν ἀπάγον ἐπὶ τὴν Σκήτην, τὴν ἔρημον, ὃ καλεῖται Φέρμη, et p. 62, Πρεσβύτερος τῆς Σκήτεως, iterumque in vita Ptolemaei p. 83. Nomen hoc deserto videtur impositum a Christianis de vitae suae genere austero, cui illic assuefiebant. Quam in rem operae pretium duco adscribere verba optimi senis, illustris eruditione *La Crozii*, in literis ad me datis ita scribentis: *In fine duorum Codicum Syriacorum*, *apud* Assemanum *tom.* I *Bibliothecae Orientalis* p. 563, 569, *observatur*, *Desertum* Scetes *significare* trutinam

(*h*) Plura dabit *Vignolius* tom. II Chronol. p. 771 sqq.

nam cordis, *nimirum* ϢϨϪΗϮ (*i*). Aegyptiis certe ϢϨ est *menſurare* et *ponderare*, eademque vox ſignificat *menſuram* et *ſtateram* ſive *trutinam*. Quamvis plerumque *ſtatera* ſeu *trutina* plenius ſoleat dici ⲙⲁϢϨ, Levit. XIX. 36, Pſ. LXI. 9, Apoc. VI. 5, hoc tamen eſt a voce ϢϨ, frequenter in Coptorum libris occurrente (*k*). *Cor* dici ϨΗϮ, notiſſimum eſt (*l*). De eiusdem loci nomine Arabico ſcribit *C. Sicard*, in les Nouveaux Mémoires des Miſſions tom. II p. 63: *J'appris en chemin faiſant, que la Plaine de* Scetè *eſt nommée par les Arabes* Chaihât. Videtur idem locus indicari nomine *Scatina*, de quo *Renaudotus* in Hiſtoria Patriarcharum Alexandrinor. p. 143 ſcribit: „Fuiſſe tunc ait Severus ſexcenta Monaſteria in Aegypto, tam virorum quam foeminarum, praeter ea quae in agris erant, *Scatina* dicta, quae vox quid ſignificet, ignoramus." Ad hanc terminationem magis accedit vetuſtior Graecorum pronuntiatio in verbis *Ptolemaei* Lib. IV Geographiae p. 259 edit. Baſil., Καὶ ἐν τῇ Σαιθιακῇ χώρᾳ Σκιαθίς. *Caſſianus* Lib. VI Collat. cap. I etiam loquitur de eremo Scithi (*m*).

ΣΚΙΝ-

(*i*) Plura forte *La Crozius* alibi annotaverat, quandoquidem *Iablonskius* ad oram paginae MS. ſcribit: „Adde ibi [in *Aſſemanni* Bibl. Or. t. I p. 563] notas MSS. B. *La Crozii*, margini exemplaris ſui, nunc mei, alletas." Quod exemplum ubi cum maxime ſervetur, me fugit.

(*k*) Adi *La Crozii* Lexicon p. 129, 130.

(*l*) Eadem repetiit *Scholzius* l. c. p. 14.

(*m*) In fragmento Thebaico apud *Mingarellium*, in Aegyptiorum Codicum Reliquiis p. CCLXXV, fit mentio *montis* ϢϨΗϮ. Monet vir doctus p. CCLXXVI, eumdem montem Memphitice vocari ϢϨϪΗϮ, diverſumque eſſe a deſer-

ΣΚΙΝΦΗ'. *Rhododendron.* Appendix *Dioſcoridis* Lib. IV cap. 82 [pag. 468].

ΣΚΥΝΙΟ'ΣΟΧΟΣ, Τύραννος, Rex Thebaeorum, in *Eratoſthenis* Catalogo, ex editione *Scaligeri* p. 23. Alii legunt, Ἀγκούνιος Ὄχυ τύραννος. Me in his nihil videre, candide faſſus ſum (*n*), et adhuc fateor.

ΣΜΑ'ΡΑΓΔΟΣ. Quamvis hodie nulli ex Aegypto afferantur Smaragdi, dubitari tamen non poteſt, quin Agyptus quondam hoc lapidum pretioſorum genere abundaverit, fuerintque Smaragdi Aegyptii prae multis aliis celebrati: quod idoneis veterum et recentiorum teſtimoniis prius comprobabo, quam de origine nominis dicam. *Plinius* Lib. XXXVII cap. 5 loquitur de Smaragdis Aegytiis, qui prope Copton, oppidum Thebaidos, ex cautibus eruuntur, aliosque memorat Aethiopicos, acriter virides, itinere trium dierum a Copto inventos. *Solinus* in Polyhiſtore cap. 15 teſtatur, Aſiaticam Scythiam eſſe Smaragdis patriam, praecipuumque eſſe honorem Scythicis, addit tamen, eſſe et Smaragdos Aegyptios. His iunge *Theophraſtum* de Lapidibus p. 25, cuius haec verba ſunt: *οἱ περιτοὶ σπάνιοι καὶ ἐξ ὀλίγων τόπων, οἷον — ἐξ Αἰγύπτου, καὶ ἐκ τῶν Καταδούπων, καὶ Συήνης πρὸς Ἐλεφαντίνῃ πόλει — ἥτε Σμάραγδος, ἡ καὶ Ἴασπις* (*o*). Praeſerto, quod a *Palladio* aliisque Σκῆτις vocatur, quemadmodum etiam alibi ϣⲓⲏⲧ, mons, in quo monaſterium Macarii Abbatis, et ⲥⲕⲩⲑⲏⲥ ſive ⲥⲕⲩⲑⲓⲥ, deſertum, dictum vulgo *Scetis*, aperte diſtinguuntur.

(*n*) In *Vignolii* Chronol. tom. II p. 760.

(*o*) Omitti non debet *Strabo* Lib. XVII p. 1170, Ἐπὶ δὲ τῷ ἰσθμῷ τούτῳ (prope Copton et Apollinis urbem ſive vicum) *καὶ τὰ τῆς σμαράγδου μέταλλα ἐςὶ, καὶ ἄλλων λίθων πολυτελῶν, τῶν Ἀράβων ὀρυττόντων βαθεῖς τινας ὑπονόμους.* Notavit autem *A. Gronovius* in margine exempli mei, ver-

Praeterea Geographus *Nubiensis* p. 18 monet, non procul ab urbe Asvan, id est, Syene, ad latus Nili meridionale esse montem, in cuius radicibus extat fodina Smaragdi in deserto ab aedificiis remoto, nec reperiri in toto terrarum orbe Smaragdum, qualis in hac fodina, quae fossoribus est perfrequens, et ex qua deinde in loca quaelibet distrahitur. Similia leguntur apud alios scriptores Arabicos, de quibus *Herbelot* in Bibliothéque Orientale p. 141 et 580 (*p*). Atque ita

verba καὶ ἄλλων λίθων πολυτελῶν in Cod. MS. Mediceo uncinis [ ] includi. Nec tacendus *Epiphanius*, cuius liber *de* XII *Gemmis in Rationali summi Sacerdotis Hebraeorum* primum integer e codice Vaticano Latine ex antiqua versione editus est Romae a. 1743. Scribit autem p. 11, 12, *Sunt et alii Smaragdi — in India — in Aethiopia*; et pag. 14—19, „ Est enim (*mons*) introrsus in Mari Rubro, quod sic appellatur, in ipso gressu (*ingressu*) regionis Indorum; — Smaragdinum vero sic vocatur insula modica, ex adverso sita Beronicae, in qua portus est Indiae dirigens ad Thebaidem; — contigua est autem Beronicae, quae sic appellatur, regioni Elephantinae, nec non et Telmi, [*Talmi*, quae urbs Aegypti memoratur in *Antonini* Itin. p. 161] quae nunc a Blemis obtinetur. Corruerunt autem montis huius metalla, suntque metalla alia in ipsorum Barbaria Blemmiorum iuxta Telmeos in montibus constituta, quae nunc effodientes Barbari Smaragdos incidunt." Quae sunt in isto *Epiphanii* testimonio de Smaragdis Aegyptiis obscuriora, illustrare conatus est *F. Fogginius* in notis, essentque intellectu faciliora, si Graeca non desiderarentur. Nam quae *C. Gesnerus*, *Petavius* et *Hillerus* ediderunt, sunt tantum epitome libri, a *Fogginio* vulgati: quod *I. A. Fabricius* vol. VII Biblioth. Gr. p. 424, 425, non perspexit, *Caveum* immerito reprehendens, quia opusculum, *de lapidibus*, inter inedita *Epiphanii* retulerat.

(*p*) *F. S. de Schmidt* in Opusculis, quibus res antiquae praecipue Aegypticae explanantur, p. 351 monet, in diario Parisiensi (*Journal des Sçavans*, *Juin* 1758) citari Arabem, qui ipse dicat se lustrasse has Smaragdi fodinas Aegyptiacas, octo dierum itinere a Kous dissitas. Vnum adiungam testimonium, sed valde locuples, scriptoris Arabici, nati in Aegy-

ita quidem veteres. Videamus de scriptoribus] recentioribus. Scribit *Chardin* Tom. II Itinerarii Persici p. 239: „ Dans les Poëtes Persans les Emeraudes de vieille roche sont appellées *Emeraudes d'Egypte*, & on tient, qu'il y en avoit une mine en Egypte, qui est à present perduë ". Et iterum p. 69, 70: „ J'ajoute à ce chapitre, que les Persans font une distinction entre les *Emeraudes*, comme nous faisons entre les Rubis. Ils appellent la plus belle sorte, *Emeraudes d'Egypte*, la sorte suivante, *Emeraudes* vieilles, & la troisieme, *Emeraudes* nouvelles. Avant la decouverte du nouveau monde les *Emeraudes* leurs venoient de l'*Egypte*, plus hautes en couleur, à ce qu'ils pré-

Aegypto, et qui aut habitavit, aut certe in urbe Cahira saepe commorabatur, seculo XIII circiter medio. Scribit enim *Teifaschi* in libro MS. de Gemmis cap. III, locum, unde affertur Smaragdus, cuius nomen in Cod. Florentino scribitur الزمرد, esse in limitibus Aegypti et Aethiopiae prope Syenem, esse ibi montem quemdam, qui pontis figuram referat; in isto ponte esse fodinas, unde effodi et educi Smaragdos, rel. Addit deinde, indicasse sibi praefectum fodinarum in Aegypto, iussu Sultani iisdem praepositum, in fodina Smaragdi primum esse conspicuum lapidis quoddam genus, Talc dictum, deinde fodiendo inveniri pulverem mollem, rubri coloris, in quo habeatur Smaragdus. Testatur etiam *Teifaschius* cap. IV, nasci eisdem in locis, in quibus Smaragdus, de quo dixerat, atque una cum eo inveniri, sed minori copia, gemmam الزبرجد, quae sit species Smaragdi. Verba Arabica e Codd. MSS. primus attulit, Latine vertit et docte illustravit Cl. *Ravius* in Specimine Arabico, continente descriptionem et excerpta libri *Achmedis Teifaschii* de Gemmis et Lapidibus pretiosis, p. 93—100. Quantam Collega optimus ab omnibus eruditis iniret gratiam! si loco speciminis, quod iuvenis admodum a. 1784 edidit, integrum *Teifaschii* librum vulgare non procrastinaret, notisque suis eximiis exornare: cuius mihi, dum haec scribo, spem fieri vehementer laetor.

prétendent, & plus dures, que les *Emeraudes* de l'Occident. Ils m'ont fait voir plusieurs fois de ces *Emeraudes*, qu'ils appellent, *Zemeroud Mesri*, l'ancien nom de l'*Egypte*, & aussi, *Zemeroud Asvani*, d'Asvan, ville de la Thebaide, nommée Syene par les anciens geographes." Brevi post, p. 70, 71, significat *Chardin*, minus certa ac vera sibi videri ea, quae a Persis acceperat, sed forte Smaragdos ex India per Mare Rubrum allatos primum Aegyptiis esse, et ab his deinde aliis venditos. Audiamus igitur testem alium, eumque profecto, si quis ullus, valde idoneum, *Prosperum Alpinum*, Lib. III rerum Aegyptiacarum cap. 4 sic scribentem: ,, Quod Smaragdi pretiosissimi omnium in Aegypti Provincia, Gait vocata, effodiantur, omnibus, qui Aegyptum habitant, notissimum est. Itaque in Gait, sub Aegypto meridiem versus posita Provincia, vel regno, ubi olim Inarum regnasse ferunt, Smaragdorum puteus est, quem *Bir el Smerud* vocant." Sequuntur alia, quae illic legi malim (*q*). Est quoque operae pretium de Smaragdis Aegyptiis consulere *Maillet*, Description de l'Egypte Part. II p. 59—73, et *Pococke*, Observations on Egypt, L. II c. 3 p. 89. Quandoquidem ergo, fide et auctoritate scriptorum veterum ac recentiorum, Aegyptus sit locus natalis plurimorum et praestantissimorum Smaragdorum, vix equidem dubito, quin et nomen ipsorum sit origine Aegyptiacum, quod ab Aegy-

(*q*) Comparandus *Michaëlis* Part. I Spicilegii Geogr. Hebr. p. 199—201, et *de Schmidt* l. c. p. 349—352. Addam verba *Ioannis de Laet* Lib. I de Gemmis et Lapidibus c. f. p. 37: Observatum quin etiam a gemmario imprimis celebri, in Aegypto ad oppidum Cairo clanculum ab Aethiopibus Smaragdos venales adferri, unde proclive opinari, haud longe ab illa urbe reperiri: nam quum ille narret, se ab agresti homine aliquot extra urbem emisse, qui se protinus surripuerit, non est verisimile ex India commercio quaesitos."

Aegyptiis transiit ad Arabes, Graecos et Romanos, levi tamen mutatione et varietate scripturae. Apud auctores Latinos invenitur *Smaragdus* et *Zmaragdus*, quemadmodum *Smyrna* et *Zmyrna*. *Smaragdus* est in usu vulgari, atque defenditur a *Prisciano* Lib. I p. 564 ed. Putschii. *Zmaragdus* malunt alii, inter quos *Pierius* ad *Virgilium* VII Aen. 648., atque *Broukhusius* ad *Tibulli* Lib. II Eleg. 4 v. 27, idemque [et *P. Burmannus* secundus] ad *Propertium* Lib. II El. 13 v. 43. Sed ea differentia scriptionis minus ad etymologiam facit, quam quae locum habet in lingua Graeca. Nam appellatur Σμάραγδος et Μάραγδος. Posterius ex *Menandri* fragmento apud *Athenaeum* Lib. III (*r*) protulit *H. Stephanus* in Indice Thes. Graeci p. 1416, hanc scribendi formam approbans. Apud *Herodotum* Lib. II c. 44 pro vulgato Σμαράγδου ex Codice Mediceo *Gronovius* reponebat Μαράγδου (*s*). Plerique tamen scriptores reliqui utuntur Σμάραγδος. Quaecumque praeferatur scriptio, mihi nunc perinde est, ne vix quidem putanti, quempiam hodie probaturum vocis derivationem vel a μαράσσω sive σμαράσσω, quibus *H. Stephanus* attribuit significationem *lucendi*, *splendendi*, vel a μαρμαίρειν, *rutilare*, quae etymologia placuit *Athenaeo*, *Eustathio*, aliisque, vel a σμαραγεῖν, ut vult Etymologus M., qui tamen fluctuasse videtur (*t*). Multo minus pro-

(*r*) Verba *Menandri*, Μάραγδον εἶναι ταῦτ' ἔδει, exstant apud *Athenaeum*, lib. III c. 46 p. 367, qui addit, ἄνευ δὲ τοῦ σ λεκτέον. παρὰ γὰρ τὸ μαρμαίρειν ὠνόμασται, τῷ διαυγὴς ὑπάρχειν. Vide ad ista verba notas *Schweighaeuseri* p. 131.

(*s*) Sed minus recte, ut monent *Wasse* ad *Thucydidem* IV. 13, et *Wesselingius* ad *Herodoti* l. c. — *Orpheus* περὶ Λίθων XVI. 5, p. 342, memorat αἰγλήεντα Μάραγδον, ubi *Gesnerus* nullam notavit lectionis varietatem.

(*t*) *Iablonskio* igitur neque placuissent observationes *Lennepii* et *Scheidii* in Etymol. L. Gr. I. 531 ; 532.

probanda est opinio eorum, qui vocis originem quaerunt in lingua Hebraea. In Codice V. T. Smaragdus appellatur בָּרֶקֶת Exod. XXVIII. 17, sive בָּרְקַת Ezech. XXVIII. 13, ubi interpretes Alexandrini habent Σμάραγδος, et recte omnino, sed male Exod. XXVIII. 9 et XXXV. 27, in quibus locis occurrit nomen שֹׁהַם, quo potius Sardonyx significatur. Non novi aliud Smaragdi nomen Hebraicum, ex quo vocabulum Graecum et Latinum commode possit derivari (*u*). Vix igitur aliud superest, quam ut existimemus, natales vocis Σμάραγδος quaeri oportere in veteri lingua Aegyptiaca; quorsum inprimis tota haec de Smaragdis disputatio spectabat. In versione Coptica Exodi ll. cc. et Apoc. IV. 3, XXI. 19 legitur ⲥⲙⲁⲣⲁⲅⲇⲟⲥ, semel ⲥⲙⲁⲣⲁⲅⲧⲟⲥ, Exod. XXVIII. 9 (*v*). Alia de origine vocis leguntur in Relationibus Missionariorum Danicorum in India, Continuat. XLVI p. 1258 in notis.

ΣΜΥ est cognomen *Typhonis*, quod *Plutarchus* de Is. et Osir. p. 376 sic explicat: ὁ δὲ Τυφὼν, ὥσπερ εἴρηται

(*u*) Quis credat, Graecum Σμάραγδος sive Μάραγδος ductum esse ex Hebraeo בָּרֶקֶת? Ita tamen, permutatione scilicet facillima literarum ב et Μ, ק et Γ, ת et Δ admittenda, censuit *Braunius* l. c. p. 653—656.

(*v*) Ne quid diffitear, origini Aegyptiacae vocabuli *Smaragdus* non parum officiunt observata de usu literarum Γ et ⲇ in libris Coptorum, p. 58 et 61. Accedit, interpretes Coptos ad exemplum Alexandrinorum uti voce ⲥⲙⲁⲣⲁⲅⲧⲟⲥ sive ⲥⲙⲁⲣⲁⲅⲇⲟⲥ istis etiam in locis, ubi de Sardonyche sermo fit, non autem de Smaragdo. Equidem fateri non erubesco ignorantiam originis, nisi haec forte Arabica rectius dicatur.

ρηται, Σὴθ, καὶ Βέβων, καὶ Σμὺ ὀνομάζεται, βίαιόν τινα καὶ κωλυτικὴν ἐπίσχεσιν, ὑπεναντίωσιν, ἢ ἀναστροφὴν ἐμφαίνειν βουλομένων τῶν ὀνομάτων. Cognomina Typhonis Βέβων et Σὴθ recte haberi Aegyptiaca, supra [p. 51, 289, 290] observavi. Et fas est credere, Σμύ esse quoque nomen Aegyptiacum, a *Plutarcho* explicatum, sed ita tamen, ut veram interpretationis istius sententiam non potuerim assequi. Coniecturam meam de origine huius cognominis repetenda ex voce Aegyptiaca ϣⲱⲙ, significante id, quod est *tenue*, *subtile* admodum et *minutum*, factam in Pantheo Aegypt. Lib. v cap. 11 § 25, hic non repetam. Meliora et solidiora nemo hactenus me docuit, quae libenter audire, et sequi etiam, paratum me semper futurum ibidem testificabar. Mihi quidem deinde in mentem veniebat vocabulum ϣⲉⲙⲙⲱ; quo designatur *peregrinus*, *hospes*, *advena*, Ps. xviii. 45, xxxviii. 12, Rom. xvi. 23, Act. vi. 5, sed non audebam ad Typhonem referre. Nec placet, cuius antehac mentionem facere neglexi, sententia magni *Bocharti*, nomen Σμύ derivantis e sermone Hebraico, in Geographia Sacra Lib. 1 cap. 1, nimirum ex nomine Semi, qui erat unus de tribus Noachi filiis.

SMVN, vel SMIN, Coptice ϣⲙⲟⲩⲛ aut ϣⲙⲓⲛ, nomen Numinis Aegyptiaci, non diversi ab *Esmuno*, de quo iam [pag. 72] dixi.

SMVN et SMIN, sive *Schmun* et *Schmin*, fuit nomen duarum urbium in Aegypto, sic dictarum de Numine cognomine, cuius modo facta fuit mentio. Altera istarum urbium vulgo dicitur *Panopolis*, altera *Hermopolis magna*. Plura qui velit, adeat Pantheon meum Lib. 11 cap. vii § 13.

ΣΟ-

ΣΟΒΕ'Λ. *Chamaeleon niger* (*w*) ſic ab Aegyptiis appellabatur, teſte auctore Appendicis ad *Dioſcoridis* Lib. III cap. II [p. 452].

ΣΟΒΕ'Ρ. Nomen Aegyptiacum *Tragii*, ſed diverſi ab altero Tragio, quod tantum in Creta inſula naſci ſcribit *Dioſcorides* Lib. IV cap. 49. Vide Appendicem ad eiusdem Lib. IV cap. 50 [p. 465].

SOHAR, סֹהַר, *carcer*. Occurrit iſta vox in ſolo Geneſeos libro, et quidem cap. XXXIX. 20—23, XL. 3, 5, ubi hiſtoria Ioſephi narratur. Cum igitur alibi non inveniatur, illic autem ſermo ſit de rebus Aegyptiorum, non male iudicarunt interpretes quidam, eſſe eam peregrinam, neque a vero aberraſſe videntur, qui haberent pro Aegyptiaca. His dudum praeiverat *Aben Ezra*, ſcribens: *Neſcimus, utrum vox ſit Aegyptiaca.* Probabile eſt, ut magnus *Vitringa* ac poſt eum alii docuerunt, Moſem in ſcribendis annalibus uſum fuiſſe monumentis hiſtoricis antiquioribus, ſive ſcidulis Patriarcharum, atque in iis reperiſſe vocem peregrinam סֹהַר; quae cum non ſatis nota eſſet Hebraeis omnibus, Moſes ipſe adiungebat interpretationem, per quam vox intellectu difficilis explicaretur. Poſtquam enim Geneſ. XXXIX. 20 commemoraſſet בֵּית הַסֹּהַר *domum Sohar*, addidit מקום אשר אסירי המלך *locus, ubi vincti*, ſive *captivi*, *regis cuſtodiebantur*. Qualis profecto vocabuli סהר illuſtratio minus neceſſaria recte putaretur, ſi fuiſſet illud origine Hebraeum. Vide *Bochartum* Part. I Geogr. S. Lib. I cap. 15 et *Hottingerum* adverſus Morinum pag. 46.

De

(*w*) *Rauwolffi* Flora Orientalis p. 103.

De etymologia tamen diverſae ſunt virorum doctorum ſententiae, quas vide apud *Cartwrigthum* aliosque interpretes libri Geneſeos, et *Clodium* in Lexico Hebraico ſelecto p. 352, 353. Meum non eſt, in rebus huiusmodi obſcuris certi quid definire. Id tamen monuiſſe non abs re fuerit, vocem hanc, ſi ſit Aegyptiaca, uti eſſe (*x*) videtur, ex ſermone Aegyptiorum luculenter poſſe explicari. ⲥⲱⲛϩ enim Aegyptiis denotat *vincire*, *ligare*, Pſalm. CVI. 10, Act. XVI. 25 (*y*). Vnde ⲙⲁ ⲛⲥⲱⲛϩ, *locus vinctorum*, uti interpretes Copti hanc ipſam rem expreſſerunt Gen. XXXIX. 20, 22, XL. 3. Similiter Paraphraſtae Chaldaici, *Ionathan* et *Onkelos*, vocem סהר vertunt *domum vinctorum*. ⲁⲣⲉϩ porro, vox admodum trita et communis, ſignificat et *cuſtodire* et *cuſtodiam*. Erit igitur ⲥⲱⲛϩⲁⲣⲉϩ *ſonhareh*, ex quo facile conflari potuit *Sohar*, *cuſtodia vinctorum* (*z*). Eſt autem obſervatu dignum, interpretes Coptos in vertendo nomine סהר non preſſo pede ſecutos fuiſſe interpre-

(*x*) Praeiverat *Druſius*, in notis maioribus ſcribens: „ Videtur eſſe vocabulum Aegyptium, cuius ideo explicationem poſt ſubiungit." Monet autem *Grotius*, quod hic additur, carcerem iſtum fuiſſe locum, ubi vincti erant regis captivi, id non tam ad explicandam vocem *Sohar*, quam ad diſtinguendum iſtum carcerem ab aliis carceribus, poſitum videri. *Grotium* alii imitati ſunt.

(*y*) Adde Lexicon *La Crozianum* p. 99.

(*z*) *Iablonskium* ſequitur *Scholzius* l. c. p. 14. *Michaëlis* vero in Suppl. Lex. Hebr. p. 1721, 1722, auxilium pro illuſtranda voce סהר petit ex Arabum سهر *vigilavit*, ut בית הסהר ſit *domus excubiarum*, *praetorium*. Nec tamen ſibi aliquid ſupereſſe dubii diſſimulat, ortum e differentia literarum س et ס.

pretes Graecos Alexandrinos, qui dederunt ὀχύρωμα *munimentum.*

ΣΟΛΕΧΗ'Ν. *Chalcidius* in Timaeum *Platonis* § cxxiv edit. Fabricii scribit: *Cum hanc eandem stellam ἀςροκύνον quidam*, Aegyptii *vero σολεχὴν vocent.* Pro voce priori, *Lindenbrogius* legit ἀςρόκυνα, *Fabricius* mavult ἄςρον κυνός. De posteriori vocabulo *Fabricius* observat, illud in editione Parisiensi scribi σολεχὺν, in editione vero Leidensi Meursii σολεχήν, ipse autem censet, legendum esse σῶθιν, propter testimonia, quae illic affert, et nos etiam apponemus in articulo Σῶθις, ubi vocem hanc interpretari conabimur. Itaque in ista *Fabricii* emendatione libens acquiesco (*a*).

ΣΟ'ΜΙ. *Absinthium.* Appendix ad *Dioscoridem* Lib. III cap. 26 [p. 453]. A scriptore Arabico, apud *Kircherum* in Oedipo tom. III pag. 77, *Sumi* vocatur. Videtur autem hoc Absinthium distinctum esse ab Absinthio marino, de quo *Dioscorides* scribit Lib. III cap. 27: Πλεῖςον ἐν τῷ περὶ Καππαδοκίαν Ταύρῳ ὄρει γεννᾶται, καὶ ἐν Ταφουσίρει τῆς Αἰγύπτου· ᾧ ἀντὶ θαλλοῦ οἱ Ἰσιακοὶ χρῶνται. Similia dedit *Plinius* Lib. xxvii cap. 7: *Est et Absinthium marinum, quod quidam Seriphium vocant, probatissimum in Taposiri Aegypti. Huius ramum Isiaci praeferre solenne habent.* Conf. Lib. xxxii cap. 9. Ex sententia *Pignorii*, repraesentatur Isis in Tabula Bembina sive Isiaca, Seriphium vel Absinthium marinum manu praetendens. Vide ipsam Tabulam et *Pignorii* expositionem p. 14.

ΣΟΜ-

(*a*) *Fabricii* coniecturam *Iablonskius* in Pantheo P. II, p. 37 comprobavit. Liceatne per leges artis Criticae, σολεχὴν mutare in σῶθις, cum tanta sit vocabulorum peregrinorum discrepantia, equidem dubito.

ΣΟΜΦΙ'Α. *Helleborus albus.* Appendix *Dioscoridis* Lib. IV cap. 150 [p. 473]. Fortasse in hac voce supersunt vestigia nominis, quo Hercules ab Aegyptiis appellabatur, ϪⲰⲘ. Conf. Pantheon Lib. II cap. III § 4. Favet autem huic coniecturae, quod scriptor istius Appendicis l. c. adiungat, Helleborum album a Prophetis sive Magis vocari γόνος Ἡράκλειος, *genituram Herculeam* sive *Herculis* (*b*).

ΣΟΡΟΕ̈Ρ. *Aristolochia. Apuleius* de Herbis c. 19, ubi alii legunt *Sophoph.* In codice MS. Vossiano, quem in Bibliotheca Leidensi evolvebam, sic legitur: *Aegyptii Sopoëp. Camemelos. Opites.* In Appendice ad *Dioscoridis* Lib. III cap. 6 [p. 451] scribitur Σοφοέφ. Auctor Arabs apud *Kircherum*, Tom. III Oedip. p. 72 habet *Saphseph*, et Hebraeus interpres *Avicennae* apud eumdem ספסף.

ΣΟΤΙΤΕ'ΜΥΟΝ ab Aegyptiis vocabatur *Thlaspi*, seu *Thlaspidium*, teste auctore Appendicis ad *Dioscoridem* Lib. II cap. 186 [p. 446].

ΣΟΤ'Ν est nomen Aegyptiacum *Viticis.* Vid. Appendix *Dioscoridis* Lib. I cap. 135 (*c*).

ΣΟΤΡΟ'Τ. Quae de ista voce scripsi in libro de Remphah Aegyptiorum Deo § 10 pag. 49 sqq., nolo hic repetere.

ΣΟΤΦΑΩ'. Scriptor Appendicis ad *Dioscoridis* Lib. III cap. 31 [p. 453] ait, sic ab Aegyptiis vocari

(*b*) Idem observatum a *de Schmidt* in Opusculis Aegypt. p. 109.

(*c*) In Nothis *Dioscoridis* p. 443 edit. Saraceni legitur Σούμ. Quod rectius videtur. Pro αἷμα ἴδεως ibidem reponendum αἷμα Ἴβεως.

cari *Stichadem* ſive *Stoechadem*, quae gignitur in inſulis Galliae, e regione Maſſiliae ſitis dictisque Stoechadibus, quae numerantur tres a *Plinio* Lib. III cap. 5, *Prote*, *Meſe* et *Hypea*, id eſt, Πρώτη, Μέση et Ὑπαία. A *Plinio* non differt *Martianus Capella* Lib. VI p. 206. Legitur illic in editis: *Tres Stoechades, quarum haec ſunt nomina ſingularum, prima Themiſta, ſecunda Pomponiana, tertia Hypea.* De hoc loco a me conſulti Clariſſimi *La Crozius* et *Hemſterhuſius*, reſpondebant ambo, verba *Capellae* ſic in integrum eſſe reſtituenda: *prima Prote, Meſe ſecunda* &c., quandoquidem in Codice MS. eſt *Prothemiſto* (*d*). Sed hoc obiter.

ΣΟΥ͂ΧΟΣ, *Crocodili* quaedam ſpecies. *Damaſcius* in vita Iſidori apud *Photium* Cod. CCXLII pag. 557 edit. Hoeſchelii [p. 1048] ſcribit: Ὁ Σοῦχος δίκαιος· Ὄνομα δὲ Κροκοδείλου, καὶ εἶδος ὁ Σοῦχος· οὐ γὰρ ἀδικεῖ ζῶον οὐδέν, *Suchus iuſtus; nomen autem eſt et ſpecies Crocodili; animal enim nullum laedit.* Inſignis eſt in hanc rem locus *Strabonis*, teſtis oculati, Lib. XVII pag. 558 [1165, 1166] ſcribentis: Κροκοδείλων δὲ πόλις ἐκαλεῖτο (urbs Arſinoë) πρότερον, σφόδρα γὰρ ἐν τῷ νομῷ τούτῳ τιμῶσι τὸν Κροκόδειλον, καὶ ἔςιν ἱερὸς παρ' αὐτοῖς (Aegyptiis) ἐν λίμνῃ καθ' αὐτὸν τρεφόμενος, χειροήθης τοῖς ἱερεῦσι· καλεῖται δὲ Σοῦχος· τρέφεται δὲ σιτίοις, καὶ κρέασι, καὶ οἴνῳ, προσφερόντων ἀεὶ τῶν ξένων, τῶν ἐπὶ τὴν θέαν ἀφικνουμένων· — εὕρομεν δὲ ἐπὶ τῷ χείλει κείμενον τὸ θηρίον· προσιόντες δὲ οἱ ἱερεῖς, οἱ μὲν διέςησαν αὐτοῦ τὸ ςόμα, ὁ δὲ ἐπέθηκε τὸ πέμμα, καὶ πάλιν τὸ κρέας· εἶτα τὸ μελίκρατον κατήρασε· καθαλόμενος δὲ εἰς τὴν λίμνην,

(*d*) Ita etiam *Martianum Capellam* emendavit *Weſſelingius* ad *Antonini* Itiner. p. 513.

λίμνην, διῆξεν εἰς τὸ πέραν (*e*). Crocodilos Aegypții appellare solebant χάμψας, uti *Herodotus* memoriae prodidit, et infra a me dicetur. Σοῦχος vero videtur fuisse peculiaris aliqua Crocodilorum species, quod satis luculenter *Damascius* l. c. docet. Ex *Strabone* autem haud immerito colligitur, *Suchos* proprie appellatos fuisse Crocodilos mansuetos, a Sacerdotibus in urbe Arsinoë veluti sacros nutriri solitos: quale quid etiam in urbe Ombo fieri consuevisse, *Aelianus* scriptum reliquit Lib. x de Nat. Animal. cap. 21 (*f*). Nec aliter *Bochartus*, vir summus, rem cepit. Nam Crocodilorum nomina exponens, de *Sucho* haec observat, Hierozoici Part. II Lib. v cap. 18: *Secundum est* Σοῦχος. — *Durat hodieque nomen. Nam Crocodilus* Coptice Σοῦχι, Suchi, *vocatur*, *quasi* κολυμβήτην *dixeris*, *id est*, natatorem *seu* urinatorem. Hebraeis *enim* שחה, Talmudicis סוח, Arabibus سوخ *vel* صوخ *est* natare, *vel* urinari. *Nomen ab argumento inditum. Quippe in Arsinoite Nomo Crocodilopolitani* Crocodilum *quendam sic appellabant a se certis ritibus consecratum et cultum*, cet. Vbi illud probo, quod vir eruditus Σοῦχον pro aliqua Crocodilorum specie habeat. Non certe hoc nomen fuit commune quorumcumque Crocodilorum. Caeterum in Coptorum libris ⲤⲞⲨⲬⲒ occurrere pro *Crocodilo*, non facile crediderim; quamvis in Scala Coptico-Arabica *Kircheri* p. 171 legatur ⲠⲒⲤⲞⲨⲬⲒ (*Pi-suchi*) *Crocodilus*, atque idem dubia eius fide testetur *Wilkinsius* in dissertatione de lingua Coptica p. III

(*e*) Pro ἐπέθηκε legitur in Codice MS. Mediceo ἐνέθηκε; et pro κατήρασε, quod *Casaubono* suspectum fuisse videtur, idem Codex praebet ἐνέχεεν; ut in exemplo meo *A. Gronovius* notavit.

(*f*) Conf. *Herodotus* II. 69.

p. 111 (*g*). Cum autem *Bochartus* Σοῦχον exponeret *natatorem* sive *urinatorem*, id non ex lingua Aegyptiaca hausit, verum ex Hebraica et Arabica. Quare vix ac ne vix quidem dubito, quin aliud omnino Σοῦχος Aegyptiis significaverit, tametsi de vera significatione nihil certi possim afferre (*h*).

ΣΟΦΟ'. *Sampsuchum.* Appendix *Dioscoridis* Lib. III cap. 47 [p. 454]. Frequens hoc fuisse in Aegypto, docet *Hesychius.* Ipsum *Sampsuchi* nomen fuisse Aegyptiacum, auctor est *Plinius* Lib. XXI cap. 2. Vide supra in v. Σάμψυχος [p. 259, 260].

ΣΟ'ΧΑΡΙΣ est nomen alicuius Numinis Aegyptiaci, ut testatur *Cratinus* iunior apud *Hesychium* in loco valde depravato v. Παμμύλης, ubi ἡ Αἰγυπτώδης Σόχαρις. Eumdem locum supra tetigi [p. 192, 193]. Si recte se habeat scriptura Σόχαρις, erat forte cognomen Isidis, significans, eam praeesse generationi hominum et animalium, et compositum ex articulo ⲥⲁ et voce ϣⲁⲥⲣⲥ *concubitus.* Quam aliasque coniecturas proposui in Pantheo Aegypt. Lib. V cap. VII §. 7. Postea in mentem veniebat, an huc pertineret ⲥⲱⲟⲩϩⲓ, quod est *Ovum.* Notum est Ovum mysticum

(*g*) Mutaritne sententiam *Iablonskius*, dubium sit, argumento annotationis in Panthei Part. II p. 71. In Lexico *La Croziano* p. 97 nomen Crocodili ⲥⲟⲩⲭⲓ, auctoritate Scalae Kircherianae, locum obtinuit.

(*h*) *Aimelovenius* ad *Strabonis* L. XVII p. 1166 pro Σοῦχος legendum censet Σοῦχις, cum sit terminatio in *is* Aegyptiis admodum familiaris; existimatque, hoc genus Crocodilorum accepisse nomen a voce Hebraea סכה, *antrum*, *spelunca*, quoniam in paludibus non tantum, sed etiam in antris ac speluncis alebatur. Nec aliter *Ez. Spanhemius* de V. et P. N. p. 150. Vide tamen *Michaëlis* Supplem. Lex. Hebr. p. 1748, 1749.

cum Orphicorum, sine dubio desumtum ex Aegyptiorum Theologia. Vide *Eusebium* Lib. III Praep. Euang. p 69 edit. R. Stephani [cap. XI p. 115]. Nolo tamen diffiteri, esse ovum ovo similius, quam sunt voces ⲤⲰⲆⲨϪⲤ et Σόχαρις. Suspicabar autem in Pantheo, nomen Σόχαρις esse depravatum. Si enim legeretur Σόραχις, huic fortasse aliquid lucis accederet ex lingua Aethiopica, in qua vocabulum hoc significat *vesperam* et *tenebris vespertinis occultantem*. Vide *Morini* orationem inauguralem de Linguarum original. utilitate pag. 34, 35. Mihi tamen hic tenebras superesse, non invitus fateor.

ΣΤΑΜΕΝΕΜΗ'Σ nomen est regis Thebaeorum, quod illustrare nequeo, cum ne quidem interpretationem eiusdem adiecerit *Eratosthenes;* ut ad huius Catalogum iam significavi in *Vignolii* Chronol. Sacra Tom. II pag. 761.

ΣΤΕΜΦΙ'Ν. *Polygonon*, sive *Proserpiniaca*. Appendix *Dioscoridis* ad Lib. IV cap. 4 [p. 462], ubi multa alia eius nomina recensentur, etiam Aegyptiacum Θεφίν, de quo dixi suo loco [p. 88]. Apud *Apuleium* de Herbis cap. 18 vocatur *Stemphim* sive *Stemphin.*

ΣΤΕΦΑΝΗ'. Eo nomine *Thymum* appellari ab Aegyptiis, scribit auctor Appendicis ad *Dioscoridis* Lib. III cap. 44 [454].

ΣΤΟΙ'ΧΟΣ est nomen proprium regis Thebaici, quod ab *Eratosthene* explicatur ἄρης ἀναίσθητος. Sic enim vulgarunt *Scaliger* aliique, et verterunt, *Mars absque sensu.* Sed male. Non me poenitet coniecturae in *Vignolii* Chronol. S. Tom. II p. 743 et 744, ubi pro ἄρης legi volebam ἄρις, id est, monente *Suida*, ὁ μὴ ἔχων ῥῖνα, *qui nares non habet*, sensu odora-

tatus caret, non bene sapit, cui deest acumen ingenii et iudicandi sagacitas. Idcirco illustrationis ergo ab *Eratosthene* additur *ἀναίσθητος*, *sensu earens*. Dicitur *odor* ⲤⲐⲞⲒ in versione Coptica Luc. I. 10, Ioh. XII. 3, 2 Cor. II. 15. ϪⲰ significat *ponere*, Psalm. XVIII. 34, et saepe alibi. Erit igitur ⲤⲐⲞⲒϪⲰ, Στοῖχος, *ponens odorem*, *odore carens*, *qui non sentit*.

ΣΥΗΝΗ, *Syene*, urbs antiquissima et celeberrima in Aegypto, ab Arabibus iam dicta اسوان *Asvan* sive *Assevan*. Nomen varie olim scriptum fuit. Hebraeis dicebatur סְוֵנֵה Ezech. XXIX. 10, XXX. 6, ubi מִמִּגְדֹּל סְוֵנֵה vertendum, *a Migdolo Syenen usque* (*i*), non vero, ut fieri assolet, *a turri Syenes*. Litera ה in fine vocis סְוֵנֵה est paragogica localis, quam vocant Grammatici. Vastaretur tota Aegyptus, ab urbe Migdol usque ad Syenen. Opponuntur hic duae urbes Aegyptiacae, altera septentrionalis, altera australis. מִגְדֹּל est eadem urbs, quae a Graecis vocatur Μαγδωλός seu Μάγδωλος, memorata a *Stephano Byzantino* et Geographis aliis, ac diu ante hos ab *Hero-*

(*i*) Dudum alii hanc verborum Hebraicorum interpretationem probarunt, a quibus non dissentiunt *Wesselingius* ad *Antonini* Itin. p. 171, *Venema* ad Ezech. XXIX. 10 p. 145, *Michaëlis* in Suppl. in Lex. Hebr. p. 1726. Observatio autem de usu τοῦ ה paragogici facit, ut haud necesse sit existimare, particulam עַד *usque* ante סְוֵנֵה deficere, ut visum est *Wesselingio*, viro summo, a quo numquam discedo, nisi amor veri postulet. Miror magis, *Dathium* Hebraica Ezech. XXIX. 10 vertisse, *a Migdole* et *Syene*, atque cap. XXX. 6, *a Magdole* et *Sevene*.

rodoto Lib. II cap. 159 (*k*). Graece nomen urbis *Syenes* non eodem ſemper modo ſcribitur; apud pleroſque quidem Hiſtoricos ac Geographos Συήνη, conſentientibus etiam codicibus MSS.; rarius Σοήνη, in codice Alexandrino verſionis τῶν LXX Ezech. XXIX. 10; item Σουήνη in eodem codice Ezech. XXX. 6 (*l*). Iſta ſcripturae varietas uſu nobis venire poteſt, in originem nominis inquirentibus, de qua plerique Geographi tacent, magis de ſitu urbis et antiquitatibus ſolliciti. Quae *Leo Africanus* in Deſcriptione Africae p. 727 de alia Aegypti urbe *Asna*, non ita procul ab *Asvan* diſſita, his verbis commemorat: Asnam *antiquitus* Senam *vocitarunt*, *quae nominis immutatia ab Arabibus dimanavit*, *quorum idiomate* Sena *rem foedam ac turpem ſignificat.* Asnam *igitur appellarunt*, *hoc eſt*, pulchram et elegantem, *quod ſitu peramoeno iuxta Nilum ab Africae parte conſtructa ſit*; haec, inquam, mihi in memoriam vocarunt nomen Aegyptiacum urbis *Syenes*, cui haec ipſa verba apprime convenire videntur, nec minus nomen ab Aegyptiis impoſitnm. ⲤⲰⲨⲈⲚ enim Aegyptiis *egregium*, *pretioſum*, *pulchrum* ſonat, et inprimis de lapidibus pretioſis adhibetur. Pſalmo XIX. 10 verba ὑπὲρ χρυσίον καὶ λίθον τίμιον πολύν a Coptis interpretibus ita verſa ſunt, ⲉ̀ϩⲟⲧⲉ ⲡⲓⲛⲟⲩⲃ. ⲛⲉⲙ ⲡⲓⲱⲛⲓ ⲉ̀ⲛⲁϣ ⲉⲛⲥⲟⲩⲉⲛϥ. Vocem μαργαρίτην Matth. XIII. 46 ſimiliter reddunt. Sic et de Nardo legitur Ioh. XII. 3. In qua explicatione confirmor a *Vanslebio*, qui in Itinerario Aegypti p. 18

(*k*) Tu tamen lege, quae ad *Herodoti* locum a *Weſſelingio* notata ſunt.

(*l*) In lapide antiquo apud *Pocockium* nomen ſcribi Σωήνη, monet *Forſterus* in Epiſt. ad J. D. Michaëlis p. 35. Latini codices editi emendatiores exhibent *Syene*, ſed MSS. variant. Vid. not. ad *Antonini* Itiner. p. 164.

p. 18 obſervat, *Isyan* i. e. Syenen a Coptis appellari *Sovan*. ⲤⲞⲨⲈⲚ vero literis Latinis vix aliter exprimi poteſt, quam per *Souan*. Quam bene autem Syenae nomen hoc conveniat, colligi poteſt ex *Leone Africano*, ubi ſitum urbis *Aſuan* eiusque commoda recenſet p. 728. Quibus addi poteſt obſervatio *Herbeloti* in Bibliotheca Orientali v. *Aſuan*. Poſſit Συήνη etiam explicari ϬⲤⲎ ⲈⲚⲈϨ, vel ϬⲤⲎ ⲞⲨⲈⲚⲈϨ; *terminus ſeculi* ſive *mundi*, nempe Aegyptiaci. Eſt enim *Syene*, reſpectu Aethiopiae (*m*), ἀρχὴ τῆς Θηβαΐδος. Quem in modum Τάφναι, quae ab altero latere Aegyptum claudebant, exponi poſſunt ⲦⲀⲪⲈ ⲈⲚⲈϨ, *caput* ſive *initium ſeculi*, de quo deinde dicetur. *Herodotus* Lib. II cap. 30 hoſce terminos ſtatuit, hinc a meridie, et illinc a ſeptentrione Aegypti. Nominat quidem *Elephantinem*, ſed illa a *Syene* diſterminatur tantum Nilo fluvio, qui inter utramque urbem medius fluit, quod diſerte teſtantur *Ariſtides* et *Strabo*, laudati a *Berkelio* in notis ad *Stephanum Byzantinum* p. 340, ubi adiunguntur teſtimonia *Vitruvii* ac *Pomponii Melae* (*n*).

SY-

(*m*) Hinc dicitur Syene πόλις Αἰγύπτου καὶ Αἰθιοπίας a *Stephano Byz.*, cuius exemplo meo ſua manu adſcripſit *Petrus Burmannus*: „ μεταξὺ Αἰγ. emendatur in Diction. Geogr. Loyd." An ſic recte emendetur, dubito; et qui non neſciat ſcribendi rationem, quam *Stephanus* tenet, mecum dubitabit. Si quid mutandum ſit, malim, Συήνη, πόλις μέση Αἰγ. καὶ Αἰθ., quod eſt in MSS.

(*n*) Locis, a *Berkelio* citatis, addatur alius *Strabonis* Lib. XVII p. 1135, quo teſte, Syene et Elephantine fuere ὅροι τῆς Αἰγύπτου καὶ τῆς Αἰθιοπίας. — Poſteriorem *Iablonskii* coniecturam de origine nominis repetiit, ſed non ſine vitio, *Scholzius* in Repert. f. B. u. M. Litter. tom. XIII p. 14, 15. Novam propoſuit *Forſterus* l. c. his verbis: „ Erat certe (Syene) *prima Aegypti habitatio* verſus Aethio-

SYLITHO. *Bulbus Scylliticus.* Ita *Apuleius* de Herbis cap. 42. A scriptore Arabe, in Oedipo *Kircheri* Tom. III pag. 74, appellatur *Slitha.* Plura de illa herba vide ibidem.

ΣΥΜΦΑΙΦΟΥ. *Lilium.* Testis est auctor Appendicis ad *Dioscoridem* Lib. III cap. 116 [p. 457]. Nomen Aegyptiacum Lilii commune videtur fuisse ϩⲣⲏⲣⲓ. Τὰ *κρίνα τοῦ ἀγροῦ* Matth. VI. 28 Coptus vertit, ⲛⲓϩⲣⲏⲣⲓ ⲛ̀ⲧⲉ ϯⲕⲟⲓ. Ne quis autem cogitet, sermonem hic esse de Liliorum specie peculiari, agresti nempe; etiam Luc. XII. 27, ubi in Graeco textu legitur, *τὰ κρίνα πῶς αὐξάνει*, Coptica versio habet, ⲛ̀ⲛⲓϩⲣⲏⲣⲓ ϫⲉ ⲡⲱⲥ ⲥⲉⲁⲓⲁⲓ. Adde Exod. XXV. 31. Potuerunt tamen Lilio alia fuisse nomina apud Aegyptios, sicuti apud Graecos florem illum modo *κρίνον*, modo *λείριον* nuncupatum fuisse, novimus. Forte etiam nomen istud, quod in appendice *Dioscoridis* affertur, fuit mysticum, prophetisque et sacerdotibus inprimis usitatum. Ptaecedunt enim illic haec verba, Προφῆται *αἷμα* 'Αρέως, 'Οσθάνης *αὔ-*

ρα

thiopiam, unde et nomen, idem significans, habuit ⲥⲱⲁⲓ—ⲛⲱⲩⲏϩ, *prima habitatio.*" In fragmento Vitae Matthaei Abbatis Sahidico, apud *Mingarellium* p. CCLVIII mentio est urbis Aegyptiae ⲥⲛⲏ. Dubius haerebat eruditus editor, intelligeretne Syenem, an Cynem, an aliam quampiam urbem. Quid miri? Etsi enim mulier, civis urbis *Sne*, habitasse dicitur *Babylone*, urbe Aegyptiaca, ex eo tamen situs urbis alterius tuto definiri nequit. — Quae plura alia de *Syene* dici possent e Geographis veteribus ac recentioribus, *Strabone*, *Dionysio* Per. et ad eum *Eustathio*, *Cellario*, *Wesselingio* ad *Antonini* Itiner. p. 164, 165, *Michaëlis* in notis ad Abulfedam p. 97, 98, in Suppl. ad Lex. Hebr. et Part. II Spicilegii Geogr. Hebr. p. 39—42, atque aliis, cum non admodum huius sint loci, silentio premam.

ρα κροκοδείλου, quae verti solent, *Magi Martis sanguinem* (vocant), *Osthanes auram Crocodili.* Videntur ea ad Aegyptios pertinere, propter mentionem Crocodili. In Συμφαιφού quidem vestigia τοῦ Ἀρέως reperire mihi videor. Quamvis Aegyptii non haberent Numen peculiare, *Martis* nomine dictum, tamen cum Marte Graecorum potest comparari illud Aegyptiorum Numen, quod Graeci *Herculem* solent interpretari. Quamobrem *stella Martis* ab Aegyptiis vocatur *stella Herculis.* Vide Pantheon Lib. III cap. VI § 2 et 4. Iam vero Numen hoc, Hercules, lingua Aegyptiorum videtur fuisse dictum ϫωμ, quod nomen Graeci efferebant Χὼν, Σὲμ et Σόμ. Conferantur, quae dixi in Differt. VII de Terra Gosen § 3, in notis ad *Eratosthenis* catalogum regum p. 739, potissimum in Pantheo Lib. II cap. III § 3 ac seqq. Id ipsum nomen opinor latere in priore parte vocis Συμφαιφού. Si liceret legere Συμσναιφού, haberemus vocabulum, quo Prophetas sive Magos significasse Lilium, auctor istius Appendicis testatur. Nam CNOϥ est *sanguis*, in permultis locis versionis Copticae Pentateuchi, Psalmorum et N. T. Erit igitur Συμσναιφοὺ, αἷμα τοῦ Ἀρέως, *sanguis Herculis*, vel, quod idem est, *Martis.*

SYNECHON. *Apium rusticum. Apuleius* de Herbis cap. VIII.

ΣΥΣΘΑΜΝΑ. *Ricinus.* Appendix *Dioscoridis* Lib. IV cap. 164 [p. 474].

ΣΥΡΙΓΞ et ΣΥΡΙΓΓΕΣ. Vide peculiarem meam ea de re Differtationem MSS. (*o*).

ΣΦΙΓΞ,

(*o*) Est, quod doleamus, dissertationem hanc inter Opuscula *Iablonskii* MSS., quae mihi Cl. *Ruhnkenius* edenda com-

ΣΦΙΓΞ, *Sphinx.* Abunde notae sunt *Sphinges*, quarum caput et manus erant puellae, corpus canis, un-

commendavit, non inveniri. Aliqua tamen ex parte damnum istud resarcietur perlegendis doctis observationibus in Pantheo Aegyptiaco Part. III pag. 175—181. Immo vero credibile fit, integram istam Dissertationem a *Iablonskio* insertam esse libro eruditissimo de Memnone Graecorum et Aegyptiorum p. 63—69. Quae illic de antiqua origine, forma, usu vario, numero, hodiernaque *Syringum* conditione prope Thebas Aegyptiacas, docte disputantur, nemini non placebunt; at vero minus certa videbitur multis origo nominis Σύριγγες Aegyptiaca, ducta nempe e voce ⲭⲏⲣⲓ—ⲛ̇—ⲥϩⲁⲓ, *Seri-en-schai*, Exod. XXIII. 24 *columnam* significante, eamque *inscriptam*, στήλην cum ἐπιγραφῇ. Vocem Σύριγξ esse origine Graecam, cum aliis vult Cl. *Hemsterhusius* in *Lennepii* Etymol. L. Gr. p. 941. Quae habent *Hesychius* et *Suidas* vv. Σύριγξ, Σύριγγες, Σύριγγος, et docti homines in notis, non admodum huc pertinent. *Syringes* autem, de quibus modo dicebam, ab Arabibus hodie appellari dicuntur *biban al molouc*, vel *bab al molouc*, hoc est, *portae regum*, ut etiam explicant *Pococke*, *Bruce* et *Browne*; sed minus bene, iudicio eruditissimi *Silvestre de Sacy*, cuius haec verba sunt: „ Il est indubitable que les habitans actuels de l'Egypte n'entendent pas ce nom autrement que les voyageurs que j'ai cités; mais je crois qu'il y a là une méprise. ⲂⲎⲂ (*bâb*) en Copte signifie *une caverne.* Cela me persuade que les Coptes nommoient autrefois ces excavations, *les cavernes des rois*, ⲚⲒⲂⲎⲂ Ⲛ̄ⲦⲈ ⲚⲒⲞⲨⲢⲞ (*nibâb anda niouro*). Les Arabes, entendant prononcer le mot *bâb*, qui, dans leur langue, signifie *porte*, l'ont conservé, & ont dit *bâb al molouc.* Ensuite ils ont employé indifféremment le singulier *bâb* ou le pluriel *bibân:* & ainsi 's est formée la dénomination actuelle. *Strabon* s' est servi du mot σπήλαια, qui est précisément l'equivalent du Copte ⲚⲒⲂⲎⲂ." V. Observations sur l'Origine du nom donné aux Pyramides d'Egypte p. 42, 43. Quae cultissima viri egregii observatio non parum confirmat ea, quae de *Syringibus* Aegyptiacis *Iablonskius* l. c. commentatus est.

ungues leonis, cauda draconis, alae autem avis, si his ornatae essent, uti pinguntur *Sphinges* Graecorum, non omnes Aegyptiorum. Hinc (*p*) *Ausonius* Idyll. 11 vers. 40,

Terruit Aoniam volucris, leo, virgo, triformis
Sphinx, volucris pennis, pedibus fera, fronte puella.

Solebant Aegyptii collocare Sphinges lapideas ad aditum (*q*) templorum, ut testatur *Strabo* Lib. XVII pag. 805 [1158]. In monumentis Aegyptiorum antiquis perfrequenter conspiciuntur figurae Sphingum; quod *Pignorius* in Expositione Tabulae Isiacae et alii ostendunt (*r*). Si vera scribit *Diodorus Siculus* Lib. III pag. 167 [cap. 25], Sphinges circa Troglodyticam et Aethiopiam existebant, forma his non absimiles, quae arte pictorum exhibentur, nisi quod hirsutie tantum differant. Vt igitur origo Sphingum quaerenda videtur in Aegypto, ita etiam nomen Σφίγξ non Graecum esse censeo cum *Vossio* in Etymologico L. L. aliisque plurimis, sed Aegyptiacum, quamvis veram denominationis rationem hactenus ignorem, atque coniecturas leviores vix audeam afferre, et id eo minus, quoniam ipse *La Crozius* meus, ea de re a me consultus, ignorantiam suam fassus fuit.

ΣΧΟΙ-

(*p*) Consilio *Jablonskii*, de Sphinge Aegyptiaca dicturi, non tam apta erant verba *Ausonii*, aut etiam Scholiastae ad *Euripidis* Phoenissas v. 46, p. 609, Τὴν Σφίγγα ἱστοροῦσι παρθένου μὲν ἔχειν πρόσωπον, χεῖρας δὲ καὶ πόδας λέοντος, καὶ στῆθος, πτερὰ δὲ ὄρνιθος, λέγοντες θυγατέρα εἶναι Τυφῶνος καὶ Ἐχίδνης, quam *Aeliani* lib. XII de N.A. c. 7, Τὴν Σφίγγα μέντοι τὴν διφυῆ Αἰγύπτιοί τε χειρουργοὶ γλύφοντες, καὶ Θηβαῖοι μύθοι κομπάζοντες, δίμορφον ἡμῖν πειρῶται δεικνύναι, σεμνύνοντες τῇ τε τοῦ παρθενωποῦ, καὶ τῇ τοῦ λεοντοειδοῦς σώματος κράσει αὐτήν.

(*q*) Conf. *Squire* ad *Plutarchum* de If. et Osir. p. 21.

(*r*) Vide le Pitture Antiche d'Ercolano tom. III p. 305, 306, 336, et tom. VII p. 380.

ΣΧΟΙ̃ΝΟΣ videtur plerisque vox Graeca, significans *iuncum*, *funem*, *iuncis textum*. Sequuntur illi scriptorem Etymologici M. v. Σχοινίον. Quandoquidem Aegyptii calamis et funibus intervalla locorum dimetiebantur, σχοῖνος fuit certum mensurae genus apud eosdem, ut iam supra [p. 164 sqq.] docui. Adiungam verba *Suidae*, v. Σχοῖνος, ut simul castigem ἀβλεψίαν eruditissimi *Kusteri*. Scribit *Suidas*, Σχοῖνος, μέτρον γεωργικόν· ὥς φησιν Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ τῶν ἱςοριῶν. *Kusterus* autem, existimans, respexisse *Suidam* ad locum *Herodoti*, qui exstat Libro I, pro ἐν τῇ δευτέρᾳ forte scribendum esse ἐν τῇ πρώτῃ opinabatur, eo tempore immemor verborum *Herodoti* Lib. II cap. 106 (*s*), de Aegyptiis testantis, quosdam agrum metiri σχοίνοισι. Cum autem Graeci, de Aegyptiorum mensura loquentes, semper vocem σχοῖνος adhibeant, videntur significare, eam Aegypto suam debere originem, et Aegyptiis propriam esse (*t*). Fatendum tamen est, interpretes Coptos voces σχοῖνος et σχοινίον, quoties in libris Sacri Codicis occurrunt, semper reddere voce alia Aegyptiaca, nempe ⲛⲟϩ et ⲛⲟϩ ⲛ̀ⲡⲁϣϣ. Quare certi quidpiam constituere vix ausim; quamvis *Herodotus*, *Strabo* aliique scriptores Graeci hunc in modum de *Schoenis* Aegyptiacis loquantur, ac si Aegyptii illa ipsa voce usi fuissent.

ΣΩ-

(*s*) Eumdem *Kusteri* errorem castigavit *Wesselingius* ad *Herodoti* locum.

(*t*) Σχοῖνος vocem Persicam esse, ductam fortasse ab اساني *asani*, *quies*, opinatur *Relandus* part. II Diss. Misc. p. 235, 236, auctoritate *Athenaei* lib. III c. 34 et *Callimachi* apud *Plutarchum* de Exilio p. 602. — Alia plura ad illustrandam hanc vocem dabunt interpretes *Hesychii*, tom. II p. 1333, *Biel* part. III Novi Thesr Philol. p. 407—409, *Ernesti* ad Glossas Sacras Hesychii p. 262, 263, *Surita* et *Wesselingius* ad *Antonini* Itiner. p. 152, ubi fit mentio mansionis Aegyptiacae, dictae *Pentaschoeno*.

ΣΩΘΙ'Σ, sive ΣΩ'ΘΙΣ, ut alii scribunt, est nomen Aegyptiacum stellae, quae Latine appellatur *Canis* seu *Canicula;* et eius sit crebra mentio in libris veterum scriptorum, *Plutarchi* de If. et Osir. pag. 359, 375, 376, de solertia Animal. p. 974, *Horapollinis*, Lib. 1 cap. 3, *Chalcidii* in Timaeum *Platonis* cap. 124, *Porphyrii* de Antro Nympharum [cap. 24] p. 264. Observabant *Bochartus* in Hieroz. Part. 1 p. 691 et *Wilkinsius* de lingua Coptica p. 111, *Canem* ab Aegyptiis vocatum fuisse ⲥⲟⲑϭ vel ⲥⲱⲟⲩϩ; sed fallebantur, in errorem ducti a *Kirchero.* Scribit autem *Plutarchus* de If. et Osir. p. 375, Σωθὶ Αἰγυπτιςὶ σημαίνει κύησιν ἢ τὸ κύειν, *graviditatem vel utero gestare.* Quae interpretatio non repugnat linguae Coptorum, in qua ⲟϯ est *uterus*, et cum nota generis foeminini ⲧ—ⲟϯ, atque ϭⲓ est *accipere.* Erit igitur ϭⲓ—ⲟϯ, *si-oti*, *quae accipit utero*, hoc est, *utero gestans*, *gravida.* Si ις in vocabulo Σωθὶς tantum est terminatio Graeca, intelligitur, cur idem sidus caniculae etiam dictum fuerit Σῆθ, ut testatur *Vettius Valens* in codice MS. Vide *Salmasium* de Annis Climacter. p. 615. Si autem nomen Aegyptium fuit Σωθί vel Σωθέ, aliunde id ducendum videtur. Conferri possunt, quae paucis monui in commentatione de Remphah § x, et copiose in Pantheo Lib. III cap. 2 toto.

ΣΩ'Σ, Ποιμήν, *Pastor*, interprete *Manethone* apud *Fl. Iosephum* contra Apionem Lib. 1 p. 445. Sed de hac voce dicetur infra ad Ὑκσώς.

ΣΩΦΕΙΡΑ', *Ophir*, cuius regionis mentio est frequentior in libris Veteris Testamenti. Campum latissimum disputandi de situ *Ophirae* ut ingrediar, opus non est, post operam ea in re navatam ab *Huetio*, *Bocharto*, *Relando* et plurimis aliis. Pauca tantum

tum monere velim de nomine, quo appellatur in versione V. T. Alexandrina, ubi tamen magna est lectionis varietas in codicibus MSS. Scribitur enim illic nomen Σωφαρά, Σωφηρά, Σωφειρά, Σωφιρά, Σωφείρ, Σωφίρ, Σοφείρ, Σουφίρ, Σουφείρ. Vide 1 Reg. IX. 28, X. 11, 2 Chron. VIII. 18, IX. 10, Iob. XXII. 24, XXVIII. 16, Ief. XIII. 12 (*u*). *Fl. Iosephus* Lib. VIII Ant. cap. 6 § 4 vocat Σωφίραν, ubi in MSS. etiam legitur Σώφειραν et Σόφιραν. Non ergo erat, cur in *Suida* Σουφείρ, ut pro Σουφείς citra dubitationem legendum, mutatum vellet *Kusterus* in Ὀφείρ vel Ὠφείρ. Similiter nulla de causa Σουφείρ apud *Hesychium* sollicitabant *Scaliger* et *Guyetus* (*v*). Nomen Indiae Copticum est ⲤⲞⲪⲒⲢ, ut *Kircherus* et alii docent. Videntur ergo interpretes Alexandrini nomen *Sophirae* accepisse ab Aegyptiis, ut vocabula quaedam alia, de quibus antea diximus, et quorum usus deinde invaluit apud Coptos recentiores. Quamvis enim concederetur, Coptos nomen *Sophir* non ex veteri lingua Aegyptiaca, sed ex usu recentiorum ipsorumque interpretum Alexandrinorum, retinuisse et Indiae dedisse, quod scribit *Relandus* in dissertatione de Ophir § VI [Dissert. Miscell. part. I p. 171], exinde tamen non consequeretur, ut iidem interpretes Alexandrini nomen *Sophir* non potuerint accipere ab Aegyptiis antiquioribus (*w*).

ΣΩ-

(*u*) In Iobi tamen locis Codex Alexandrinus habet Ὠφείρ. Ex Codice MS. Palatino Ὠφίρ adscriptum est exemplo editionis Argentoratensis a. 1526 manu viri docti, ut videtur, *Ioh. Fred. Gronovii.*

(*v*) Conf. *Alberti* ad *Hesychium* v. Σουφείρ.

(*w*) Nomen *Sophirae* ex lingua Coptica a LXX interpretibus sumtum esse, suspicatur quoque *Michaëlis* in Spicil. Geogr. Hebr. part. II p. 199, 200, de *Ophir* prolixius disputans a pag. 184, atque intelligens auri divitem *Arabiam.*

ΣΩΦΟΒΙ'. *Erythrodanum* feu *Ereuthodanum*, Latinis *Rubia.* Ita auctoi Appendicis ad *Diofcoridem* Lib. III cap. 160 [p. 460.].

T.

TABE'NNH eft nomen regionis in Aegypto fuperiori, palmarum feracis, unde et nomen accepiffe videtur. Nam ⲂⲈⲚⲒ fignificat *palmam*, et ⲦⲀⲂⲈⲚⲒ *regionem palmarum.* Conferantur dicta ad vocem Σεβέννιον [pag. 274, 275], quae hic nolim repetere. Potius adiungam, *Tabennen* fuiffe infulam in Nilo, ut teftatur *Sozomenus* Lib. III cap. 14 (*x*). Idem apparet ex Nouveaux Mémoires des Miffions Tom. I p. 157, 158, Tom. V p. 222, Tom. VII p. 41. Videtur effe *the Isle of Dooms* in *Pocockii* Itinerario. p. 84. De eadem infula fine dubio loquitur *Strabo* Lib. XVII p. 563 [1174] Ἔςι δὲ (ἐν τῇ Θηβαΐδι, cuius brevi ante facta mentio) καὶ νῆσος ἡ μάλιςα ἐκφέρουσα τὸν ἄριςον (φοίνικα), μεγίςην τελοῦσα πρόσοδον τοῖς ἡγεμόσι (*y*).

TA-

(*x*) Pro vulgato Ταβέννῃ νήσῳ τῆς Θηβαΐδος apud *Sozomenum* in codicibus MSS. legitur ἐν Ταβεννήσῳ τῆς Θ., quod, poft *Tillemontium* tom. VII p. 678, probavit *Mingarellius* not. ad Aegypt. cod. reliquias p. CLXXXII; dubitans, an locus, ubi Pachomius monafterium fundavit, umquam ab Aegyptiis dictus fit ⲦⲀⲂⲈⲚⲚⲎ, quin potius ⲦⲀⲂⲈⲚⲚⲎⲤⲈ. Reliqua autem, a viro docto illic adiecta, praeteribo.

(*y*) Obfervationem de *Tabenne*, non tamen laudato auctore, repetiit *Scholzius* in Repert. f. B. u. M. Lit. T. XIII p. 15. Idem dictum velim de v. Τάνις.

ΤΑΝΙΣ nomen eſt urbis celebris in Aegypto inferiori, cuius aliquoties in Literis Sacris mentio occurrit. Hebraei ſcribunt צֹעַן, *Tzoan* ſeu *Tſoan*. Erat urbs haec tempore Aſaphi ac deinde admodum celebrata, tanquam metropolis ac regia, ut patet e Pſalmo LXXVIII. 12, 43, Ieſ. XIX. 11, 13, XXX. 4, Ezech. XXX. 14, ſed et diu ante eorum aetatem, docente Moſe Num. XIII. 22. Interpretes Alexandrini iſtis in locis pro צֹעַן habent Τάνις, quod nomen eſt urbis, Graecis Latinisque ſcriptoribus, de Aegypto agentibus, valde notum. Νομὸς Τανιτικός memoratur *Herodoto* Lib. I cap. 166, Nili ςόμα Τανιτικὸν *Diodoro Sic.* Lib. I p. 20 [cap. 33]. Iunge *Strabonem* Lib. XVII p. 802, 813 [1154, 1167], qui ſcribit, Εἶτα τὸ Τανιτικὸν ςόμα, ὅ τινες Σαϊτικὸν λέγουσι· καὶ ὁ Τανίτης νομὸς, καὶ πόλις ἐν αὐτῇ [αὐτῷ, rectius in Cod. Mediceo] μεγάλη Τάνις. Similiter Τάνις dicitur *Stephano Byz.* πόλις μεγάλη Αἰγύπτου. Latini nomen modo ſcribunt *Tanis*, modo cum adſpiratione *Thanis*, monente *Surita* [ac *Weſſelingio*] ad *Antonini* Itinerarium [p. 153]. Verbo attingam errorem *Golii* aliorumque, qui urbes Aegyptiacas *Tanis* et *Tennis* eaſdem eſſe opinabantur, bene tamen diſtinguendas. *Tanis*, metropolis Aegypti antiqua, ſita erat ad Nili oſtium Taniticum; *Tennis* ſive *Tenneſis* eſt inſula in lacu, cui idem nomen, ſed ſcriptoribus vetuſtis non ita cognita. Quam obſervationem, ut multas alias, me debere magno *La Crozio*, gratus affirmo (z). Caſtigandus quoque eſt error *Fla-*

(z) Errantis *Golii* comes fuit *Michaëlis* in Spicil. Geogr. Hebr. part. I p. 258, ſed meliora deinde doctus. Vide ipſius Annotationes ad *Abulfedae* Deſcript. Aegypti p. 119—123, et Supplem. ad Lex. Hebr. p. 2121, 2122; ubi plu-

Flavii Iosephi Lib. IV. de B. Iud. cap. 9 § 7, צען accipientis de *Memphi*, cum tamen ipse alibi Lib. I Ant. Iud. cap. 8 § 3 rectius intelligat *Tanin*. In versione Coptica Pentateuchi servatur nomen ⲦⲀⲚⲒⲚ, sed in MS. interpretatione Psalmi LXXVIII legitur ϪⲀⲚⲎ, quae vox aut significat urbem *mollem* seu *delicatam*, ut ϪⲀⲚⲎ sumitur Matth. XI. 8, aut potius urbem *humilem*, *deiectam*; *depressam*, qua notione similive vocabulum occurrit Luc. III. 5, Levit. XIII. 31, 32, 34, pro Graeco ἔγκοιλον (*das eingefallen ist*) et XIV. 37 ϨⲀⲚϪⲈⲚⲀⲨ pro κοιλάδες. In eadem MS. versione libri Psalmorum CXII. 6 et CXXXVII. 6 τὰ ταπεινὰ redduntur ⲚⲒ ϪⲀⲚⲈⲨ. Totam hanc Aegypti partem humilem et depressam fuisse omnes testantur. Ex multis tantum laudabo *Herodotum* Lib. II cap. 4, et *Diodorum Sic.* Lib. I p. 27 et 33 [cap. 31 et 36] qui τὴν ταπεινότητα τῆς χώρας Aegyptiacae commemorat. Idem igitur nomine *Tanis* significaretur, quod *Sallustius* de Italia dixit apud *Servium* in Lib. III Aeneidos v. 522, *Italia plana ac mollis.*

TANOBVS. Hoc nomine appellatur monasterium aliquod Thebaidis, de quo loquitur *Hieronymus* in praefatione Regulae Pachomii: *Aiebat enim*, *quod in* Thebaidis *et in monasterio* Metanoeae, *quod de* Tanobo *in poenitentiam*, *felicis* (leg. *felici*) *nominis conversione*, *mutatum est*, rel. Nempe ⲚⲞⲂⲒ in quam plurimis locis versionis Copticae Pentateuchi ac Novi Testamenti, etiam in Liturgiis Copticis, significat *peccatum*,

plura alia de urbe *Tanis*. Etymologias nominis Hebraicas non is probat, sed Aegyptiacam, a *Forstero* illustratam in Epistolis ad ipsum scriptis p. 32.

tum, et ⲉⲣⲛⲟⲃⲓ *peccare*. De uſu praefixi ⲧⲁ ſive ⲑⲁ iam ſaepius dictum eſt. Itaque ⲧⲁⲛⲟⲃⲓ erit *locus peccatorum*, in quo quis ducitur poenitentia criminum ante commiſſorum. Idem locus, mutato antiquo nomine, deinde dicebatur Μετάνοια, *locus reſipiſcentium*, μετανοίας χώρα, ut loquitur *Euſebius* Lib. VI Hiſt. Eccl. cap. 34.

TAYA nomen urbis Aegyptiacae, cuius meminit *Stephanus Byz.* v. Ταῦα. De ſitu nihil certi habeo, quod dicam, neque etiam de origine nominis Aegyptiaca. Cum tam ingens fuerit numerus vicorum et urbium in Aegypto, teſte *Diodoro Sic.* Lib. I pag. 27 [cap. 31], qui loquitur de 18 millibus, quin imo de pluribus 30 millibus regnante Ptolemaeo Lagi; mirum profecto non eſt, omnium vicorum et urbium nomen non poſſe etymologice illuſtrari ſitumque accurate definiri. Novimus tamen, in *Antonini* Itinerario *Tava* ſive *Taua* collocari inter urbes *Cyno* et *Andro*, nec ita longe abfuiſſe ab urbibus *Tanis*, *Thmuis* aliisque ibidem memoratis. Si in Geographicis tuta ſatis eſſet fides hiſtorica *Xenophontis Epheſii* Lib. IV p. 56, crederem urbem *Taua* fuiſſe ſitam in via, quae ducebat *Leontopolin*. Vix enim dubito, quin pro Διελθόντες μὲν δὲ ταῦτα ἐπὶ Λεοντῶ ἔρχονται πόλιν legi debeat ſcripſeritque *Xenophon*, Διελθόντες μὲν δὲ Ταῦα ἐπὶ Λεοντῶ ἔρχονται πόλιν (*a*). Erat vero Leontopolis

(*a*) Elegantiſſima coniectura haec eſt, probata etiam duumviris ſummis, *Hemſterhuſio* in Miſc. Obſ. Crit. vol. VI p. 295, 296, ac *Weſſelingio* ad *Hieroclis* Synecdemum p. 728. Nomen urbis Ταῦα etiam *Diodoro Sic.* Lib. XVI p. 506, ubi editum εἰς Τινα πόλιν, reddendum ſuſpicatur *Hemſterhuſius*. Sed lege annotationem *Weſſelingii* Tom. II p. 76. In *Hieroclis* Synecd. p. 725 iunguntur Dioſpolis, Sebonutus, Onuphis, Taua, Cleopatra, Cyno et Buſiris.

polis sita prope amnem Busiriticum, nec longe ab urbe Athribe, ut docent Geographi antiqui. Vide *Cellarii* Geogr. Africae p. 20, 21.

ΤΑ'ΦΝΗ sive ΤΑ'ΦΝΑΙ, urbs Aegypti, distans a Pelusio sedecim millibus passuum. Ita nomen constanter scribitur ab interpretibus Alexandrinis Veteris Testamenti, quorum magna merito censetur auctoritas in rebus Aegypti Geographicis nominibusque urbium propriis indicandis. Vide Ierem. II. 16, XLIII. 6, 7, 8, XLIV. 1, Ezech. XXX. 18, quibus in locis habet texus Hebraeus תחפנחס *Tachpanhes*. Vocatur eadem urbs Δάφνη a *Stephano Byzantino*, sed nugante, eam sic dictam fuisse παρὰ τῶν ἐκεῖ πολλῶν φυομένων δαφνῶν, de magna laurorum ibi crescentium copia. Δάφναι Πηλουσίαι est in *Herodoti* Lib. II cap. 30. In Itinerario *Antonini* appellatur *Daphno*. Conf. *Cellarii* Geogr. Africae p. 38 (*b*). Aliquando secutus ductum scripturae Hebraicae תחפנחס, *Taphnas* sive *Daphnas* interpretabar aut *Tapheneh* ⲦⲀⲪⲈⲚⲈϨ *aeternam*, sic enim urbs ob munimenta fortia dici potuit, cum certo satis constet, fuisse locum sive castellum munitissimum, aut *Tapenese* (*c*) ⲦⲀ-

(*b*) Consulendus *Wesselingius* ad Itiner. p. 163, et ad *Herodotum* II. 30. — *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 2565 vix dubitandum existimat, תחפנס sive תחפנחס esse eamdem urbem, quam Graeci Δάφνας Πηλουσίας appellant; etyma Aegyptia, quae habent alii, prudentem se praetermittere scribit, citatque *Scholzium* in Repertorii tom. XIII p. 6, sed qui sua paene omnia debet hisce *Iablonskianis*. Malebat scire *Michaëlis*, quibus literis Copticis nomen urbis in versione locorum Ieremiae et Ezechielis scribatur. Cui tamen desiderio non ante poterit satisfieri, quam versio istorum librorum Coptica integra e latebris eruatur.

(*c*) Placuit haec nominis notatio *Forstero* in Epistolis p. 32, 33.

ⲦⲀⲚⲈⲚⲈⲤⲈ *cornu amoenum*, quandoquidem Aegyptii promontoria munita nuncupare solebant *cornua*, cuiusmodi erat Ἀγνοῦ κέρας, a *Strabone* memoratum Lib. XVII p. 801 [1153], situm prope urbem Bolbitinen, vulgo hodie dictam *Rosette*. Sed nunc malo interpretari ⲦⲀⲪⲈ ⲈⲚⲈϨ *Taphe-eneh*, id est, *caput* vel *principium seculi*. Nos diceremus *initium mundi*, vel *terrae*. Sic responderet urbi *Syenae*, quae Aegyptum claudit versus Aethiopiam, uti suo loco [pag. 330] notavimus; quemadmodum *Taphnae* Aegyptum claudebant versus Syriam et Arabiam. Tota Aegyptus porrigitur a Daphnis usque ad Syenen. Quocirca Psammetichus, teste *Herodoto* l. c., praesidia collocabat, Elephantinae quidem adversus Aethiopes, Daphnis vero adversus Syros et Arabes. Elephantine autem non ita longe remota erat a Syene, ut supra [pag. 330] iam monui. Praeteriri tamen non debet sententia *Campegii Vitringae*, Theologi inprimis docti, in opere posthumo de Geographia Sacra cap. VII p. 40 scribentis: „ Occurrit etiam in loco citato Ezechielis תחפנחס *Tachpanes* —, Ierem. XLIII. 7, Ierem. XLIV. 1, ubi omnia fere loca recensentur in inferiori et superiori Aegypto sita. *Tachpanes* sunt *Daphnae Pelusiae*, locus amoenus subiectus Pelusio, dictus ab uxore regis Ieroboami. Dedit enim *Pharao* filiam suam *Taphnes* Ieroboamo. Hebraei non potuerunt aliter scribere, quam תחפנחס. Litera ח usum habuit vocalis apud Hebraeos veteres, et usurpata loco η Graecorum. Legerunt תחפנחס *Taphnes*, vel *Tephnes*, et 1 Reg. XI (19, 20) scribitur sine ח, תחפנס. Alibi ab Ezechiele aliter punctatur ". Opusculum hoc non tam esse elaboratum et perpolitum, ut sunt viri magni Observationes Sacrae et praeclarus ille in Iesaiam Commentarius, mirari desinet, qui sciat, Geographiam Sacram ab eo haud esse conscriptam, ut in manus eruditorum publice tradere-

tur, sed hoc tantum consilio, ut ab auditoribus in usum privatum calamo exciperetur. Quamobrem neque hic disputabo, quid censendum sit de origine nominis urbi *Tachpanhes* inditi, quam *Vitringa* exponit.

TEBOYNI'. Instrumentum Musicum Aegyptiorum, cuius meminit *Ioseppus*, sive *Iosephus*, vetus scriptor Christianus, in Hypomnestico, seu libello sacro memoriali, Lib. v cap. 144. Scribit autem ille: Ἐν Αἰγύπτῳ τὸ Βυνὶ ὄργανόν τι ἐναρμόνιον, ᾧ χρῶνται οἱ ἱεροψάλται ἐν τοῖς κώμοις πλεκτριζόμενοι. Primus ea verba ex codice MS. Cantabrigiensi protulit *Thomas Gale* in notis ad *Iamblichum* de Mysteriis pag. 215, et recte observavit, verba ista desumta esse ex epistola *Porphyrii* ad Anebonem Aegyptium. Edidit *Galeus* τὸ Βυνί, ut in MS. legebatur, sed monuit legendum τε Βουνί. Integer *Iosephi* liber primum in lucem editus est ab eximio Polyhistore *I. A. Fabricio*, subnexus volumini II Codicis pseudepigraphi Veteris Testamenti. Leguntur illic verba citata pag. 330. In textu Graeco dedit *Fabricius* τὸ Βονί, sed in versione sua Latina *Buni*. Dubium vix ullum mihi est, quin una voce scribi debeat Τεβουνί, et nomen instrumenti Musici Aegyptiorum ex ipsa horum lingua explicari. Trigonorum instrumentorum Musicorum non rara apud veteres mentio occurrit. Vide *Athenaeum* Lib. XIV p. 636 coll. Lib. IV p. 157 et 182, *Suidam* in v. Σαμβύκαι, *Hesychium*, qui scribit: Τρίγωνον· εἶδος ὀργάνου ψαλτηρίου, pro quo malim ψαλτήριον, ἢ φυτὸν ἐν Αἰγύπτῳ. *Martianus Capella* appellat *Panduram*. Apud eum sic fatur Harmonia Lib. IX de Nupt. Philolog. p. 313 edit. Grot., *Panduram Aegyptios attentare permisi*. Fortasse repraesentatur in lapide apud *Richardum Pococke* in the Description of the East Vol. I Tab. LXI, et in monumentis vetustis apud *Montfauconium* Antiq. Expl. II, 116 et 149, atque alibi. Ex eo genere erat Τεβουνί, instrumentum tri-

trigonum, non prorſus diſſimile lyrae vel citharae, quatenus illius chordae conſimili modo pulſabantur plectro, nobis vulgo dictum *ein Harpe.* Vocabulum τεβουνί eſſe origine Aegyptium, admodum probabile fit ex iis, quae ex *Porphyrio* affert *Ioſephus* l. c. Videtur literis Copticis ſcribendum ϯⲟⲩⲱⲓⲛⲓ. Gen. xxxi. 27, ubi Alexandrini habent κιθάρας, interpres Coptus dedit ⲟⲩⲱⲓⲛⲓ, et citharoedus vocatur Apoc. xiv. 2 ⲣⲉϥⲉⲣ ⲟⲩⲱⲓⲛⲓ. Quod autem ſcriptor Graecus vocem ϯⲟⲩⲱⲓⲛⲓ efferat τεβουνί, non inſolens videbitur, ſiquidem conſtat, literas υ et ου ſaepe cum β permutari. Qui Aegyptiis dicuntur ⲣⲉⲙⲟⲩⲱⲧ, ab *Hieronymo* vocari *Remoboth*, ſupra [p. 229, 330] vidimus. Quae obſervatio ſi forte aliis minus arridet, arriſit tamen *Montfauconio*, quando cum eo de loco *Ioſeppi* apud *Galeum* ante plures annos Lutetiae Pariſiorum ſermones miſcebam, atque *La Crozio*, literis, anno 1735 ad me datis, ſignificanti, ſe obſervationem meam de ⲧⲉⲃⲟⲩⲛⲓ valde probare, talemque eſſe arbitrari, ut nihil ei opponi poſſit (*d*).

ΤΙ'ΑΛΟΣ, *Lilium.* Ita ſcriptor Appendicis ad *Dioſcoridis* Lib. III cap. 116 [p. 457], de quo loco alia monui, cum diceretur [p. 331, 332] de voce Συμφαιφού.

ΤΙΒΟΥ'Σ. In Appendice *Dioſcoridis* Lib. IV cap. 102 [p. 469] de herba *Stratiote* legimus, Αἰγύπτιοι Τιβοὺς (καλοῦσιν), Προφῆται αἷμα αἰλούρου. Si vocem

(*d*) Vide Theſ. Epiſt. *La Crozianum* tom. III p. 189 coll. tom. I p. 206. Conf. *F. S. de Schmidt* de Sacerd. et Sacrif. Aegypt. p. 170—172.

cem hanc Aegyptiam etymologice confideres, Τιβούς, vel forte rectius Τυβούς, proprie significat ςρατιώτην. Nam ϮⲆⲞⲂⲈ est *pugnare contra*, unde Ἑρμοτυβιεῖς dicti funt μάχιμοι, *milites* in Aegypto; quemadmodum vocem istam loco fuo [p. 69] expofui (*e*).

ΤΙΘΡΑΜΒΩ' fuit *Hecatae* nomen in Aegypto, testante *Epiphanio* p. 1093, cuius haec verba funt: Ἄλλοι δὲ τῇ Τιθράμβω, five Τιθραμβῷ, Ἑκάτῃ ἑρμηνευομένῃ, ἕτεροι τῇ Νέφθυϊ, ἄλλοι δὲ τῇ Θερμούθι τελίσκονται. Sic enim verba legenda videntur. Vix alius quisquam istius nominis mentionem fecit. Optime tamen ex lingua Aegyptia poteft illuftrari. ⲘⲂⲞⲚ, *Embon* vel *Ambon*, quod alibi fcribitur ⲈⲘⲂⲞⲚ, fignificat *iram*, *furorem irae*. Itaque ϮⲘⲂⲞⲚ, *Ti-ambon*, defignat *graviter iratam*, *ira furentem*, et ϮⲐⲢⲎ ⲘⲂⲞⲚ, *Ti-thra-embon* five *Tithrambon*, exponi poteft aut *ira furens*, aut etiam *aliis furorem indens*. Reliqua, huc pertinentia, legi poffunt in Pantheo meo Aegyptiaco Lib. I cap. V toto.

TITOTHOS. *Cyclaminus*. Vide *Apuleium* de Herbis cap. 17. Dicebatur quoque Aegyptiis Θέσκε, uti ante [p. 88] vidimus.

TOTAPHOTH, טוטפת, quae vox in libris Mofaicis occurrit Exod. XIII. 16, Deuter. VI. 8, XI. 18. Non eodem ubique modo eam reddunt interpretes veteres, five Graeci, five Orientales, Syrus et Arabs, ut apparet ex *Origenis* Hexaplis, a *Montfauconio* editis, atque ex Bibliis Polyglottis. Multum quo-

(*e*) Eadem dabit *Scholzius* l. c. p. 15.

quoque diversae sunt eruditorum recentiorum sententiae de vocabuli significatione, eiusdemque origine, quae ab aliis refertur ad טוף, Chaldaice טיף, *spectare*, *adspicere*, ab aliis ad טפח sive טפטף, notione *multum adspiciendi*, ab aliis ad טפף, *ligare*, ab aliis ad Arabicum طف, *agilis fuit*. Vide *Buxtorfii* Lexicon in v. טטף p. 869, 870, *Schultensium* in Clavi Dialectorum p. 320, *Hackmanni* Praecidanea Sacra p. 92—112, et *Schroederum* de Vestitu mul. Hebr. p. 127. Ex locis Mosaicis modo citatis colligi potest, טוטפת fuisse frontalia, sive amuleta et phylacteria in fronte gestari solita, vel in universum ornamenta quaedam capitis et brachiorum, quasi memorialia. Conferantur praeter eruditos istorum locorum interpretes, *Fullerus* Lib. v Miscell. cap. 7 et *Witsius* in Aegyptiacis Lib. I cap. 9 § 3, Lib. II cap. 9 § 7 ac seqq. Vocis istius mentionem hic faciendam putavi, quod eruditi quidam eam ex lingua Aegyptiaca derivandam esse censeant. *Iosephus Scaliger* vocem hanc in universum Aegypto deberi existimavit. *Bochartus* in Geogr. Sacra Part. I Lib. I cap. 15 scribit: „*Talmudici*, *quos citat* Kimchius *in Lexico*, טוטפות *pro* frontalibus *volunt esse vocem* semi-Aegyptiam. *Compositionis tamen ratio mihi haudquaquam probatur.*" Equidem is non sum, qui litem istam componere audeam. Non tamen ita absurdi sunt Iudaeorum magistri, quando vocabuli natales in Aegypto quaerunt. Dummodo enim certum satis esset, vocem *Totaphoth* Aegyptiacae esse originis, compositionis ratio facilis dari posset, inprimis si non tantum fuerint ornamenta frontis, sed et brachiorum. Sermone Aegyptiorum *manum* dici ⲦⲞⲦ, pervulgatum est. Deinde ⲫⲱⲦϨ significat *aliquid sculpere*, *affabre effingere*. Exodi cap. XXV. 7, ubi in Graeco legi-

gitur λίθους εἰς τὴν γλυπτήν, Coptus interpres dedit ⲌⲀⲚⲰⲚⲒ ⲈⲚⲪⲀⲒⲦⲌ. Versu 11 eiusdem cap. Graeca ποιήσεις κυμάτια, χρυσᾶ ϛρεπτὰ κύκλῳ redduntur Coptice ⲈⲔⲈⲐⲀⲘⲒⲞ ⲚⲌⲀⲚⲌⲞⲚⲦ (versu 24 scribitur ⲚⲌⲀⲚⲌⲞⲦⲚ) ⲚⲚⲞⲨⲂ ⲈⲨⲪⲀⲒⲦⲌ ⲘⲚⲈⲤⲔⲀⲒϮ. Sic etiam verba vers. 18 ποιήσεις δύο χερουβὶμ χρυσοτορευτὰ Coptice exprimuntur ⲈⲔⲈⲐⲀⲘⲒⲞ ⲚⲬⲈⲢⲞⲨⲂⲒⲘ Ⲃ̄ ⲚⲚⲞⲨⲂ ⲘⲪⲀⲒⲦⲌ. Conf. Exod. XXXII. 4, 16, inprimis Levit. XXVI. 1. Est itaque ⲪⲀⲒⲦⲌ quidquid sculptum, caelatum et ex pretioso metallo artificiose elaboratum est. Foret igitur ⲦⲞⲦⲪⲀⲒⲦⲌ *sculptile manus*, vel *monile in manu* aut in brachio *gestandum*. Sed ea de re iudicium penes eruditos esto (*f*).

ΤΟΙΓΑΡΑΜΟ'Σ. In Catalogo regum Thebaeorum, uti in *Eusebianis Scaligeri* editus est, haec verba aut potius verborum monstra leguntur: Θηβαίων Αἰγυπτίων ἐβασίλευσεν ϛ΄ Τοιγάραμος ἄμαχος χειρὶ Μεμφίτης, ὃ ἑρμηνεύεται Τίσανδρος. In *Syncello*, ex quo *Scaliger* ista descripsit, *Goarus* postmodum sic eadem vulgavit: Θ. Α. ἐβ. ϛ΄ Τοΐγαρ Ἄμαχος Μομχειρί, οὗτος ἑρμηνεύεται τῆς ἀνδρὸς περισσομέλης. De hoc loco, uno omnium difficillimo, et fine controverversia admodum corrupto, tam in vocibus Aegyptiacis, quam in Graeca earumdem interpretatione, satis ample dixi in Annotationibus in *Eratosthenem*, quas Cl. *A. des-Vignoles* inseruit Chronologiae Sacrae Tom.

(*f*) De veterum interpretatione vocis מוטפת diligenter egit *Michaëlis* in Suppl. Lex. Hebr. p. 1009—1011. — Coniecturam *Iablonskii*, adiecto huius nomine, commemorat *Scholzius* l. c. p. 15, 16, sed improbat, et alia adiungit, quae tamen ipse *Iablonskiu* h. l. in medium attulerat.

Tom. II p. 741—743. Ex coniectura mea, verba Aegyptiaca ita constitui possunt, Τοιγαρὰμ ἄχος μονχειρί, Graeca vero hunc in modum legi, οὗτος ἑρμηνεύεται σώσανδρος περισσομελής. Nomen Τοιγαράμ fortasse erit Aegyptiace ⲦⲞⲨϪⲈⲢⲈⲘ, compositum ex praefixo Ⲧ atque duabus vocibus ⲞⲨϪⲈ *servare* et ⲢⲰⲘⲒ *homo*, pro quo in compositione scribi solet ⲢⲈⲘ. Est igitur ⲦⲞⲨϪⲈⲢⲈⲘ ὁ σώζων ἀνθρώπους, vel brevius σώσανδρος, quod nomen Graecis scriptoribus non ignotum est. Si pro ἄχος μονχειρί scriberetur ἀπὸς vel ἀπὸφ μονσχφειρί, hoc foret Aegyptiacum ⲈⲠⲰⲪ ⲘⲞϨ ⲚϢⲪⲎⲢⲒ, *gigas admiratione plenus*, sive *prorsus admirabilis*, procera nempe corporis statura; qualis homo dicitur περισσομελής a *Manethone* Aegyptio Lib. IV Apotelesm. v. 464. Observationibus meis, l. c. vulgatis, hanc unam nunc adiungo. Potest forte servari ἄχος, et cum reliquis verbis Aegyptiace exprimi ⲀϪⲰ ⲘⲞϨ ⲚϢⲪⲎⲢⲒ, Latine, *Magus rerum mirabilium plenus*, vel *admodum mirabilis*. In versione Coptica N. T. *Magus* dicitur ⲀϪⲰ Act. VIII. 9, et in codice MS. Danielis c. I. vs. 20, quamvis alibi retineatur ⲘⲀⲄⲞⲤ, Matth. II. 1, 7, 16. Neque dubium est, quin nomen *Magi* apud Aegyptios valde fuerit honestum, uti apud Persas, eo appellantes Sacerdotes et Philosophos. In Aegypto artes Magicae a Sacerdotibus colebantur, ut vel e libro Mosis secundo satis patet. Ad illarum cognitionem non admittebantur alii praeter sacerdotes ac viros honoratiores, ipsosque reges. Cuiusmodi artes Magicae efficiebant, ut earum periti haberentur rerum mirabilium auctores, et populum in sui admirationem raperent. Haec explicatio minus abit a scriptura *Syncelli*, sed non in universum ei respondet Graeca *Eratosthenis* interpretatio, nisi forte περισσομελής exponatur

tur

tur de admirabili corporis proceritate et robore membrorum.

ΤΟΤΙΗΙΟC (g).

ΤΟΥΚΙΝ. *Fumaria.* Appendix *Dioscoridis* Lib. IV cap. 110 [p. 470]. Dicebatur etiam Fumaria sive Capnus ab Aegyptiis *κνύξ*, ut idem testatur.

ΤΟΥΡΚΟΝ. *Periclymenum.* In Appendice ad *Dioscoridis* Lib. IV cap. 14 [p. 462].

ΤΡΟΧΙΛΟΣ vel ΤΡΟΧΙΛΟΣ, *Trochilus*, est nomen avis Aegyptiacae, de qua *Plinius* scribit Lib. VIII cap. 25: *Hunc* (crocodilum) *saturum cibo piscium, et semper esculento ore, in litore somno datum, parva avis, quae* Trocilos ibi vocatur, *rex avium in Italia, in-*

(*g*) Huic voci in codice meo nihil a *Iablonskio* adscriptum invenitur. Frustra diu, non diffiteor, quaesivi, unde eam Glossario suo *Iablonskius* adiecisset. Tamdem tamen habere mihi videor certam viam atque rationem, qua verum investigare et consequi possim, praeeunte *Mingarellio* in notis ad Aegyptiorum codicum reliquias p. CIII, cuius haec verba sunt. „ Quidquid esculenti residuum erat monacho, aut superfluum, illud ad *Totihioc* reportare debebat, id est, ut S. Hieronymus primo Pachomianae Regulae capitulo interpretatur, ad *Praepositum domus suae.* Aegyptiaca enim sine dubio habenda haec vox est, si recte tamen a librariis scripta ad nos pervenit: nam litera illa sive aspirationis nota, *h*, in Graeca versione, quae *Hieronymo* tradita fuit, esse non potuit. Quibusnam vero ex vocibus nomen hocce componatur, an ex ⲦⲞⲦ (nam ϯⲦⲞⲦ in Act. Apostol. XIII. 11 valet *praeesse*), et ex ⲎⲒ, *domus*, et ⲌⲰⲒⲔ, peritiores inquirent. Quidquid autem de hac derivatione statuendum sit, tribus Pachomianae Regulae capitulis mirifice nostrum hocce illustratur." Haec *Mingarellius.* Ego quidem nihil rectius novi.

invitat ad hiandum pabuli sui gratia, os primum eius assultim repurgans, mox dentes, et intus fauces quoque ad hanc scabendi dulcedinem quam maxime hiantes. Eiusdem meminit *Plinius* Lib. x cap. penult.; etsi dissentit *Harduinus.* Comparetur *Aelianus* Lib. III de N. Anim. cap. II, qui et de Trochilo Lib. VIII cap. 25 haec narrat: Ὁ μὲν τροχίλος ὄρνις ἐςὶ τῶν ἑλείων εἷς· καὶ παρὰ τὰς ὄχθας τῶν ποταμῶν ἀλᾶται, καὶ ὅ τι ἂν τύχῃ παρεκλέγων, βόσκεται· τρέφει δὲ αὐτὸν καὶ κροκόδειλος κ. λ. Addit *Aelianus* Lib. XII cap. 15: Οὐ πρὸς πᾶν τὸ τῶν τροχίλων γένος ἐςὶ τῷ δὲ θηρίῳ ἔνσπονδα· πολλὰ δὲ αὐτῶν γένη καὶ ὀνόματα· τραχέα δὲ καὶ ἀκοῦσαι ἀντίτυπα, καὶ διὰ τοῦτο ἐῶ αὐτά. Μόνον δὲ τὸν καλούμενον κλαδαρορύγχον, ἑταῖρον καὶ φίλον ἔχει (*h*). Memoratu dignum est, quod de isto avium genere legitur in *Vanslebii* Itinerario Aegypti, Gallice scripto, p. 77, 78: „Ce que *Pline* dit du *Trochile*, a besoin d'éclaircissement, car on pourroit demander cent ans durant en Egypte, quel est cet oyseau, qu'on n'en pourroit jamais apprendre. Voicy donc ce qu'en dit *Beitar:* „ „ Quand le Crocodil est saoul de la proye, qu'il a devorée, il sort hors de l'eau, & se met à dormir au soleil, & parce qu'il luy reste toujours de la vilenie entre les dents, dont il s'engendrent des vers, un petit oiseau semblable au *Tectari*, entre dans sa gueule, mange cette villenie, & les vers même, s'il y en trouve; & lorsque le Crocodile sent, qu'il n'a plus rien dans sa gueule, il la ferme, pour manger l'oiseau aussi: mais la Nature ayant pourveu à sa sureté, en luy donnant deux epines fortes audessus de sa tête, & le Crocodil se sentant piqué, il la couvre incontinent, alors l'oyseau s'enfuit" ". Je m'informais de plusieurs Mores, s'ils connois-

(*h*) De *Trochilo* sua habent *Aristoteles*, *Aelianus*, alii, ex *Herodoto*, quem vide lib. II c. 68, ibique *Wesselingium* et *Valckenaerium.*

noissoient un oiseau, qui avoit deux epines sur la tête, & ils me répondirent, que non; il me dirent bien, qu'il y avoit en Egypte le *Saksak*, que j'ay veu moy même fort souvent, qui est toujours autour du Crocodile, parce qu'il se nourrit des restes de la viande, qu'il trouve entre les dents. Il se peut faire donc, que le *Saksak* des Mores & l'oyseau dont parle *Beitar*, soit le *Trochilos* de *Pline*".

ΤΥΒΙ', *Tybi*, nomen mensis quinti apud Aegyptios, respondens diebus postremis Decembris, sed inprimis Ianuario Romanorum. Dies enim sextus Ianuarii erat undecimus mensis Tybi, ut alio loco a me observatum est. Hac ratione facile in concordiam redigi possunt veterum testimonia. Scribit *Plinius* Lib. VI cap. 23 circa finem: *Ex India renavigant mense Aegyptio* Tybi incipiente, *nostro* Decembri: *aut utique Mechiris intra diem sextum.* Scholiastes in *Arati* Phaenomena p. 39 ed. Felli haec habet: λέγει δὲ τὸν Τυβὶ, ὅς ἐςι κατὰ Ῥωμαίους Ἰανουάριος· τότε γὰρ σφοδρός ἐςιν ὁ χειμών. Adde p. 40 et 53, atque *Arriani* Periplum Maris Erythraei p. 5 Tom. I Geographorum Hudsoni (*i*). Passim istius mensis scriptores Graeci veteres meminerunt, cumque Τυβί nominarunt. Ita *Clemens Alexandr.* Lib. I Strom. p. 340 [408], auctor epigrammatis Graeci Lib. I Anthologiae cap. XCI. I,

Τυβὶ δὲ πορφύρεον βουληφόρον εἷμα τιταίνει (*k*).

Prae-

(*i*) *Iosephus* in Hypomnestico cap. 27, ubi comparantur menses Hebraeorum, Aegyptiorum, Macedonum et Romanorum, haec nomina coniuncta leguntur, Τηβὴθ, Τύβυ (pro Τυβὶ), Αὐδυναῖος, Ἰανουάριος. Vide ad istum locum, quae *Fabricius* notavit p. 50.

(*k*) Graeca interpretatur *Grotius*, tom. I Anth. Gr. p. 355:

Tybi magistratus tyrio producit in ostro.

Praesertim commemorandus est *Plutarchus*, in cuius libro de Iside et Osiride plus una vice nomen Τυβί occurrit, pag. 371, ubi dies septimus mensis Τυβί dicitur ΑΦΙΞΙΣ ΙΣΙΔΟΣ ΕΚ ΦΟΙΝΙΚΗΣ, *adventus Isidis e Phoenice*, et pag. 366, quo in loco post verba, Τῇ δὲ ἐννάτῃ ἐπὶ δέκα, excidisse nomen mensis Τυβί, suspicabar in Miscellaneis Berolinensibus Tom. VII pag. 388—390. In libris Coptorum scribitur nomen huius mensis ⲦⲰⲂⲒ. Ita certe inveni in codice Euangeliorum membranaceo, scripto a *Michaële*, Episcopo Damiatensi, asservatoque in Bibliotheca regia Parisiensi (*l*). Nec multum à vero aberratutum me opinor, si existimem, nomen mensis decimi Hebraeorum טֵבֵת, quod semel tantum legitur in codice Hebraeo V. T., Esth. II. 16, et Hebraei tempore primum seriori a Graecis accepisse videntur, esse origine Aegyptiacum, et a Τυβί non diversum. Testis hac in re admodum locuples mihi est *Hieronymus*, in commentariis in Ezechielis cap. 29 scribens: *Porro iuxta* LXX *decimus mensis, qui Hebraice appellatur* טֵבֵת, *et apud Aegyptios* Τυβί, *apud Romanos Ianuarius dicitur.* Quidquid enim alii de origine nominis Hebraici טֵבֵת afferunt, si ab Aegyptiaca discedas, id quidem merito minus probabile iudicabitur (*m*).

ΤΥΦΑΙΝΟΣ, ἰχθὺς Νειλώῳος, καὶ ὄφεως εἶδος; teste

(*l*) Conf. Thes. Epistol. *La Crozianus* tom. III p. 133. Thebaice scribitur ⲦⲰⲂⲈ. Vid. *Georgium* in praef. ad Fragm. Euang. Ioh. Graeco-Copto-Theb. p. CXXXIV.

(*m*) Eamdem de origine vocis טֵבֵת sententiam tuetur *Michaëlis* in Suppl. Lex. Hebr. p. 999, 1000, *Hieronymi* item testimonio utens, sed minus accurate citato. Nomen Hebraeum Graece scribi Τιβὴθ, Τηβὴθ, Τέβεθος, Τιβιήθ, monet *Fabricus* in Menologio p. 16.

teste *Hesychio* v. Τυφλῖνος, qui brevi post scribit, Τυφλῶνες, εἶδος ὄφεων, et antea vocem Κωφίας exponit ὄφεως εἶδος, ὁ καὶ Τυφλίας, pro quo legendum suspicor Τυφλῖνος, uti in altero loco pro Τυφλῶνες rescribendum Τυφλῶπες ex *Aeliani* Lib. VIII de Anim. cap. 13 et *Nicandri* Theriac. v. 393, ubi Scholiastes explicat Τυφλῖνος (*n*). Si vox origine est Aegyptia, ut videtur, eius tamen etymologiam non minus ignoro, quam alii Graecam.

ΤΥΦΩ'Ν, *Typhon*, celebre Aegypti Numen, sed maleficum, cuius meminerunt *Herodotus*, *Diodorus Sic.*, *Plutarchus*, plures alii. Nomen non est Hebraicum aut Graecum, sed Aegyptiacum, ⲑⲏⲟⲩ-ϥ-ϩⲱⲟⲩ, *Theu-ph-hou*, significans *ventum malignum*, *nocivum*, vel ⲑⲏⲟⲩ-ⲫⲱⲛ, *Theu-phon*, ut Typhon sit *ventus evertens*, sive *pervertens*, vel etiam ⲑⲏⲟⲩ-ⲫⲟϩ, *Theu-phoh*, *ventus corruptor*. Sed de hac re et aliis ad Typhonem Aegyptium pertinentibus copiose dixi in Pantheo Lib. v cap. 2 toto (*o*).

ΤΖΕΡΗΟΝ, Hebraice צְפֹן, pars nominis urbis, quae Exod. XIV. 2, 9, vocatur *Baal-Tzephon*, ab interpretibus Alexandrinis Βεελσεπφῶν, aut Βεελσεφῶν, quod habetur in codice Alexandrino, et apud *Eusebium* in Onomastico. Sita erat e regione urbium Migdol

(*n*) Comparentur *Alberti* aliique ad *Hesychium* vv. Κωφίας, Τυφλῖνος et Τυφλῶνες.

(*o*) *Forsterus* in Epistol. ad Michaëlis p. 29 testatur, Typhonem Aegyptiis esse ϫⲓϥⲱⲛ. Dubium tamen est, an ϫⲓ idem significet, quod ⲑⲏⲟⲩ, id est, *ventum*. Vide *Iablonskium* part. III Panthei p. 97. Frustra ϫⲓ ista notione quaeres in Lexico *La Croziano*.

dol ac Pihachiroth. Ab aliis habetur pro Heroöpoli, ab aliis pro Sues sive Arsinoë. Plura dicam in nova multumque aucta editione Dissertationum de Terra Gosen diss. v § IX p. 59. Hic tantum pauca de origine nominis adiungam. Qui צפן putant Hebraicum, vertuntque *Septentrionem* sive *Boream*, referunt ad צפן *occultavit*, vel ad צפה *speculatus est*, non tamen rationem denominationis idoneam afferunt. Quidni potius dicam, צפן esse Aegyptiacum ϣⲁϥⲉ, ἔρημος, *desertum*, sicuti κατ' ἐξοχὴν vocabatur desertum istud, quod Israëlitae eo tempore ingressi sunt, Exod. v. 1, VIII. 27, 28, XIII. 18 (*p*).

TZOAN sive TSOAN. Conf. dicta [p. 339, 340] ad vocem *Tanis*.

T.

(*p*) Quod modo dixi de incerta vocis ϫⲱ significatione, dubiam quoque facit *Forsteri* l. c. coniecturam, *Baal-Tzephon* esse *Heropolin*, supra occidentalem μυχὸν maris Arabici sitam, in desertis, prope lacus amaros, Typhoni sacram, tempore Mosis vel paulo post deletam, deinde restitutam appellatamque ab Hebraeis עיר הרס Jes. XIX. 18, et quondam *Baal-Tzephon* dictam de numine *Typhone*, ϫⲱϥⲱⲛ, cum Hebraei pro ϫ usi sint litera צ. De verbis Jesaiae quae supra notavi p. 95 et 96, nolo repetere. An vero Ἐρυθρὴ βῶλος in *Herodoti* lib. II c. III sit eadem urbs, quae *Baal-Tzephon* et *Heropolis*, non satis exploratum videtur. Vid. *Diodorum Sic.* lib. I c. 59. Heropolin Typhoni sacram fuisse, doceatne *Stephanus Byz.*, in dubio item est. Certe non erat, cur *Forsterus* pro Ἡρῶ, πόλις Αἰγυπτία scriberet Ἡρῶς π. A. Vulgatum defendit mos Aegyptiacus et *Antonini* Itiner. p. 170 c. n. *Wesselingii*. Plenius dicitur Ἡρώων πόλις a *Strabone* l. II. p. 140, 141, XVII p. 1195.

Υ.

ΥΚΣΩΣ. Vocem hanc nobis ex lingua Aegyptiaca explicat *Manetho*, ipſe Aegyptius, e cuius libro ſecundo Aegyptiacorum *Fl. Ioſephus* haec profert Lib. I contra Apionem § 14 p. 445: Ἐκαλεῖτο δὲ τὸ σύμπαν αὐτῶν ἔθνος ΥΚΣΩΣ, τοῦτο δέ ἐςι βασιλεῖς ποιμένες· τὸ γὰρ ΥΚ καθ' ἱερὰν γλῶσσαν βασιλέα σημαίνει, τὸ δὲ ΣΩΣ ποιμήν ἐςι, καὶ ποιμένες, κατὰ τὴν κοινὴν διάλεκτον, καὶ οὕτω συντιθέμενον γίνεται ΥΚΣΩΣ. Τινὲς δὲ λέγουσιν, αὐτοὺς Ἄραβας εἶναι. Ἐν δ' ἄλλῳ ἀντιγράφῳ οὐ βασιλεῖς σημαίνεσθαι, διὰ τῆς τοῦ ΥΚ προσηγορίας, ἀλλὰ τοὐναντίον αἰχμαλώτους δηλοῦσθαι ποιμένας. Τὸ γὰρ ΥΚ πάλιν Αἰγυπτιαςὶ, καὶ τὸ ΑΚ δασυνόμενον, αἰχμαλώτους ῥητῶς μηνύει. καὶ τοῦτο μᾶλλον πιθανώτερόν μοι φαίνεται, καὶ παλαιᾶς ἱςορίας ἐχόμενον. Haec *Manethonis* verba, non uno nomine memorabilia, ab *Euſebio* Lib. X Praeparat. Euangel. cap. 13 cum aliqua lectionis varietate repetita, nec ab editoribus *Ioſephi* ſatis illuſtrata, quod tamen fieri oportuerat, nunc e conſuetudine ac lingua Aegyptiaca hiſtoriaque breviter interpretari conabor. Ait *Manetho*, populum quemdam, quem Iſraeliticum fuiſſe ſignificat, in vetuſtis Aegyptiorum monumentis vocari ΥΚΣΩΣ, vocemque hanc ex duabus compoſitam eſſe, ΥΚ et ΣΩΣ. Ad priorem vocem ΥΚ quod attinet, eam affirmat *Manetho* καθ' ἱερὰν γλῶσσαν ſignificare *regem*. Antequam vero eam ex lingua Aegyptiaca illuſtrem, monebo, nomen Ὕκσως, mea quidem ſententia, longe rectius alicui homini convenire, quam toti populo. Docet id ipſa illa τοῦ ΥΚ interpretatio, quam *Manetho* e ſermone Aegyptio ſuppeditat. Quis enim de univerſo populo dixerit, eum eſſe regem? Exiſtimo nomine ΥΚΣΩΣ deſignari illuſtrem aliquem in gente Hebraea virum, et ipſum forſitan

fitan Mofen, ut deinde plenius oftendetur. Quo obfervato, pergendum eft ad interpretationem vocis TK, quam cum dicat *Manetho* fignificare Aegyptiis *regem*, caute id accipiendum eft. In linguae Copticae monumentis omnibus, quae ad manus noftras pervenere, vocis iftius veftigia nulla occurrunt. Sed neque *Manetho* affirmat, TK generatim Aegyptiis fonare *regem.* Tantum ait, vocem hanc fignificare *regem* καθ' ἱερὰν γλῶσσαν, *lingua facra*. Quae autem haec erit alia, quam allegorica, fymbolica, hieroglyphica, facerdotibus propria? Aperte diftinguitur a dialecto communi, κοινῇ διαλέκτῳ, quae apud Aegyptios omnes in vita communi et civili erat ufu recepta. Similiter *Manetho* apud *Georgium Syncellum* in Chronogr. p. 40 loquitur de quibusdam columnis Aegyptiacis, infcriptis ἱερᾷ διαλέκτῳ καὶ ἱερογραφικοῖς γράμμασιν, ubi pro ἱερογραφικοῖς legi malim ἱερογλυφικοῖς. Huc pertinere videntur verba *Plutarchi* de If. et Of. pag. 632, commemorantis Sacerdotum τὸ συμβολικὸν καὶ μυστηριῶδες, et *Spartiani* in Antonino Caracallo Tom. I Script. Hift. Aug. p. 721: *unde, quamvis Graeci vel Aegyptii eo genere, quo foeminam hominem, etiam Lunam Deam dicant*, myftice *tamen Deum dicunt.* Certum magis eft, recte huc referri verba ipfius *Manethonis* apud *Iofephum* l. c. p. 445, memorantis urbem καλουμένην ἀπό τινος ἀρχαίας θεολογίας Αὔαριν, pro quo deinde p. 460, ἔστι δ' ἡ πόλις Αὔαρις κατὰ τὴν θεολογίαν ἄνωθεν Τυφώνιος. *Porphyrius* in Vita Pythagorae cap. 11 teftatur, Aegyptios habuiffe γραμμάτων τρισσὰς διαφορὰς, Ἐπιστολογραφικῶν, καὶ Ἱερογλυφικῶν, καὶ Συμβολικῶν, et *Clemens Alexandrinus* Lib. V Strom. p. 555, 556 [657] Aegyptiis triplicem hanc literarum formam adfcribit, τὴν Ἐπιστολογραφικὴν, τὴν Ἱερατικὴν, τὴν Ἱερογλυφικὴν, ubi plura alia adiunguntur huc fpectantia. Neque omittendum eft, *Diodorum Siculum* Lib. I p. 51 loqui de cippis ἐπιγραφὴν habentibus Αἰγυπτίοις γράμμασι, τοῖς Ἱε-

ροῖς λεγομένοις, p. 72 de Sacerdotibus, pueros duo literarum genera docentibus, τά τε Ἱερὰ καλούμενα καὶ τὰ κοινοτέραν ἔχοντα τὴν μάθησιν, et Lib. III p. 145 de Aegyptiorum literis Hieroglyphicis (q). Hinc intelligi poteſt, quid ſibi velit *Fl. Ioſephus*, l. c. p. 446 addens: Ἐν ἄλλῃ δέ τινι βίβλῳ τῶν Αἰγυπτιακῶν Μανεθῶν τοῦτο φησὶν ἔθνος, τοὺς καλουμένους ποιμένας, αἰχμαλώτους ἐν ταῖς Ἱεραῖς αὐτῶν βίβλοις γεγράφθαι. Conferri poſſunt, quae hic illic monui in Pantheo Aegyptiaco, praeſertim in Prolegom. § LVII et ſeq. Multo tamen magis conſulendus *Guilielmus Warburton* in erudito libro de Divina Moſis Legatione (The divine Legation of Moſes demonſtrated) Lib. IV Sect. 4. tota, vel etiam in Eſſai ſur les Hieroglyphes des Egyptiens Tom. I. p. 74 ſqq., 163, 174 ſqq. Nunc e diverticulo in viam redeundum. TK, vel Aegyptiace ſcriptum, ut puto, ϨϨΚ, proprie ſignificat *Magum*. Act. VIII. 11 αἱ μαγείαι Coptis audiunt ΝΙϨΜΕΤϨϨΚ, unde apparet ϨϨΚ eſſe *Magum* et ΜΕΤϨϨΚ *Magiam*. In eodem capite v. 9 pro μαγεύων verſio Coptica habet ЄϤΟΙ ΝΑΧΩ *exiſtens Magus*. Et ſane concretum τὸν μάγον Copti ſemper reddere ſolent ΑΧΩ, etſi abſtractum τὴν μαγείαν transferant ΜΕΤϨϨΚ. Verſio autem Aegyptiaca, dialecto Thebaidis compoſita, hoc etiam in loco, Graecum μαγεύων expreſſit ЄϤΡϨϨΚ. Quod etiam analogia linguae poſtulat. Si enim ΜΕΤϨϨΚ eſt μαγεία,

ϨϨΚ

(q) Conf. *Weſſelingius* ad *Diodorum* tom. I p. 65, 91, 176, et ad *Herodotum* II. 36, quo teſte, Aegyptii διφασίοισι γράμμασι χρέωνται, καὶ τὰ μὲν αὐτων, ἱρὰ, τὰ δὲ, δημοτικὰ καλέεται. — Praeterea, quae monuit *Georgius* in praefat. ad Fragm. Ioh. Thebaicum p. XXXIII, XXXIV.

ⲍⲓⲕ *μάγον* eſſe omnino oportet. Hinc quoque *φαρμακεία veneficia* Apoc. IX. 21 dicuntur ⲫⲁϩⲣⲓ ⲛ̀ⲍⲓⲕ. Cum igitur *Manetho* affirmet ⲨⲔ, ſive Copticum ⲍⲓⲕ, ſignificare *regem*, ſed *καθ' ἱερὰν γλῶσσαν*, *lingua* Aegyptiorum *ſacra*, animadvertendum porro eſt, apud Aegyptios haud ſecus, quam apud Perſas et Chaldaeos, Magiam in magno honore et ſacerdotibus maxime propriam fuiſſe, ut iam in antecedentibus [p. 349] ad vocem *Τοιγαραμός* obſervavi. Quin imo reges Aegyptios didiciſſe Magiam, et ex Magorum numero fuiſſe, Iudaeorum magiſtri tradunt. Vide *Gaulminii* notas ad Vitam Moſis p. 133. Ex iis, quae *Manetho* ait, colligi poſſe videtur, Sacerdotes et Scribas ſacros per *Magum* allegorice et hieroglyphice *Regem* deſignaſſe. Sed hoc accuratius expendendum aliis relinquo. Haec ipſa vero expoſitio ex mente Aegyptorum egregie convenit Moſi, quem fuiſſe Magum, Aegyptiaca monumenta referebant. Vide *Iuſtinum* Lib. XXXVI cap. 3. Praeter hanc *τοῦ* ⲨⲔ interpretationem de *rege*, affertur etiam alia a *Ioſepho* ex libris *Manethonis*, ſignificare nempe ⲨⲔ Aegyptiorum lingua *αἰχμάλωτον*, *captivum*. Dubium non eſt, quin *Manetho* reſpexerit ad vocem Aegyptiacam ϩⲱⲕ vel ϩⲏⲕ, quae ſignificat *cingere*, *praecingere*, *ζωννύειν*, *περιζώννυσθαι*. Ea notione utrumque vocabulum Copticum occurrit Gen. XXII. 3, Levit. VIII. 7, 13, XVI. 4, Num. XXII. 21, Luc. XII. 35, 37. Singulatim iſtae voces uſurpantur de armis, quibus quis ſe ipſum cingit, Num. XXXI. 3, 5, XXXII. 17, 21, 30, 1 Petr. IV. 1, 1 Tim. I. 18, et alibi. Hinc idem nomen tribuitur quoque armaturae. *Πανοπλίαν* Eph. VI. 11 et 13 Coptus interpretatur ⲙ̀ⲡⲓϩⲱⲕ ⲧⲏⲣϥ. In MS. Doxologia quadam Martyrologica

Coptorum ſcriptum reperio de Philopatore Mercurio; ⲁϥϯϩⲓⲱⲧϥ ⲛ̄ⲛⲓϧⲱⲕ ⲧⲏⲣϥ ⲛ̄ⲧⲉ ⲡⲓⲛⲁϩϯ, *Induit totam armaturam fidei.* Eſt igitur ϧⲏⲕ et ϧⲱⲕ *ſe armare, arma induere, armis ſe cingere.* Non tantum Aegyptii, ſed Graeci quoque ac Latini notionem *cingendi* transtulerunt ad eos, qui arma ſumunt. Τὸ *ἐνδῦναι τὰ ὅπλα* veteres dixiſſe *ζώσασθαι*, ſcribit *Pauſanias* in Boeoticis p. 294 fin. [lib. IX c. 17 p. 743]. Hinc *εὔζωνοι* ſunt armis inſtructi in verſione Alexandrina Ieſ. I. 14, IV. 13. Alia dabit *H. Stephanus* in Theſ. L. Gr. Tom. I p. 1409 ac ſeqq. (*r*). Apud Latinos *accingi enſe* et *armis*, *cingi gladio*, ſimilesque locutiones ſunt pervulgatae; verum etiam appellantur *cincti*, qui arma ſumunt militiaeque nomen dant. E multis unum ſufficiet exemplum. Scribit *Plinius* Lib. VII Epiſt. 25: *Sunt plures cultu pagano, quos cinctos et armatos diligenter ſcrutatus invenies.* Fieri poteſt, ut Aegyptii ab initio quidem Hebraeos a vitae genere, quod coluerunt, nuncuparint *Paſtores*, poſtea vero, cum iidem Paſtores arma cepiſſent, vocarint Paſtores *cinctos* ſive *armatos*. Dubio certe caret, Hebraeos in deſerto fuiſſe armatos, non item, an armis cincti ex Aegypto egreſſi ſint. Vnus eſt locus, ex quo id affirmari poſſe videatur, Exod. XIII. 18, ubi Iſraelitae dicuntur egreſſi חֲמֻשִׁים. Quam variae fuerint veterum et recentiorum interpretationes vocis Hebraicae, docent *Druſius*, *Grotius* et alii ad iſtum locum, etiam *Fullerus* Lib. V Miſcellaneorum cap. 2. Alexandrini vertunt *πέμπτῃ γενεᾷ*, ſed *Aquila ἐνωπλισμένοι*, et *Symmachus καθωπλισμένοι*, atque vulgatus Latinus *armati*. Vide *Origenis* Hexapla, a Cl. *Montfauconio* edita.

Nec

(*r*) Ζώννυσθαι exponitur *καθοπλίζεσθαι* ab *Heſychio* aliisque. Cf. *Alberti* ad vv. Εὔζωνοι et Ζώννυσθαι.

Nec aliter R. *David Kimchi*, *Hieronymus*, *Lutherus* et plurimi alii. Cum his facit *Pococke* in notis ad Portam Mosis p. 54, vertentis, *agmine composito*, *acie instructa*, monentisque apud Arabes خَميس significare *exercitum*, sive *aciem*, quae, quoniam quinque partibus componitur, sic poterat appellari a خَمْسَة *quinque*. Cum de hac rebusque aliis consuluissem *Albertum Schultens*, eximium illud Literarum Orientalium decus et praesidium, verbis humanissimis sic respondit: „ Possit versio *Aquilae* et *Symmachi* defendi ex Arabismo. Sententia *Pocockii* non plane contemnenda videtur. Aut conferri poterit Arabum حمس, *crudus*, *durus*, *vehemens fuit* in omni re, deinde *fortis* ac *strenuus fuit* in bello. Sic enim explicatur in Camuso et alibi" (*s*). Ex dictis intelligimus, potuisse Hebraeos ab Aegyptiis appellari pastores armatos, atque eo facere notionem verbi ϩⲏⲕ seu ϩⲱⲕ. Sed idem illud verbum non adeo usurpatur de vinculis, quibus captivi vinciuntur ac constringuntur. Solent enim Copti hac in re adhibere voces ⲥⲱⲛϩ et ⲙⲟⲣ vel

(*s*) Legantur *Schultens* ad Prov. IV. 17, *Haitsma* in Curis ad Exodum p. 86—89, 196, et *Michaëlis* in Suppl. Lex. Hebr. p. 835 — 838 coll. p. 822, 823, qui pro חֲמֻשִׁים mutatis vocalibus legi vult חֲמִשִּׁים, vertitque *quinquageni*, *in cohortes quinquagenarias divisi*. Quidquid eligatur, opus non est coniectura Critica *Haubigantii* p. 85, opinantis, literam unam traiectam esse legendumque ומחשים, ex חוש vel חשה, *festinare*, quod extat Jud. XVIII. 9, ut profectionis festinatio illa significetur, de qua dictum est Exod. XII. 11. Quod addit ille, ex hodierna scriptura חמשים sententiam duci, vel probabilem, vix posse, nec vero ullum veterum potuisse interpretum, non facile omnibus persuadebitur.

vel ⲙⲏⲣ, ut patet ex omnibus Sacri Codicis locis, in quibus vinciendi, ligandi, captivandi vel captivorum mentio occurrit. Quae omnia cum mecum perpendo, non parum in ea confirmor sententia, quae iam dudum menti meae etiam invitae obrepsit, *Manethonem*, quamvis esset genere Aegyptius, Sacerdotumque in ordinem allectus, Graecis tamen potissimum literis innutritum fuisse, linguae autem patriae Aegyptiae et antiquitatum gentis suae vix mediocriter peritum. Vivebat in Aegypto inferiori, in qua eo iam tempore lingua Graecorum praevalebat, cum pauci omnino invenirentur, qui avitas Sacerdotum Aegyptiorum scientias excolerent. Quod si cui mirum et paradoxon videbitur, mirari is desinet, ubi meminerit, *Strabonem* tempore Augusti Imperatoris, cum studiose in antiquas res Aegyptiorum inquireret, comite Aelio Gallo, Aegypti Praefecto, neminem plane potuisse invenire, priscis Sacerdotum artibus ac scientiis imbutum, Chaeremonem vero quemdam, scientias istas falso venditantem, eruditioribus ludibrio fuisse. Vide notabilem *Strabonis* locum Lib. XVII p. 554 editionis, quam ipse *Casaubonus* curavit [p. 1159 ed. Almel.]. Quando igitur *Manetho* ΥΚ interpretatur *αἰχμαλώτους, captivos*, non tanta eius apud me fides est et auctoritas, quanta videtur aliis, reclamante usu linguae Copticae. Neque enim huc pertinere videtur ⲍⲱⲕⲥ, quod Ps. XXXII. 9 ponitur pro *constringere* veluti vinculis. Progredior nunc ad alteram vocis ΥΚΣΩΣ partem, nempe ΣΩΣ, quae *pastorem* designat, teste *Manethone*. Qua in voce, etsi multis negotium facessere videtur, parum re ipsa est difficultatis. Quamvis enim in versione Coptica Pentateuchi Mosaici et Librorum Novi Testamenti frustra vox ista quaeratur, ibidemque *pastor* dicatur ⲙⲁⲛⲉⲥⲱⲟⲩ, reperitur tamen in Fragmentis, quae dialecto Thebaidis sive Sahidica sunt conscripta, et in Bibliothecis quibus-

busdam extant. Deprehendi eam in Dictionario Coptico-Arabico, in Bibliotheca Regia Parisiensi, quod exhibet vocabula Coptica ex Euangelio Iohannis, adiuncta interpretatione Arabica. Eo in codice MS. inter vocabula ex cap. x Euangelii Iohannei est etiam ⲡϣⲱⲥ, quod translatio Arabica reddit *pastorem.* Postea vir harum literarum peritissimus, Celeberrimus *La Crozius*, nactus est apographum Fragmenti capitis x Euangelii Iohannis, eadem dialecto Thebaica, e codice MS. Bibliothecae Bodleianae Oxoniensis, quod mecum sua pro benevolentia communicavit. In illo autem Fragmento ita legitur vers. 2, ⲠⲈⲦⲚⲎⲨ ⲆⲈ ⲛ̇ⲧⲟϥ ⲉ̇ⲃⲟⲗ ϩⲓⲧⲙ ⲡⲣⲟ ⲛ̇ⲧⲟϥ ⲡⲉ ⲡϣⲱⲥ, *qui vero ingreditur per portam, est ipse pastor.* Et sic iterum vers. 7, 11, ac quoties in Graeco eiusdem capitis textu prostat *ποιμήν*. Vnde haud dubie constat, ΣΩΣ, vel Coptice scriptum ϣⲱⲥ, Aegyptiis vere *pastorem* significasse (*t*). Observari meretur, *Eusebium* Lib. x Praep. Euang. cap. 13, ubi citat locum *Iosephi*, pro Σώς pag. 294 ed. Rob. Stephani dedisse Οὐσσώς. Scribit enim: *Ἐκαλεῖτο δὲ τὸ σύμπαν αὐτῶν ἔθνος* Ὑκουσσώς; iterum: Τὸ δὲ Οὐσσὼς *ποιμὴν ἐστι*; et sic porro. Lectionem hanc non putem aspernandam esse. ⲟⲩ enim est articulus indefinitus, qui sub-

(*t*) Fragmentum Codicis Oxoniensis, de quo *Iablonskius* h. l. et in Thes. Epist. *La Croziano* tom. 1 p. 188 loquitur, editum est Oxonii a. 1799, sed verba commatis secundi paulo aliter distinguuntur. Idem obtinet in editione eiusdem Fragmenti ex Codice Naniano apud *Mingarellium* in Aegypt. Codd. reliquiis p. XXXIV. Ubique tamen servatur ⲡϣⲱⲥ. In Fragmento alio Thebaico, ibid. p. CCCXLI, legitur ϣⲱϣ. Est tamen vox eadem, monentibus *Tukio* ac *Mingarellio*.

ſubſtantivis cum maſculini tum foeminini generis promiſcue additur. ⲟⲩϣⲱⲥ igitur vere eſt *ποιμήν*. Vix aliter Aegyptii in continua quadam oratione dicerent, quam ⲍⲓⲕ ⲟⲩϣⲱⲥ, vel ϧⲏⲕ ⲟⲩϣⲱⲥ. Proinde varians haec lectio non eſt de nihilo. Si autem ea recte ſe habeat, novum ex ea capi poſſit argumentum, quo pateat, nomen hoc non toti populo impoſitum eſſe, ſed uni alicui viro in gente Hebraea, nempe Moſi. ⲟⲩ enim articulus nunquam cum plurali, ſed ſemper cum ſingulari tantum numero iungitur. Cum autem Ὑκσώς, uti explicuimus, ſignificet aut *magum paſtorem*, aut *paſtorem armatum*, utrumque illud ad Moſen, ex ſententia Aegyptiorum, poteſt referri. Erat certe *paſtor*, non tantum ex gente paſtorum Iſraelitarum oriundus, ſed qui etiam paſtoris provinciam in Midiane apud ſocerum ſuum geſſit. Dicitur Moſes *προσδιδασκόμενος εἰς ἡγεμονίαν ποιμενικήν*, apud *Clementem Alex.* Lib. I Strom. p. 345 [415]. Inprimis legatur *Philo* de Vita Moſis p. 612 [90, 91]. Eo forte reſpicit *Herodotus*, narrans Lib. II cap. 128, imperaſſe Aegypto reges quoſdam improbos, qui templa deorum occluderent et populum ad exſtruendas Pyramides cogerent, atque has ab Aegyptiis vocari Pyramides *Paſtoris Philitionis*, Ποιμένος Φιλιτίωνος. Annon hic latet (*u*) Paſtor Philiſtaeus ſive Palaeſtinus, id eſt, Iudaeus? Cum vero addat *Herodotus*, imperaſſe iſtos reges per CVI annos, videndum, an hoc ſit regnum Heracleopolitarum, quod *Manetho* apud *Euſebium* p. 15 affirmat duraſſe C annos. Heracleopolin vero eſſe Goſen, terram Iſraelitarum in Aegypto, alibi docui. Habebatur idem Moſes pro Mago ſeu

(*u*) Ingenioſae huic coniecturae minus favet auctoritas plurium codicum, in quibus pro Φιλιτίωνος legitur Φιλίτιος, quod *Gronovius* probavit, et *Weſſelingius* in textum recepit.

ſeu Sacerdote Aegyptiorum, et credebatur diſciplinis ſacris Aegyptiacis ita imbutus, ut cum Magis auderet decertare, ac tot tantaque ederet miracula. Addantur ſuperius dicta [p. 359], et interpretes eruditi Actuum Apoſtol. XII. 22, ubi Moſes dicitur παιδευθεὶς πάσῃ σοφίᾳ Αἰγυπτίων, et δυνατὸς ἐν λόγοις καὶ ἐν ἔργοις. Quis denique neget, Moſen tractaſſe arma, ducem totius exercitus Hebraeorum fuiſſe tempore liberationis ex ſervitute Aegyptiaca atque in deſerto, et victoriam ſaepe de hoſtibus reportaſſe? Si quis vero Ὑκσώς accipere malit de *paſtoribus armatis*, et iſtud referre ad univerſum populum, non ego quidem praefracte refragabor, ea tamen lege, ut intelligantur Hebraei, in Aegypto diu viventes, indeque tandem egreſſi, non autem Arabes, quod vult *Marshamus* in Canone Chronico p. 100 — 106, et 319 — 325, quem confutarunt *Perizonius* in Originibus Aegyptiacis cap. XIX, *Buddeus* in Hiſt. Eccl. V. T. Tom. I p. 358 et ſeqq. aliique plures (v).

Ὑσ-

(v) Praeter ſcriptores, qui aut Chronologiam illuſtrarunt, aut Hiſtoriam ſive communem ſive eccleſiaſticam, adi *Vitringam* t. I Comm. in Ieſaiam p. 549, 550, e cuius commentatione pererudita de regno Aegyptio p. 534 — 552, etſi auctore non laudato, non pauci deinde alii ſua ſumſere. — *Forſterus* in Epiſt. p. 9 *paſtores cinctos* i. e. *reges* ϧⲎⲔ — ϢⲰⲤ exponit de Amalecitis, gente nomadica, Arabibus origine, vitae genere paſtoribus. — Partem aliquam obſervationis *Iablonskianae* dedit *Scholzius* in Repert. t. XIII p. 17, 18, adiectis verbis, *Hactenus Iablonskius*, ſuamque adiunxit ſententiam, ex qua ⲨⲔⲰϢⲰⲤ eſſent *armati paſtores*, hi vero Amelecitae ſeu Arabes. Vidimus autem, ipſum *Iablonskium* ſatis ample dixiſſe de *paſtoribus armatis*. — Ne longior ſim, unum praeterire nolo, lectu dignam eſſe concertationem altercationemque, amicam tamen illam, ut decet eruditos, de paſtoribus Hebraeis regibus Aegyptiis, aut veris aut fictis, quae *Boivinum* inter

et

Ὕσσωπος, *Hyssopus*, Hebraeis אזוב. Satis constat inter omnes, unam eamdemque plantam triplici isto nomine designari, atque nugari Etymologici Magni auctorem et ceteros, eum secutos, quando vocem aiunt esse origine Graecam. Estne igitur Hebraea? Ita censent plerique, qui de Hyssopo prolixe egerunt, *Salmasius* de Homonymis Hyles Iatr. cap. XIX, *Bochartus* Part. I Hieroz. Lib. II cap. 5, *Ol. Celsius* Part. II Hierobotanici pag. 407—448, alii. Mihi quidem videtur vocabulum Aegyptiacum, quod ab Aegyptiis primum ad Hebraeos transiit, ab his ad Graecos ac Romanos. Non provocabo ad versionem Copticam Exod. XII. 22, Levit. XIV. 4, 6, 51, 52; Num. XIX. 6, 18, Ps. LI. 9, Ioh. XIX. 29, Hebr. IX. 19, quibus in locis reperitur ⲍⲟⲩⲥⲱⲡⲟⲛ aut cum articulo ⲟⲩⲍⲟⲩⲥⲱⲡⲟⲛ (*w*), quandoquidem haud nescio, videri posse interpretes Coptos ad literam secutos Graecum Ὕσσωπος, quod habent LXX et scriptores N. T.; adeoque non esse vocem Aegyptiam (*x*). Dicam ergo potius, Hyssopum fuisse plantam in Aegypto crescentem, non modo memoria recentiori, testibus peregrinatoribus omnibus, sed etiam temporibus remotissimis. Sacerdotes Aegyptii, quibus nefas erat quidquam comedere et bibere aliunde invectum, solebant Hyssopum tusam cum pane sumere, ut ex Chaeremone refert *Porphyrius* Lib. IV de Ab-

et *Banierum* intercessit; cuius mutuae disputationis argumentum praecipuum legitur in Historia Acad. Reg. Inscript. et bonarum Lit. Paris. t. III p. 21—35.

(*w*) In versione Sahidica scribitur ⲟⲩⲍⲟⲩⲥⲥⲱⲡⲟⲥ, Ioh. XIX. 29.

(*x*) Non aliter *La Crozius* videtur iudicasse, cum vocem ⲍⲟⲩⲥⲱⲡⲟⲛ in Lexico omitteret.

Abstin. cap. 6. Notabilis magis est usus Hyssopi in primo Paschatis festo, ab Hebraeis celebrato, antequam Aegyptum relinquerent, Exod. XII. 22. Existimo igitur, Mosen in scribenda historia retinuisse nomen plantae antiquum, in Aegypto nascentis, idque ipsum nomen deinde datum esse eidem plantae, etiam in Palaestina crescenti, quod nemini dubium est. Si quis autem ex me quaerat vocis Aegyptiacae etymologiam, haud vereor confiteri ignorantiam (y).

Φ.

ΦΑΛΛΟ'Σ. Hoc nomine Graeci appellant simulacra membri virilis, aut statuas, quae membra huiusmodi habent appensa, inusitatae magnitudinis, quibus illi in sacris utebantur. *Hesychius*, Φαλλὸς· τὸ ξύλινον αἰδοῖον ἀνδρικόν. Idem, Φάλικα, (corrigunt eruditi Φαλλικὰ) ᾠδὴ πεποιημένη εἰς τὸν Διόνυσον, τοῦ Φαλλοῦ ᾀδομένου. An hic legendum (z) ἀγομένου, id est, quando Phallus portatur et circum gestatur. Idem, Φαλλικὸν (ita corrigunt viri docti) ὄρχημά τι, οἱ δὲ, μέλος, ἄλλοι, ᾠδὴν αὐτοσχέδιον ἐπὶ τῷ Φαλλῷ ᾀδομένην. *Lucianus* de Dea Syria p. 887 [cap. 16 p. 463], Φαλλοὺς Ἕλληνες Διονύσῳ ἐγείρουσι· ἐπὶ τῶν καὶ τοιόν δέ τι φέρουσι, ἄνδρας μικροὺς ἐκ ξύλου πεποιημένους, μεγάλα αἰδοῖα ἔχοντας. καλέονται δὲ τάδε

(y) Vberrime de *Hyssopo* commentatus est *Blasius Caryophilus* part. 1 Dissert. Miscellan. p. 185—256. Intelligit *Origanum*, et non uno argumentorum genere evincere studet, nomen esse Aegyptium, ad Asianos primum translatum, postea a *Nicandro* ac *Dioscoride* usurpatum, non item a *Theophrasto*, qui vocat ὀρίγανον.

(z) Isti coniecturae non admodum favent, quae apud *Hesychium* sequuntur v. Φαλλικόν.

δε νευρόσπαςα. Refpicit *Lucianus* ad *Herodoti* locum Lib. II cap. 48. Praecipue tamen *Phallus* dicebatur membrum virile effictum; et in pompa facra portari folitum. Sacra iftiusmodi Phallica fere apud omnes gentes ufitatae fuerunt, quae hifce imaginibus et fimulacris vim naturae genitricem et foecunditatem, cui omnia debentur, fymbolice adumbrare voluerunt. Videtur autem mos ille primum Aegyptiis ufitatus fuiffe, et ab his ad alias deinde gentes dimanaffe. Conf. *Hofpinianus* de origine Feftorum, vol. I Opp. p. 116 fq. (*a*). Teftatur id hiftoricorum antiquiffimus *Herodotus* Lib. II cap. 48, ubi loquens de Fefto aliquo Bacchi, i. e. Ofiridis, ita fcribit, *Τὴν δὲ ἄλλην ἀνάγουσι ὁρτὴν τῷ Διονύσῳ οἱ Αἰγύπτιοι, πλὴν χοίρων* (*b*). *κατὰ ταῦτα σχεδὸν πάντα Ἕλλησι· ἀντὶ δὲ φαλλῶν, ἄλλα σφί ἐςι ἐξευρημένα ὅσον τε πηχυαῖα ἀγάλματα νευρόσπαςα, τὰ περιφορέουσι, κατὰ κώμας ταὶ γυναῖκες, νεῦον τὸ αἰδοῖον, οὐ πολλῷ τέῳ ἔλασσον ἐὸν τοῦ ἄλλου σώματος. προηγέεται δὲ αὐλὸς, αἱ δὲ ἕπονται ἀείδουσαι τὸν Διόνυσον. διότι δὲ μέζον τε ἔχει τὸ αἰδοῖον, καὶ κινέει μοῦνον τοῦ σώματος, ἔςι λόγος περὶ αὐτοῦ ἱρὸς λεγόμενος.* In fequentibus putat, Melampodem facra haec Phallica ab Aegyptiis accepta in Grae-

(*a*) De *φαλλαγωγίᾳ* five *περιφαλλίᾳ* legantur Scholia ac notae ad *Lucianum* l. l., *Weffelingius* ad *Herodoti* et *Diodori* verba citata, *Elmenhorftius* et *Heraldus* ad *Arnobii* lib. V adv. Gentes p. 176, 177, inprimis interpretes eruditi Antiquitatum Herculanenfium tom. II p. 149—151, III. 275—277, IV. 72, VI. 380—382, 397, 398. Vnum adiungam. Ab Aegyptiis videntur Brahmanes, ut ritus plures, ita quoque accepiffe cultum phallorum in honorem Shivae, qui a Baccho non diverfus eft. Vid. *P. à S. Bartholomaeo* in Syftemate Brahmanico ex monumentis Mufei Borgiani Velitris p. 188, 189.

(*b*) *Gronovius* ex cod. Mediceo dedit *χορῶν chororum*, fervatum a *Weffelingio*, etfi in notis probante *χοίρων porcorum*.

Graeciam intulisse. Originem sacrorum Phallicorum *Diodorus Siculus* a fabula Osiridis et Typhonis decantata et trita repetit Lib. 1 p. 19 [cap. 22], Τὸ δὲ αἰδοῖον ὑπὸ μὲν Τυφῶνος εἰς ποταμὸν ῥιφῆναι λέγουσι, διὰ τὸ μηδένα τῶν συνεργησάντων αὐτὸ λαβεῖν βουληθῆναι· ὑπὸ δὲ τῆς Ἴσιδος οὐδὲν ἧττον τῶν ἄλλων ἀξιωθῆναι τιμῶν ἰσοθέων. Ἔν τε γὰρ τοῖς ἱεροῖς εἴδωλον αὐτοῦ κατασκευάσασαν, τιμᾶν καταδεῖξαι, καὶ κατὰ τὰς τελετὰς καὶ τὰς θυσίας τῷ θεῷ τούτῳ γινομένας ἐντιμότατον ποιῆσαι, καὶ πλείσου σέβασμοῦ τυγχάνειν. διὸ καὶ τοὺς Ἕλληνας, ἐξ Αἰγύπτου, παρειληφότας —— τιμᾶν τοῦτο τὸ μόριον ἔν τε τοῖς μυςηρίοις καὶ ταῖς τοῦ θεοῦ τούτου τελεταῖς τε καὶ θυσίαις, ὀνομάζοντες αὐτὸ φαλλόν. Idem eodem Lib. p. 78 [cap. 88], Καθόλου δὲ τὸ αἰδοῖον οὐκ Αἰγυπτίους μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων οὐκ ὀλίγους καθιερωκέναι κατὰ τὰς τελετὰς, ὡς αἴτιον τῆς τῶν ζώων γενέσεως· τούς τε ἱερεῖς τοὺς παραλαβόντας πατρικὰς ἱερωσύνας κατ' Αἴγυπτον, τούτῳ τῷ θεῷ πρῶτον μυεῖσθαι. Vide quoque *Plutarchum* de If. et Osir. p. 358, *Nonni* Συναγωγὴν Ἱσοριῶν p. 139 ed. Eton., et *Eusebium* Praepar. Lib. 11 p. 32 edit. R. Steph. [cap. 1 p. 50]. Idem *Eusebius* p. 34 [cap. 2 p. 54] addit, ὥσπερ οὖν καὶ οἱ Αἰγύπτιοι τὴν Ἶσιν ἔφησαν τὰ μέλη τοῦ Ὀσίριδος ἀναζητοῦσαν, τὸ αἰδοῖον αὐτοῦ μὴ δυναμένην εὑρεῖν, καταδεῖξαι τιμᾶν ὡς θεὸν, καὶ ἀναθεῖναι κατὰ τὸ ἱερὸν ἐντεταμένον. Alia de Phallis Aegyptiorum vide supra [p. 258, 259] in v. *Saleb*. Perspicitur ex iis, quae attulimus, Phallum Aegyptiis symbolum fuisse virtutis genitricis et foecunditatis; quae naturae inest, eumque hac de causa in summa veneratione fuisse et cultu religioso ornatum. Nec minus ex illis testimoniis intelligitur, usum phallorum ab Aegyptiis pervenisse ad Graecos. Ego vero existimo, non modo rem, sed cum re vocabulum etiam ex Aegypto transiisse in Graeciam. Certe non videtur vox φαλλός commode ex lingua Graeca explicari posse. At lingua

Aegyptiaca nobis suppeditat, unde vocabuli illius rationem satis facilem reddere possimus. Nempe ⲁⲗⲟⲩ et cum signis masculini generis ⲡⲁⲗⲟⲩ vel ⲫⲁⲗⲟⲩ *puerum* significat. Ita nomine paulo verecundiori videntur veteres Aegyptii appellasse primo quidem simulacra illa νευρόσπαστα, quae *Herodotus* l. c. describit, et deinceps quosvis phallos, sive imagines membrorum virilium, in templorum parietibus aut alibi depictas, vel alio modo effictas. Videtur hoc confirmari ex hisce *Clementis Alexandrini* verbis, quae reperiuntur Stromat. Lib. v p. 566 [670], Ἐν Διοσπόλει τῆς Αἰγύπτου, ἐπὶ τοῦ ἱεροῦ καλουμένου πυλῶνος, διατετύπωται παιδίον μὲν γενέσεως σύμβολον. Erat igitur puer symbolum generationis, non minus quam phallus. Nescio, an non eo etiam pertineat, quod *Lactantius* scriptum reliquit Instit. Lib. I cap. XXI: *Isidis Aegyptiae sacra sunt, quatenus filium parvulum, vel perdiderit, vel invenerit.* Et quibusdam interiectis: *Deinde puer producitur, quasi inventus.* Observa, haec *Lactantii* verba tangere *inventionem Osiridis.* Et ille vocatur *puer*, cum alioquin sit maritus Isidis. Auguror itaque per puerum, ⲫⲁⲗⲟⲩ, Aegyptios κατ' εὐφημισμόν, hic subinnuisse phallum, cuius in sacris Isidis plurimum usum fuisse, ex superioribus constare potuit. Et forsitan eodem respicit *Plutarchus* de Isid. et Osir. p. 365, cuius verba ita sonant, Ἱστορεῖται δὲ καὶ Ἴσιδος υἱὸς ὢν ὁ Διόνυσος ὑπὸ Αἰγυπτίων, οὐκ Ὄσιρις, ἀλλὰ Ἀρσαφής, ἐν τῷ ἄλφα γράμματι λέγεσθαι, δηλοῦντος τὸ ἀνδρεῖον τοῦ ὀνόματος. Itaque Osiris ille, qui erat *puer* Isidis, et qui inveniebatur, dicebatur *Arsaphes*, quod nomen sermone Aegyptiorum, teste *Plutarcho*, significat ἀνδρεῖον, id est, *membrum virile.* Nihil verius. Nam ϫⲫⲉ est γεννᾶν, *generare.* ⲉⲣϫⲫⲉ igitur est τὸ τῆς γενέσεως αἴτιον (scilicet μόριον), uti *Diodorus* et *Eusebius* membrum illud

vo-

vocant. De nomine Ἀρσαφής comparentur, quae supra [p. 38, 39] dixi. Hinc igitur Graecorum φαλλὸς et φαλὸς; nam et ipsos antiquitus pueros sic vocasse ex quibusdam vestigiis colligi potest. *Eustathius* in Iliad. A p. 84, καὶ πάλλαντες δὲ παρὰ τοῖς ἀρχαίοις οἱ νέοι, ὡς φησι Φιλιςίδης ἐν συγγενικοῖς. *Hesychius*, παϊλλὸς, ἄῤῥην νήπιος. Inde παλλάκιον, μειράκιον; teste eodem *Hesychio*.

ΦΑΜΕΝΏΘ, *Phamenoth*, mensis Aegyptiorum, respondens maxime Martio Romanorum. In illum ingruebat aequinoctium vernum, adeoque mensis ille annunciabat solem, magnum Aegyptiorum deum, ad istos iam redeuntem (*c*). Suspicatus igitur sum, an non Φαμενώθ Aegyptiis sonuerit ⲫⲁⲙⲉⲛⲟⲩϯ, id est, *annuncians Deum*. ⲁⲙⲉ est *annunciare*, ut in v. Ἀμένωφις [p. 29] observatum est, atque ⲛⲟⲩϯ significat *Deum* (*d*), ut norunt omnes.

ΦΑ-

(*c*) Scribit *Plutarchus* de If. et Osir. p. 508 ed Oxon., Τῇ νουμηνίᾳ τοῦ Φαμενώθ μηνὸς ἑορτὴν ἄγουσιν, ΕΜΒΑΣΙΝ ΟΣΙΡΙΔΟΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΕΛΗΝΗΝ ὀνομάζοντες, ἔαρος ἀρχὴν οὖσαν. In Anthologia Graeca t. I p. 355,

Ἄρεος ὅπλα φέρειν Φαμενώθ δείκνυσι μαχηταῖς,

Armigeras Phamenoth *vocat ad fera bella cohortes;*

ut *Grotius* interpretatur. Ab aliis appellatur Φαρμενώθ, monente *Fabricio* in Menologio p. 22, 26. Minus recte.

(*d*) Etsi huic originis suspicioni opem ferre videtur *Ioseppus* in Hypomnestico cap. 27 p. 50, nomen mensis Aegyptiaci scribens Φαμενουθί, repugnat tamen nomen ⲫⲁⲙⲉⲛⲱⲑ, quod legitur in Menologio Coptico, adiecto codici Euangeliorum in Bibliotheca publica Parisiensi. Vid. Thes. Epistol. *La Crozianum* t. III p. 134. Recte ergo *Plutarchus* et alii Φαμενώθ.

ΦΑΜΕ'ΝΩΦΙΣ, Memnon Graecorum. Nomen servavit *Pausanias* in Atticis p. 101, ita scribens, "Ἐςι γὰρ ἔτι καθήμενον ἄγαλμα ἠχεῖον [pro vulgato Ἠλεῖον], Μέμνονα ὀνομάζουσιν οἱ πολλοί· ἀλλὰ γὰρ οὐ Μέμνονα οἱ Θηβαῖοι λέγουσι, Φαμένωφα δὲ εἶναι τῶν ἐγχωρίων. Non discrepat *Phamenophis* ab *Amenophi*, de quo ante [p. 26 — 30] a me abunde dictum est. Nimirum litera ϕ, praefixa nomini ⲀⲘⲈⲚⲞⲨϤ, tantum est nota generis masculini.

ΦΑ'ΝΗΣ est notissimus Orphei et Orphicorum deus, qui eum fingunt πρωτόγονον, ex aethere et nocte productum. Vide loca Orphicorum allata a *P. Leopardo* Emendat. Lib. XII cap. 2; et *T. Cantero* Lib. I Var. Lect. cap. 26. Adde *Eschenbachii* Epigenem Orphicum p. 64, 82, 92 ac seqq., et *Richardi Bentleii* Epistolam ad *Io. Millium*, subnexam Chronographiae *Iohannis Malalae*. Recte omnino, si quid iudico, observavit *Bentleius*, vocabulum Φάνης ex Graeca lingua originem minime habere, etsi Graeci illud ἀπὸ τοῦ φαίνειν ducere consueverint. *Horus* ex *Orpheo*, apud Etymologici auctorem in φάνης, rem ita explicat, Τὸν δὲ καλέουσι Φάνητα, ὅτι πρῶτος ἐν αἰθέρι φαντὸς ἐγένετο. Sed *Orpheus* nomina haec sine dubio e Theologia Barbarica, et sigillatim ex Aegyptiaca desumsit. Pleraque enim ab Aegyptiis *Orpheum* accepisse, et in Theologiam suam transtulisse, ab omnibus agnoscitur. *Phanetis* etiam mentionem fieri in Theologia Aegyptiorum invenio. Ita *Ausonius* Epig. XXVIII,

Αἰγύπτου μὲν Ὄσιρις ἐγὼ, Μυςῶν δὲ Φανάκης.

Quod idem Epigr. XXIX ita Latine interpretatus est,

Ogygia me Bacchum vocat,
Osirin Aegyptus putat,
Mystae Phanacen *nominant.*

In

In quibus versibus pro Φαγάκης reponendum esse Φανήτης, et in Latinis *Phaneten*, nemo negaverit, qui loca veterum de celeberrimo Orphicorum *Phanete* attente expenderit. Aegyptii itaque *Phaneten* volebant esse ipsum Osirin. Id *Ausonius* indicat, et *Orpheus* ipse in versu illo, quem legimus apud *Diodorum Sic.* Lib. 1, pag. 7 [cap. 11], Clementem Alexandrinum, Eusebium in Praeparatione, Iulianum, aliosque,

'Ον δὴ νῦν (e) καλέουσι Φάνητά τε καὶ Διόνυσον.

Ibi per Διόνυσον, more Graecis perquam familiari, intelligi Osirin Aegyptiorum, res ipsa haud obscure loquitur. Sed quid Φάνης, si vox illa Aegyptiis debeatur, horum sermone designabit? Existimo, Φάνης esse Aegyptiorum ϕⲈⲚⲈϨ, id est, αἰῶνα. Convenit hoc 1. cum Theologia veterum fere omnium Gentilium, in qua plurima τοῦ αἰῶνος mentio, 2. Id quoque observandum, ex opinione Orientalium, τὸν αἰῶνα ex aethere, vel nocte, in lucem editum fuisse, quod de Phanete suo fabulantur Orphici. Phoenicum Theologia, teste *Sanchuniathone* apud *Eusebium* Praeparat. Lib. 1 p. 22 [cap. 10 p. 34], tradebat, γεγενῆσθαι ἐκ τοῦ κολπία (Spiritu Dei) καὶ γυναικὸς αὐτοῦ βάαυ (בהו), τοῦτο δὲ νύκτα ἑρμηνεύειν, αἰῶνα καὶ πρωτόγονον θνητοὺς ἄνδρας, οὕτω καλουμένους. 3. si ipsam sigillatim Aegyptiorum Theologiam adeamus, et illic αἰῶνα reperiemus, qui ab indigenis alio nomine quam ϕⲈⲚⲈϨ, Φάνης, insigniri non potuit. Pseudo-*Hermes* in Dialogo Asclepio, inter Opera *Apuleii*, ex Aegyptiorum Theologia haec profert p. 82: *Aeternitas Dominus Deus primus est. Secundus est mundus. Homo est tertius.* 4. Et illum αἰῶνα Aegyptii quidem eum-

(e) Sic legitur apud *Macrobium* l. 1 Saturn. c. 18 et alios, sed Τεῦγεκά μιν α. Φ. in *Diodori* loco citato.

eumdem putabant cum Ofiride, ficuti Phanetem *Orpheus* et *Aufonius* pariter non alium, quam Ofiridem agnofcunt. *Damafcius* in vita Ifidori apud *Suidam* in vocibus Διαγνώμων, et Ἡραΐσκος, Οὕτω διέγνω τὸ ἄῤῥητον ἄγαλμα τοῦ αἰῶνος ὑπὸ θεοῦ κατεχόμενον, ὃν Ἀλεξανδρεῖς ἐτίμησαν, Ὄσιριν ὄντα καὶ Ἄδωνιν ὁμοῦ κατὰ μυςικὴν θεοκρασίαν. Vide de hoc loco etiam *Photium* in Biblioth. Cod. CCXLII p. 558 edit. Hoefchel. Idem *Damafcius* apud *Suidam* in Ἐπιφάνιος, Τῶν ἀμφὶ τὸν Ὄσιριν τελετῶν ἦν ἐπιφάνιος, οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τῶν τοῦ αἰῶνος ὑμνουμένου θεοῦ. Neque illud 5. praetermittendum eft, quod *Nonnus* Aegyptius, auctor antiquitatis omnis, ac praecipue Theologiae veterum non mediocriter peritus, *Dionyfiac.* Lib. XII fub init. αἰῶνα et φάνητα pro iisdem habere videtur. Vide eum p. 213 edit. Gr. Falckenb., et compara verfum hunc 9,

Καὶ μακάρων τινὶ τοῦτο γέρας μνηςεύεται αἰών.

cum verf. 16 ac feq.,

——— ἄγις ἔνι κεῖται
Εἰς ἑνὶ θέσφατα πάντα, τά περ πεπρωμένα κόσμῳ
Πρωτογόνοιο Φάνητος ἐπέγραψε μαντιπόλος χείρ.

Plura vide in Differtat. noftra MSS. de Phanete (*f*).

ΦΑΡΑΩ', *Pharao*, Hebraice פַּרְעֹה, nomen, quo in Libris Veteris Teftamenti omnes fere Aegypti reges infigniri folent; ex quo recte colligitur, nomen fuiffe iftud non uni vel alteri proprium, fed appellativum et commune omnibus. *Africanus* vocabulo hoc, Aegy-

(*f*) Non ea ad me pervenit. Alibi vulgatam effe, non iam recordor. Pauca de *Phanete* legas in Pantheo Aegyptiaco part. I p. 128. De verbis *Suidae* v. Φάνης notavit vir doctus in Obf. Mifc. Crit. vol. II p. 11, 12.

gyptiorum ſermone, deſignari regem, auctor eſt. Verba eius apud *Euſebium* in Chronico Graeco edit. Scaligeri p. 20 iſta leguntur, Φαραὼ, οὕτω γὰρ Αἰγύπτιοι τοὺς βασιλεῖς ἑρμηνεύουσι. Scribit *Syncellus* in Chronographia p. 63 ed. Pariſ. [p. 50 ed. Venetae] cunctorum regum Aegypti nomen commune et appellativum fuiſſe *Pharao*, et rariſſime propria eorum occurrere nomina in Libris Divinis, cet. Ita et ante *Euſebium*, *Ioſephus* (g), et poſt eum *Hieronymus* et alii, quorum teſtimonia obſervavit *Leo Allatius* in Hexaëmeron *Euſtathii* Antiocheni p. 280, 281. Quibus adde *Iſidorum* Orig. Lib. VII cap. VI. Fuerunt eruditi, qui veteribus, id memoriae prodentibus, fidem denegarent, aut rem in dubium vocarent. Sed fruſtra. Nihil

(g) Teſtatur *Ioſephus* VIII Ant. 6. 2, omnes Aegyptiorum reges per annos amplius trecentos et mille *Pharaones* dictos eſſe; nomen eſſe Aegyptium et ſignificare *regem*; eos a pueritia nomine alio uſos, ſed reges creatos dein vocatos *Pharaones*, ut ipſorum poteſtas lingua patria ſignificaretur. A *Ioſepho* ex parte diſſentit *Bochartus* lib. II Geogr. c. 26. G. *Iameſon* in Spicilegiis Antiq. Aegypti p. 3, 4, et non pauci alii exiſtimant, nomen פַּרְעֹה eſſe origine Hebraeum vel Arabicum. Vix hodie aliquis erit, qui neget, natales vocis in ipſa Aegypto quaeri oportere. ⲟⲩⲣⲟ eſt *rex*, hinc cum articulo ⲡⲓⲟⲩⲣⲟ, ⲡⲟⲩⲣⲟ et ⲫⲟⲩⲣⲟ. Thebaice ⲡ̀ⲣⲣⲟ ac ⲫ̀ⲣⲣⲟ ſive ⲫⲉⲣⲣⲟ. Conf. *Picques* in *Iordani* Hiſt. vitae *La Crozii* p. 292, 293, et *Michaëlis* in Suppl. Lex. Hebr. p. 2038. In *Herodoti* lib. II c. 111 nomen ſcribitur Φερῶν, ad q. l. vide *Weſſelingium*. Erat ab initio nomen appellativum, ut vocant, deinde factum veluti proprium, inditumque Aegypti regibus omnibus, quorum tamen aliqui a ceteris cognomine quodam diſcernebantur. Cuiusmodi exempla in annalibus veterum populorum extant plura, laudata a *Picqueſio* l. c. et *Relando* part. I Diſſert. Miſc. p. 224.

hil sane verius. Idque ex eo intelligi satis potest, quod reges Aegypti omnes, in Codice Sacro memorati, nomen illud gesserint. Idem ex stylo Scriptorum Sacrorum, loquentium de Pharaonibus, confirmari vel maxime potest. Consuli possunt, quae ea de re monui in Dissertat. de Terra Gosen IV § III p. 59, ubi in notis haec notavi: *Apud Aegyptios communi dialecto* ⲫⲟⲩⲣⲟ *regem significat, et dialecto Thebaidis, quae est antiquissima,* ⲡⲣⲣⲟ, *quasi dicas Parro, vel quod Aegyptiis plane idem est* ⲫⲣⲣⲟ, *Pharro.* Quibus quod addendum nunc sit, non occurrit.

ΦΑΡΜΟΥΘΙ', *Pharmuthi*, mensis Aegyptiorum, qui cum Aprili Romanorum fere congruit. *Iosephus* Lib. II Antiq. cap. XIV § 6 auctor est, interfectionem primogenitorum in Aegypto contigisse isto mense. Quod si verum esset, atque probari posset, illo iam tempore menses Aegyptiorum ordinatos fuisse, elegans dari ratio posset, ob quam mensis ille Aegyptiis (*h*) φαρμουθί audiverit. Id enim Aegyptiorum sermone sonat *lethalem*, vel *letiferum*, quia nimirum mensis ille omnibus Aegyptiorum in hominibus et pecoribus primogenitis lethalis et exitialis fuit. Vide plura in Calendario Aegyptiorum MS. (*i*).

ΦΑ'-

(*h*) Coptice scribitur ⲫⲁⲣⲙⲟⲩϯ et ⲫⲁⲣⲙⲟⲩⲑⲓ. Vide Thes. Epist. *La Crozianum* t. III p. 134. In Anthologia Graeca t. I p. 355,

Εἰαρινῶν Φαρμουθὶ ῥόδων πρωτάγγελός ἐστι.

Interprete *Grotio*,

Prata rosis index veris Pharmuthi colorat.

In lapide literato apud *Donium* Inscript. Antiq. p. 23 legitur ΑΠΡΙΛΙΩΝ ΦΑΡΜΟΥΘΙ.

(*i*) Commentatio de Calendario Aegyptiaco, manu *Iablons-*

ΦΑ'ΡΟΣ, Latinis *Pharus*. Iusula quaedam prope Alexandriam, continenti adiacens, in qua turris aedificata erat (*k*) in salutem navigantium. Vtraque et insula et turris nomen *Phari* habuit. Vide *Stephanum Byzantinum* in v. Φάρος. Adde de Insula illa *Strabonem* Lib. XVII p. 544, 545 [1141], *Ammianum* Lib. XXII cap. 16, *Eustathium* in *Homeri* Odyss. Δ p. 1500, eumdemque in *Dionysii* Perieg. p. 45, et inprimis *Salmasium* in *Solinum* p. 379 edit. Paris. ac *Prideaux* Histoire des Juifs Tom. III p. 14—16. Nomen insulae huius deducunt nonnulli a Pharo quodam, Menelai, vel, ut alii volunt, Helenae et Paridis nauclero aut gubernatore navis, qui illic ex morsu serpentis perierit. Vide *Stephanum Byzant.* et *Eustathium* l. c. atque Etymologicum M. in v. Φάρος. Sed notum est vulgo, Graecos fabularum talium plenos esse, Alii nominis istius veram significationem ex Graecorum sermone eruere satagunt. Ita Etymologici auctor, *Φάρος — παρὰ τὸ Φῶ, τὸ Φαίνω, Φάρος, παρὰ τὸ Φαίνεσθαι αὐτὴν πρὸ τῆς Αἰγύπτου· ἔχει δὲ καὶ ἄλλον λόγον, καὶ ἐπὶ τοῦ προφαινομένου τοῖς πλέουσι πύργου, ἤτοι παρὰ τὸ Φῶς ἀνάπτειν τοῖς πλέουσιν·*

ἢ

blonskii scripta, mihi tradita non est. Aut fallor, aut quae in ea de *Pharmuthi* mense scripserat, inserta leguntur Miscellaneis Berolinensibus tom. VII p. 426—428.

(*k*) Monumentis Aegypti praestantioribus annumeratur Pharus Alexandriae, et huic altitudo 180 cubitorum adscribitur ab *Abulfeda* in Descript. Aegypti p. 7, ad q. l. vide notas *Michaëlis* p. 38. — Observat *Plutarchus* de Is. et Osir. p. 504 ed. Oxon., Pharum, quam *Homerus* cursu unius diei ab Alexandria abesse canit, nunc partem esse Aegypti, *cet.* Quae docti homines de verbis *Homeri* disputarunt, *Vossius*, *Palmerius*, alii, legas in *Semleri* notis Germ. ad *Plutarchi* l. p. 249. Praestantior autem est Dissertatio *Montfauconii* de Pharo Alexandriae, in Comment. Acad. Inscr. et Lit. tom. VI p. 576—582, de vocabuli Φάρος origine Aegyptia non dubitantis. Eadem de origine nominis Φάρος dedit *Scholzius* in Repert. l. c. p. 23, item de Φάσις, quae vox illustrabitur p. 379, 380.

ἢ παρὰ τὸ φάω· οἷον φάε δὲ χρυσόθρονος ἠώς. Pariter alii quoque, et veteres et recentiores Critici. Verum *Phari* nomen est antiquissimum, cuius *Homerum* iam meminisse videmus Odyss. Δ. v. 355, adeoque insulae illi non a Graecis, verum ab ipsis Aegyptiis impositum, quare nonnisi ex eorum lingua merito explicandum erit. Neque etiam difficile est, ex lingua Aegyptiaca nominis illius rationem reddere. Nempe *Pharus* ab antiquo specula fuit, et locus munitus, φυλακή, qui ab Aegypto peregrinos arceret. Id vero Aegyptiis dicitur ⲁⲣⲉϩ, et cum articulo masculini generis ⲫⲁⲣⲉϩ. Testem locupletem habeo *Strabonem* qui Lib. XVII p. 545 [1142] ita scribit de Pharo: *Enimvero primi Aegyptiorum reges, suis contenti opibus, nec importata aliunde magnopere desiderantes, omnibus exteris navigantibus eo infensi erant; maxime Graecis, qui ob soli penuriam populari atque appetere aliena solebant, ideoque muniverunt locum hunc praesidio imposito*, ἐπέστησαν φυλακὴν τῷ τόπῳ τούτῳ. Itaque locus ille nomen videtur accepisse a custodia Aegypti, quod est, uti dixi, ⲫⲁⲣⲉϩ. Eadem vox etiam speculam potest designare, quia in specula custodes solent esse constituti. Et ita vox Aegyptiaca usurpatur Ps. LXXVII. 4. Quod Num. XXIII. 14 in Graeco est, καὶ παρέλαβον αὐτὸν εἰς ἀγροῦ σκοπιάν, interpretes Aegyptii transtulerunt, ⲟⲩⲟϩ ⲁϥⲟⲗϥ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲉⲛ ⲟⲩⲙⲁⲛⲁⲣⲉϩ; ubi observa ⲫⲁⲣⲉϩ et ⲙⲁⲛⲁⲣⲉϩ, si vim vocum spectes, idem significare. Et vero tradunt antiqui, *Pharum* fuisse σκοπιάν, *speculam*. *Dionysius* certe Periegetes ita Pharum describit vers. 258, 259,

ἧχί περ ἄκραι
Φαίνονται σκοπιαὶ Παλληνίδος Εἰδοθεείης.

Hoc

Hoc est; interprete *Prisciano* p. 503 in Poëmatiis Veteribus Pithoei,

Et Pharos Idothees scopuli Pallenidos alti.

Eustathius ad illa *Dionysii* verba haec commentatur p. 45, Ὅτι σκοπιὰς τῆς Εἰδοθέας λέγει τὴν κατ' Ἀλεξάνδρειαν Φάρον; ἢ τὸν ἀντίφαρον, ὑψηλὸν ὄντα καὶ αὐτὸν, ὃς λέγεται τάφος Ὀσίριδος καὶ Εἰδοθέας τῆς τοῦ πρωτέως. etc. Vide et eumdem in *Homeri* Odyss. Δ p. 1500

PHASELVS, navis breviculae genus, qua Aegyptii in Nilo flumine utebantur. Vide *Cellarium* in Thesauro *Fabri*, hac voce. Vocem ipsam Aegyptiis, eorumque sermoni vindicare allaborat *Iacobus Hasaeus* in Differt. de צלצל, in Bibliotheca Bremensi Class. v, Fascic. IV p. 589, 590. Testimonia, quibus vir ille eruditus ostendere conatus est, ipsam vocem *Phaseli* Aegypto deberi, accuratius expendi merentur. Quae vero ipse attulit, ad vocem illam, quam credit Aegyptiacam, illustrandam et explicandam, non sermonem Aegyptium, sed Hebraeum spectant; et ab Aegyptio, linguae suae probe gnaro, intelligi haud possent. Quod pariter de aliis etymologiis vocum Aegyptiacarum, illic occurrentibus, dictum volo.

ΦΑΣΙΣ, *Phasis*, Colchidos fluvius celeberrimus. Nomen hoc *Bochartus*, in Geogr. sacr. Part. I Lib. IV cap. XXXI p. 327, ex Syrorum sermone exponendum putat; *Et Phasidis vocabulum, pro rivo vel flumine mere Syrum est. Sic Psalmo Syro* XLII. 2 אל פצידא דמויא (al phaside demoio) *ad rivos aquarum.* Ad Hebraeorum linguam recurrit *Otto Verbrugge*, in Oratione de situ Paradisi p. 16 ita scribens: *Pischon nomen habet a* פוש *i. e. excrescere et se diffundere, quod saepe ultra ripas vagaretur. Est autem idem fluvius, qui Phasis.* Sed nescio, an id Phasidi conveniat, quod

fac-

saepe ultra ripas vagetur. Saltem idoneis testimoniis id comprobandum erat. Aliud fere colligere licet ex iis de Phaside veterum testimoniis, quae *Relandus* attulit in Dissertatione de Paradiso, inserta Miscellaneorum eius Tomo I. Posthabitis igitur coniecturis hisce parum verosimilibus, nemo, opinor, mirabitur, si ego vocis huius interpretationem ex Aegyptiorum sermone tentavero. Veterum enim consensu constat, Colchos ortu Aegyptios fuisse, adeoque linguam patriam aliquamdiu saltem conservasse. Quo semel posito, consequi omnino videtur, ex illa lingua vocabula Colchorum celebriora ducenda potissimum esse. Cuius rei specimen, ex ipso huius celeberrimi in Colchide fluvii nomine capere possumus. *Phasin* quippe Aegyptiorum sermone sonuisse putem ϕⲁⲥϩⲁϩ, *levem.* Est enim ⲁⲥϩⲁϩ, et cum articulo masculini generis, Φⲁⲥϩⲁϩ, *levis* et *levitas.* Vid. 2 Cor. IV. 17, Matth. XI. 30, Actor. XXVII. 38. Et hanc quidem levitatem in *Phaside* veteres magnopere celebrant. Testem huius rei adduco oculatum, *Arrianum*, cuius in Periplo Ponti Euxini ad Traianum Imp. haec sunt verba p. 8, in Tomo I Geographorum Hudsoni: *Fluvii huius aqua praeter ceteros, qui mihi quidem noti sunt, et* levis *inprimis, atque colore mutabilis.* Levitatem *autem illius vel statera quis deprehendat, vel ex eo, quod mari innatat, nec cum eo commiscetur.*

ΦΑΩΦΙ', nomen mensis, quod Coptice scribitur ⲡⲁⲟⲡϩ vel ⲡⲁⲱⲡϩ. De eo supra [p. 195—197] dictum fuit.

PHEPERE. *Saxifraga. Apuleius* de Herbis cap. 97.

ΦΕΡΦΡΑ'. *Equisetum.* Appendix ad *Dioscoridis* Lib. IV cap. 46 [p. 465].

ΦΘΑ'Σ.

ΦΘΑ'Σ. Neque hic repetam, neque retractabo, sed augebo, quae in Pantheo Aegyptiaco, Lib. I cap. 2 toto, copiose scripsi de numine *Phthas*, ab Aegyptiis summa religione culto, a Graecis Latinisque vulgo habito pro *Vulcano*, et de origine nominis Aegyptiaca. Nimirum *Phthas* erat numen, cui attributa vis ac potestas *decernendi* omnia, *definiendi* et *constituendi* sive *ordinandi*. Ea notione adhibentur ⲑⲁϣ, ⲑⲏϣ et ⲑⲱϣ, unde ὁρίζων Hebr. IV. 7 vertitur ϥⲑⲱϣ. Verbo autem ⲑⲁϣ praefigitur articulus notissimus Φ. Nomen hoc cum sit peregrinum, nihil miri est, librarios in eo scribendo saepius a vero aberrasse. Auctor Clementinorum Homil. IX § 6 scribit, Αἰγύπτιοι δὲ ὁμοίως πράξαντες, καὶ τὸ πῦρ ἰδίᾳ διαλέκτῳ Φθαὲ καλέσαντες, ὃ ἑρμηνεύεται Ἥφαιστος, οὗ τῷ ὀνόματι καὶ ὁ παρ' αὐτοῖς πρῶτος βασιλεύσας προσαγορεύεται. Recte autem monuit *Cotelerius*, pro Φθαὲ legi oportere Φθᾶς. Idem nomen iure redditum fuit *Ciceroni* Lib. III de Nat. Deor. cap. 22: *Secundus* (Vulcanus) *in Nilo natus*, Phthas, *ut Aegyptii appellant*, *quem custodem esse Aegypti volunt*. Male illic quondam edebatur *Opas*. Eodem in loco pro *in Nilo natus* rescribendum videtur *Nilo natus*. Non nascebatur Vulcanus Aegyptius, sive *Phthas*, *in Nilo*, sed Nilo patre, cuius ille dicitur filius, prognatus erat, quod aliunde novimus (*l*). *Suidas* idem numen etiam vocavit Ἀφθᾶς. Scribit enim, in litera Α, quod addo, ne quis opinetur, esse vitium librariorum, Ἄφθας, ὁ Διόνυσος· τὸ ᾱ ἐπιτατικὸν, ὡς ἄσταχυς· καὶ παροιμία, ὁ Ἀφθᾶς σοι λελάληκεν· ἦν δὲ χρησμολόγος. Iterum in v. Φθᾶς ait, Οἱ δὲ Ἀφθᾶς φασιν·

ὡς

(*l*) *Ernesti* cum *Davisio* in textum recepit *Phthas*, etsi *Opas* habent libri fere omnes; sed *in Nilo natus* retinuit, quae lectio debetur *Victorio*, pro qua rectius antea *Nilo natus*, monente *Gronovio*, Critico perfecto.

ὡς ϛαφὶς; ἄϛαφις, ϛαχὺς, ἄϛαχυς. Existimabam quondam, *Suidam* haec ex corruptis codicibus hausisse, quoniam ipse τὸ ᾶ redundare satis clare agnoscit. Nunc vero, re accuratius considerata, quidpiam Aegyptiaci hic latere suspicor. Cum enim Aegyptii pro ⲫⲑⲁϣ ⲁϥⲭⲱⲙⲙⲟⲥ ⲛⲁⲕ, Φθὰς σοὶ λελάληκεν, articulum ⲁϥ disiungendo, eleganter scribere soleant, ⲁ ⲫⲑⲁϣ ⲭⲱⲙⲙⲟⲥ ⲛⲁⲕ, quod re ipsa plane idem est; hanc elegantiam non intellectam fuisse erroris caussam mihi persuadeo. Quod addit *Suidas*, ex auctore suo, quem non nominat, *Aphthan* hunc fuisse *vatem*, χρησμολόγον, ac futura veluti praedixisse perhibet, non parum explicationem nostram nominis Φθάς confirmat. Quando adiungit *Suidas*, esse Φθάς nomen *Bacchi*; intelligi debet Bacchus Aegyptiorum, id est, Osiris vel Sol, cui illud nomen ⲫⲑⲁϣ recte omnino tribuitur; cum sit Sol rex coeli et astrorum; summusque rerum omnium gubernator et ordinator habeatur. Hinc *Iamblichus* de Myst. Aegypt. Sect. VIII cap. 3 testatur, Ammonis, Osiridis et Phthas diversa nomina unius numinis fuisse, et per varia ista nomina indicari distinctas virtutes ac potestates luculenter agnoscit. Eo igitur sensu Ἀφθάς sive Φθάς dici potuit Bacchus a *Suida*, quod *Kusterus* non videtur animadvertisse (*m*). Quae vero *Kircherus* in Prodromo Copto cap. 6 affert de ⲫϯ ad illustrandum nomen Φθάς, vix ea digna sunt, quibus legendis tempus perdatur. Vide sis *Wilkinsium* de lingua Copt. pag. 108 (*n*), ab er-

(*m*) De notatione nominis Φθάς et loco *Suidae* potest conferri *Scholzius* l. c. p. 24.

(*n*) Potius legendus *I. Kocherus* in Miscell. Observat. Criticis Novis tom. II p. 130—132, et *La Crozius* tom. III Thes. Epistol. p. 160. — Post inventam nuper Inscriptionem

errore ipſum non immunem. Neque audeo aſſentiri *Morino* in Mémoires de l'Acad. R. des Inſcript. et Bel- [illegible] les [illegible] nem Roſetanam, in qua Ptolemaeus Rex quinquies, lin. 4, 8, 9, 37, 49, dicitur ἠγαπημένος ὑπὸ τοῦ Φθᾶ, nonnulla de numine iſto Aegyptiaco eiusque nomine monuere triumviri eruditiſſimi. Quamvis vix me contineam, quin integras eorum adſcribam obſervationes, argumentum tamen earum praecipuum paucis tantum indicabo. Cl. *Ameilhon*, in Eclairciſſemens ſur l'Inſcription Grecque du monument trouvé à Roſette p. 31, nomen Graecum Ἥφαιστος ex Aegyptiaco ducendum opinatur. Monet *Silveſtre de Sacy*, Vir Cl., in Epiſtola ad Chaptalium de Inſcr. Aegypt. Roſet. p. 22—24, in monumento Graeco legi ΦΘΑ, in Aegyptiaco ⲫϯ, quod eſt compendium vocis ⲫⲛⲟⲩϯ, Sahidice ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ, Copti vero recentiores pronunciant *abnoudi* ſive *abnouda*, ſignificatque *Deum*. Obſervat deinde vir doctus, cum ſcribatur hic Φθᾶ, *Iablonskium* minus recte nomen iſtud antiquum, ut et Φθᾶς, mutaſſe in Φθᾶς; praeterea, Ἥφαιστον in monumento Roſetano aperte diſtingui a Φθᾶ, cum hoc non ſoli Vulcano proprium nomen fuerit, ſed commune Deorum omnium. Litera autem Σ cum non pertineat ad antiquam vocem Aegyptiam, ſed a Graecis addita ſit, etymologiam a *La Crozio Iablonskio*que commendatam probari non poſſe, Cl. *Sacyus* exiſtimat. Tacendae denique haudquaquam ſunt animadverſiones Viri Ampliſſimi *Akerblad*, cuius amicitia mihi tam eſt iucunda, quam honorifica. Monet autem ille, in Epiſtola de Inſcriptione Aegyptiaca Roſetana p. 54, 55, pro Φθᾶ illic Aegyptiace ſcriptum videri ϣⲧⲁ, nec aliter iis in locis Inſcriptionis Aegyptiacae, ubi in Graeca legitur Ἥφαιστος; colligit ex eo, Ἥφαιστον et Φθᾶ eſſe unum idemque numen, quae eſt opinio pervulgata; addit, Graeca ἠγαπημένος ὑπὸ τοῦ Φθᾶ exprimi una voce Aegyptiaca ϣϯⲁⲙⲉⲥ ſive ϣϯⲁⲙⲁⲥ, adiungit, non convenire quidem linguae Coptorum recentioris rationi, ut ſcribatur ⲫⲑⲁⲙⲁⲥ, quo ſignificetur is, *qui diligitur a Phtha* ſive Vulcano, etſi ⲙⲁⲥⲫⲑⲁ pro eo, *qui amat Phthan*, recte dicitur, ſed tamen primum non

les Lettres Tom. I p. 46, 47, nomina Φθάς et Παταϊκός esse eiusdem originis. Vero magis videtur simi- lis virorum eruditorum coniectura, Graecum Vulcani nomen Ἥφαιςος factum esse ex Aegyptiaco Φθάς, qui est ὁ Ἥφαιςος παρὰ Μεμφίταις, ut scribit *Suidas*. Conf. *Eusebius* Lib. III Praeparat. Euangel. p. 69 ed. Stephani [cap. 12], et *Iamblichus* l. c.

ΦΡΗ', *Sol.* Vox Aegyptiorum notissima, iisdemque sacratissima, quae in Gemmis Abraxeis saepius occurrit. De eadem exstat aenigma apud *Martianum Capellam* Lib. II p. 47. Plura observata invenies in Dissert. VIII de Terra Gosen § 4, et in Pantheo Lib. II cap. I § 8. Adde *Montfauconii* Palaeographiam Graecam p. 179.

ΦΡΟΥΡΩ'Ν nomen regis Thebaeorum, quod *Eratosthenes* explicat Νεῖλος, *Nilus*. Vide, quae a me dicta fuere in *Vignolii* Chronol. S. Tom. II pag. 764, 765, sed praesertim in Pantheo Aegypt. Lib. IV cap. I § 9, ubi satis docuisse mihi videor, nomen Aegyptiacum fuisse Φ—ϩⲣⲟⲟⲣ, et Nilum sic dictum de descensu aquae, sive de aquis cessantibus agrosque derelinquentibus.

ΦΥΛΑ'ΚΟΤΟΝ. *Clematis.* In Appendice *Dioscoridis* Lib. IV cap. 7 [p. 462].

ΦΩ'ΣΩΝ. Genus aut Lini, aut vestimenti Aegyptiaci. *Pollux* Lib. VII cap. 16 [p. 738], Ἐςι δὲ ὁ φώσων Αἰγύπτιος, ἐκ παχέος λίνου, ἤπου δὲ καὶ ἡμιφωσώνιον. Ab Aegyptiis transiit usus huius vocis ad Grae-

non repugnare indoli linguae, et differentiam linguae veteris ac recentioris non valde mirandam esse. Adscribenda haec putavi, ut cum *Iablonskianis* ab harum rerum peritis compararentur.

Graecos, qui illam ut Graecam adhibent et explicant. Auctor Etymologici, Φώσσων σινδών· φωσσώνιον, λινοῦν τι, ἤτοι σινδόνιον· ἢ καὶ τὸ ἱςίον τῆς νεὼς πεφυσημένον, ὡς παρὰ Λυκόφρονι. Ἄφλαςα καὶ φώσσωνας ὀργυιωμένους — ἢ προσώπου τι ἐκμαγεῖον. λέγεται δὲ οὕτω καὶ ὁ παρὰ Ῥωμαίοις καλεῖται ὠράριον. Similia fere habet *Suidas* in Φωσώνιον, qui et addit, φώσωνος τοῦ ἀρμένου. Sic et *Hesychius*, Φώςσων τὸ λινοῦν ἄρμενον (o). Ex quibus apparet φώσωνες nomine venisse vela navium, oraria, sudaria, et quaecunque ex lino crassiori confici solerent. Solent vocem hanc etiam ex Graeca lingua ducere. Ita *Eustathius* in Iliada p. 1151, ἐκ δὲ τῆς φύσης καὶ ὁ φώσων. ἐπεὶ φυσώμενος πλησιςίῳ ἀνέμῳ ἐνεργεῖ. *Eustathium* sequitur *Henr. Stephanus*, et alii. Sed bene monuit *Pollux*, vocem hanc ab Aegyptiis acceptam esse. Et id omnino verum puto. Significat autem φώσων, vel uti Aegyptiace scribendum credo, ϥⲱⲥϣⲱⲛ, *vestem ex pilo confectam*. Ϥⲱⲥ est *crinis*, *pilus*, atque ϣⲱⲛ et ⲉⲣϣⲱⲛ, quod posterius usu tritius et vulgatius est, *vestimentum* (p) aut quodcumque expanditur, vel quo aliquid tegitur. Talia sunt *cilicia*, quae Aegyptiace etiam dicuntur ⲛ̀ⲥⲟⲕ ⲙ̀ϥⲱⲥ, Apoc. VI. 12. Conf. Itinerarium *Rauwolffii* pag. 133, 134, *P. Lucae* Itinerar. tertium Part. II, p. 258. Ceterum, utraque haec vox Ϣⲱⲥ et Ϣⲱⲛ, ex quibus composita est φώσων, etiam coniunctim occurrit, ut I Cor.

(o) Conf. viri docti ad *Hesychium* v. Φώσσων, et ad *Lucianum* in Lexiphane p. 320, ubi φωσώνια.

(p) Proprie videtur ⲉⲣϣⲱⲛ vestimentum *laneum*, cum opponatur *lineo*, in versione Coptica Levit. XIII. 47.

1 Cor. xi. 15, ϫⲉ ⲉⲧⲁⲩϯ ⲙ̀ⲡⲓϥⲱⲓ ⲛⲁⲥ ⲛ̀ⲧϣⲉⲃⲓⲱ ⲛ̀ⲟⲩⲉⲣϣⲱⲛ, *Quia datus ei est capillus loco velaminis*, Exod. xxvi. 7, ⲉⲕⲉⲑⲁⲙⲓⲟ ⲛ̀ϩⲁⲛⲉⲣϣⲱⲛ ⲙ̀ϥⲱⲓ, *Facies vela ex pilis*; qui locus expositioni meae valde est accommodatus. Ex his igitur intelligi potest, φώσων significasse primitus et proprie Aegyptiis vestimentum, aut velum, aut quicquid huiusmodi esset ex pilis confectum, ἐσθῆτας ἐκ τριχῶν πεποιημένας, ut *Iosephus* ait de Bello Iudaico p. 754 edit. Genev. [lib. 1 c. 24 §. 3]. Sed postea usus obtinuit, ut ita vocarentur etiam, quae ex lino, sed paulo crassiori confecta essent.

X.

XAΓA', *ultimus*, lingua Aegyptiorum. *Eusebius Renaudotus* in Historia Patriarch. Alexandr. in Chaïte 11 p. 325 ex Iacobitarum libris observat: *Aiunt etiam illum ab eo tempore non se Michaëlem in publicis literis appellasse, sed* Chaïa; *quae, inquiunt, vox* ultimum *significat, quasi testatus praepostera illa humilitate, ultimum se esse Ecclesiae filiorum, quod sacras eius leges transgressus esset, illiusque bona vendidisset.* Hactenus recte *Renaudotus.* Nam ϧⲁⲉ, et cum articulo masculini generis ⲡⲓϧⲁⲉ, re ipsa Aegyptiis *ultimum* significat, estque ea vox in Coptorum libris minime infrequens. Quare se ipsum non parum fefellit vir eruditus, quando istam ἐπίκρισιν addidit: *Talis ferme sensus esse potest, nisi mendum est in Codice, legendumque*, Kaïal, *ut saepe id nomen scribitur, quod inter alia multa* Oeconomum *et* Dispensatorem *significat, quasi per ironiam et frigidum acumen, in aequivoco ludens oeconomiam illam suam sibi exprobraret.*

ret. Quae certe ſcripturus non fuiſſet vir eruditus, ſi eam habuiſſet linguae Copticae notitiam, quam et in illa Patriarcharum Alexandrinorum Hiſtoria, et principue in Collectione Liturgiarum Orientalium, prae ſe fert. Dudum iam hunc *Renaudoti* errorem notavit vir ſermonis Aegyptiaci peritiſſimus, *La Crozius*, in illa Diſſertatione, qua cauſam *Iobi Ludolfi* adverſus *Renaudotum* tuitus eſt. Verba adſcribo: *Mr. Renaudot, qui n'a pas entendu ce mot commun dans la langue Egyptienne, ſoupçonne, qu'il faut lire* Kaial. *Cependant le mot* Chaë, *que les Cophtes prononcent* Chaia, *ſignifie véritablement* ultimus, *le dernier. Dans la I. Ep. aux Corinthiens Chap.* xv. 45, ⲡⲓϦⲁⲉ ⲁⲇⲁⲙ (pichaë Adam) *eſt mis pour le Grec*, ὁ ἔσχατος Ἀδάμ. Vide l'Europe ſçavante T. x Parte II p. 253.

ΧΑΜΨΑΙ. Ita Aegyptiorum ſermone dicebantur *Crocodili*, teſte *Herodoto* Lib. II cap. 69, Καλέονται δὲ οὐ κροκόδειλοι, ἀλλὰ χάμψαι. Eaque vox etiamnum in Coptorum libris occurrit. Levit. XI. 29, ubi in Graeco eſt, ὁ κροκόδειλος ὁ χερσαῖος, in verſione Coptica legitur ⲉⲙⲥⲁϩ ⲛ̀ⲧⲱⲓⲟⲩ. Alibi nomen ſcribitur ⲙ̇ⲥⲁ et ϩⲁⲙ̇ⲥⲁ. *Crocodilus* itaque ſermone Aegyptiorum dicitur *Amſah*, quod eſt *Herodoti* χάμψα, ſi nempe adſpirationem demſeris. In vocabulario Coptico-Graeco, ſervato in Bibliotheca Regia Pariſienſi, quo vocabula Dialecti Thebaicae, vel, ut hodie nuncupatur, Sahidicae, Graece redduntur, ſcriptum reperii, ⲕⲣⲟⲕⲟⲇⲓⲗⲟⲥ ⲡⲉⲙⲥⲁϩ. Vnde intelligitur, teſtimonium illud *Herodoti* veritati prorſus conſonare (*q*). Vide, quae ſupra [p. 287] in

(*q*) Similia dedit *Iablonskius* in Panthei part. III p. 70, et poſt eum *Scholzius* in Repert. l. c. p. 24, 25. Vocem

in v. *Sephardea* scripsi. Ab hac *Crocodili* voce Aegyptiaca nomen videtur accepisse urbs, vel insula in Nilo, supra Elephantinen quondam sita, Ταχομψώ, memorata *Herodoto* Lib. II cap. 29. Apud *Stephanum Byzantium* legitur Ταχέμψώ, quam lectionem utique praeferendam putem. Sic etiam scribitur apud *Melam* Lib. I, cap. IX p. 66. *Ptolemaeus*, forte ex vitioso Codice, eamdem appellat Μετακομψώ, Geogr. Lib. IV, cap. V. Significat autem Ταχεμψώ vel ⲦⲀⲈⲘⲤⲀϨ *Civitatem*, vel *Insulam Crocodilorum* (r).

ΧΑΝΑΑ'Θ. Vox huic similis in textu Hebraico occurrit Genes. L. 2, 3, ubi חנט significat *aromatibus condire*. Vide *Leigh* Criticam Sacram in hac voce fol. 78, et *Clodii* Lexicon Hebr. selectum pag. 194, 195. Graecus Interpres reddidit ἐνταφιάσαι. Vocem in textu Hebraico occurrentem, חנט, quia rem designat, in totum ab Aegyptiis tractam, et quia hoc sensu nuspiam in Scriptura Sacra, praeterquam in illo loco, legitur, multi habent pro Aegyptia. *Gerhardus* in Harmonia Evangelica cap. CCVII fol. 2084 scribit: *Gen.* L. 2. *de hac unctione usurpatur verbum* חנט, condire aromatibus, *defunctorum corpora, quod in hac significatione nuspiam alibi in scripturis occurrit, ideo plerique statuunt, illud mutuatum esse ab Aegyptiis, et in formam Hebraicam redactum.* Ceterum, quando-

Χάμψαι non Aegyptiacae originis esse, sed Arabicae, contendit *Wilkins* de L. Copt. p. 101. Repugnare ei videtur *Herodotus*. Et est vero admodum simile, Arabes nomen, quo Crocodilus appellatur, accepisse ab Aegyptiis, quorum regio inprimis alebat Crocodilos. Conf. *Silvestre de Sacy* in Observat. de origine nominum, Pyramidibus datorum, p. 7, 8.

(r) Κροκοδείλων πόλις dicta *Herodoto* II. 148, ubi alia *Valckenaerius*.

doquidem LXX interpretes, in Aegypto scribentes, et rerum Aegyptiacarum non mediocriter periti, vocem חנט reddiderunt ἐνταφιάσαι, Aegyptius interpres eamdem vocem Graecam transtulit ⲔⲰⲤ et ⲔⲈⲤ. Pariter Matth. XXVI. 12, ubi in Graeco est, πρὸς τὸ ἐνταφιάσαι με, Coptus habet ⲈⲠⲬⲒⲚⲔⲞⲤⲦ. Nec aliter Iohan. XII. 7, XIX. 40. In quibus locis omnibus ⲔⲰⲤ et ⲔⲈⲤ non significat *sepelire*, vel *sub humum condere*, sed ἐνταφιάζειν, quo vocabulo comprehenditur conditura corporum, et totus apparatus ad sepulturam. *Sepelire* Aegyptii dicunt, ⲐⲰⲘⲤ, ⲐⲞⲘⲤ, et ⲐⲈⲘⲤ. Ἐνταφιάζειν vero ipsis est ⲔⲰⲤ, ⲔⲞⲤ, et ⲔⲈⲤ. Idque ipsum sine dubio designatur per חנט in loco Geneseos citato. Neque tamen idcirco abnuerim, vocem חנט esse similiter vere Aegyptiam. Significatur enim hac voce ritus, qui in universum ab Aegyptiis tractus est. Quin imo sermo est de ritu Aegyptiaco, et in ipsa Aegypto peracto. Quis dubitaverit, quin Israëlitae, quemadmodum fieri consuevit, uti rem, ita cum re vocabulum quoque ab Aegyptiis acceperint. Putare quis non immerito possit, חנט esse ab Aegyptiaco ϢⲈⲚⲦⲰ. Ita vocantur non modo linum tenue et vestes ex lino confectae, verum etiam, et quidem κατ' ἐξοχήν, fasciae lineae et byssinae, quibus cadaver conditum et aromatibus unctum involvebatur. Vide Articulum [p. 297 sqq.] Σινδών. Erat autem haec cavaderis involutio ultima quasi pars, et ultimus actus τοῦ ἐνταφιασμοῦ. Hinc *Athanasius* in vita B. Antonii, Opp. Tom. II p. 482: *Solent Aegyptii pie defunctorum, atque inprimis sanctorum Martyrum corpora funerare et linteis involvere. Palladius* Hist. Laus. c. X p. m. 912, ὃν ἐνταφιάσας ἐγὼ καὶ ὀθόναις τὸ σῶμα τοῦ ἁγίου ἑλίξασα, καὶ ἀποθεμένη. *Herodotus* Lib. II cap. 86, postquam modum con-

 dien-

diendi corpora explicuisset, ista addit, *Λούσαντες τὸν νεκρὸν, κατειλίσσουσι πᾶν αὐτοῦ τὸ σῶμα σινδόνος βυσσίνης τελαμῶσι κατατετμημένοισι.* Quae verba, ut in voce Σινδὼν iam monui, vertenda censet *Le Moyne* ad Varia Sac. p. 302, *Involvunt totum corpus dissectis loris sindonis byssinae.* Eratque illa cadaveris obtectio et involutio operosa valde et artificiosa, uti testantur, qui hodie corpora illa in Aegypto tractarunt. Potuit sane ab hoc postremo actu, totus ἐνταφιασμὸς appellari σινδονισμός, idque verosimiliter putamus designari per חנט (*s*).

CHANNAH, Hebraice כַּנָּה. Occurrit Ps. LXXX. 16, ubi Psaltes ait: *Visita vitem hanc et Channam* כנה *ex Aegypto traductam.* De voce ista ita *And. Müllerus* in Glossario Sacr. p. 10: *Vnicum huius vocis exemplum in toto corpore librorum V. T. apparet. Hinc interpretes omnigenas coniecturas de sensu eius afferunt. Vid.* Sam. Bochartus *Geograph. Sac. p.* 67. *Is vero Aegyptiam vocem esse suspicatur, et quia Asaphus de exitu Aegyptiaco loquitur, et quia hedera Aegyptiis χενόσιρις, h. e. φυτὸν Ὀσίριδος dicta fuit, auctore Alexarcho apud Plutarch. de Is. et Osir. Adeoque* Channa *Asaphi, et* XEN *Aegyptiorum* PLANTAM, *vel* fruticem, *qualis et* vitis *est, significabit. Confirmant hoc ipsum* Aegyptiacae linguae rudera. *Ibi namque arbor* ΣXHN *dicitur, et* Tamariscus ΣXENOCI, Cedrus *vero* CXENSIVI. Hactenus *Müllerus.* De *Alchannah* Aegyptiaca vide *Rauwolffii* Itinerarium p. 60, 61, *Ed. Brown* Itinerar. p. 148, 149, *P. della*

(*s*) Observationem hanc de חָנַט, item proximam de כַּנָּה, in compendium redegit *Scholzius* l. c. p. 25.

la Valle Tom. II p. 235, 236. Sed de illa non videtur sermo esse Ps. LXXX (*t*).

CHANOTHVS. Nomen hoc explicandum hic duxi, quia video, id ab eruditis pro corrupto haberi. *Thomas Reinesius* in iudicio de Collectione Chemicorum Graecorum reperiunda in Bibliotheca Ducali Gothana (in *Fabricii* Bibliothecae Graecae Vol. XII p. 754) de *Salmutho* scribit: *nominat* Chanothum, *cuius verum nomen est* Chemis, *sive* Chimes, *a quo etiam ars appellata est Chemica.* Ego in illo *Salmuthi* loco, quem respicit *Reinesius*, Commentar. ad *Panciroli* Nova Reperta, Tit. VII p. 346, 347, *Chanothi* nomen non reperio, etsi non dubitem, quin in suo codice id repererit vir doctissimus. Et tanto minus ea de re possum dubitare, quia in isto nomine agnosco typum genuinum veteris Aegyptiorum sermonis. Nomen hoc veteribus Aegypti incolis satis notum ac familiare fuit, cumprimis postquam religio Christiana apud eos praevaluisset. Aegyptiace nomen scribendum esse putem ϣⲉⲛⲟⲩϯ, idque interpretor θεοσεβῆ, *cultorem Dei*, quam vocis huius interpretationem ante plures annos probavit calculo suo *La Crozius*, vir rerum harum longe peritissimus, quod videre est in eius Thesauro Epistolico Tom. III p. 169. Video nunc, virum doctissimum id iam antehac observasse in scripto aliquo adversus *Renaudotum*. Vide l'Europe sçavante Tom. XI Part. I p. 63. Aegyptii id nomen pronuntiant *Schenuda*, vel *Schanuda*, Arabes vero *Chanuda*. Ex eorum scriptis, quae saepe res Chemicas attingunt, corruptum est nomen, uti illud a *Salmutho* profertur, *Chanothi*. In Codice MS. Cop-

(*t*) Vocem כנה esse Aegyptiacam, certum videbatur *Colomesio* in Obs. Sacr., Op. p. 603, et *Caryophilo* in Diss. Misc. p. 191, non item plerisque aliis.

Coptico Bibliothecae Coislinianae Parisiis in Monasterio Benedictinorum San-Germanensi olim reperi Fragmenta Catecheseos *Sanutii*, ubi Aegyptiace scribitur nomen illud ϣⲉⲛⲟⲩϯ, ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁⲃⲃⲁ ϣⲉⲛⲟⲩϯ, *Pater noster*, *Abbas Schanudi* vel *Schanuti*. Quo tempore *Sanutius* ille vixerit, neque ex auctoris ipsius fragmentis pauculis mihi visis, neque ex aliorum testimoniis de eo comperire potui. Occurrunt tamen in historia Ecclesiae Coptorum nonnulli nomine eo insignes. Cairi visitur templum dedicatum *Amba Scinude*, id est, *S. Senodio*. *Vansleb* Voyage d'Egypte p. 244. Non procul ab *Akmin*, vel Panopoli, habetur *Monasterium S. Sennodii*, cuius meminit *Grangier* dans le Voyage d'Egypte p. 92. *Pocockio* dicitur pag. 79, *Embeschanda*, in cuius vicinia is putat sitam fuisse Crocodilopolin. *Vansleb* Voyage d'Egypte p. 370. scribit: *Je partis de Tahta pour le celebre Monastere de Saint Sennode, surnommé le Blanc, eloigné d'une bonne demie journée de Tahta.* Vide et p. 372. Non possum ergo definire, quis fuerit Catecheseos illius auctor; suspicor autem, eum esse satis antiquum. In *Renaudoti* Historia Patriarcharum Alexandrinorum, quinquagesimus quintus ponitur *Sanutius* seu *Chenoudi*, de quo nomine haec p. 301 notat *Renaudotus*: *Varie hoc nomen apud Aegyptios scribi solet; in Copticis quidem libris, ut in Catalogo Kircheriano* Σενόθιος, *Senodius: alii aliter: Arabice vulgo scribunt* Chenuda. Catalogus *Kircheri*, quem, nisi me fallit memoria, in restituta lingua Coptica edidit, ad manum nunc non est. Sed si illic nomina Patriarcharum Coptice scripta efferuntur, quod meminisse mihi videor, non dubito, quin illic legatur ϣⲉⲛⲟⲩϯ. Gessit idem quoque nomen *Sanutii*, vel *Chenuda* Patriarcha Alexandrinus, quem ordine numerant sexagesimum quintum, de quo videndus idem *Renaudotus*, qui et p. 410 aliquid de hoc nomine observat. In Bibliotheca Orientali *Asse-*

ma-

mani, Tom. II p. 354, is ipse appellatur *Senuthius*, quod quam proxime ad scriptionem et genuinam pronunciationem Copticam nominis ϣⲉⲛⲟⲩϯ accedit. Inter antiquiores Aegypti reges, ab *Artapano* videas referri, apud *Eusebium* Praepar. Evang. Lib. IX cap. 26, aliquem Παλμανώθην, cuius nomen plane id ipsum significasse puto, quod Chanothus, nempe ⲡϩⲁⲗⲙⲛⲟⲩϯ, *Phalmanuthi*, quod pariter interpretor *cultorem Dei*. Nam in dialecto Thebaidis ϩⲉⲙϩⲁⲗ id ipsum designat, quod dialecto communi ϣⲉⲙϣⲉ, *colere*, σέβειν. Vti vero ex ϣⲉⲙϣⲉ, abiecta priori syllaba, fit ϣⲉⲛⲟⲩϯ, ita consimiliter ex ϩⲉⲙϩⲁⲗ, abiecta syllaba priori, fit ϩⲁⲗⲙⲛⲟⲩϯ, *cultor*, vel magis proprie *servus Dei*.

Potuit ex iis quae dicta sunt, satis perspici, *Chanothum*, *Chenonda*, *Sanutium*, Σεννόδιον, nam haec omnia unum sunt nomen, esse originis Aegyptiacae. Doctissimus tamen *Assemanus* nomen hoc Syris quoque non inusitatum esse observat, idque Syriacum esse, atque *imberbem* designare pronuntiat, Tom. III p. 477. Vide Thesaurum Epistolicum *La Crozianum* Tom. III p. 186. In quod pluribus inquirere aliis relinquo (*u*).

ΧΑΡΩ͂Ν. Quae Graeci Romanique de *Charonte* Inferorum Portitore fabulantur, nota omnibus et trita sunt. Ea vero omnia cum nomine *Charontis* ex Aegy-

(*u*) Quod si cui volupe sit, adeat is *Mingarellium* ad Aegypt. cod. reliquias p. CCLXXII, et *Georgium* in praef. ad Fragm. Eu. Joh. p. CLIV—CLXXI, in notis ad ipsum Fragmentum p. 295, et ad Liturgica Fragm. p. 391. Quos qui consulat, observationem *Iablonskianam* facili negotio aut illustrabit, aut confirmabit, aut etiam emendabit.

gypto perveniſſe ad Graecos, auctor eſt *Diodorus Siculus* Lib. I p. 82, 83 [cap. 92]. Cadavera enim mortuorum apud Aegyptios navi vecta transmittebant Lacum, ut ait *Diodorus*, et portitor illius navis lingua Aegyptiorum dicebatur *Charon*, πρωρεὺς, ὃν Αἰγύπτιοι κατὰ τὴν ἰδίαν διάλεκτον ὀνομάζουσι χάρωνα. De *Charonte* illo fabuloſa multa hodieque referunt Aegyptii ex incruſtatis Arabum traditionibus, ex quibus id ſaltem intelligitur, Lacum, de quo loquitur *Diodorus*, eſſe Lacum Moeridis, et ſermonem eſſe de illis cadaveribus, quae in Labyrinthum deportabantur, illic ſepelienda. Plura de traditionibus iſtis lectu non indigna reperiuntur in *Pauli Lucae* Itinerario ſecundo Tom. II chap. VI p. 50 ſqq., Itinerario tertio p. 2 ſqq., praecipue p. 18 ſqq. Vide etiam la Relation de *Vansleb* p. 257, 267—269, et les Nouveaux Mémoires des Miſſions Tom. II p. 262, 263. Aegyptiorum ſermone ⲭⲁⲣⲱⲓ *ſilere* et *ſilentium* ſignificare, certum eſt, eoque ſenſu in Coptorum libris frequentiſſime occurrit (*v*). Hoc autem Charonti illi Aegyptio, portitori mortuorum, egregie convenire, et officio ipſi attributo optime congruere exiſtimabat olim Celeberrimus *La Crozius*, cum ea de re mecum ſermones conſereret (*w*). Et mihi etiam coniectura eius improbabilis viſa non eſt. Suſpicor tamen, in fabula *Charontis* latere neſcio quas veterum Aegyptiorum de *Aärone*, Moſis fratre, primo Hebraeorum ſummo ſacerdote, traditiones. Sed nihil definio. Perpen-

(*v*) Exempla dedit *La Crozius* in Lex. p. 114. Ex multis unum adiungatur, quod exſtat Ps. XXXIX. 3.

(*w*) Eamdem vocis Χαρῶν originem Aegyptiam *La Crozius* ore ac ſcripto communicavit cum *Bayero*, quem memoria fefellerat, opinantem, eſſe hoc vocabulum, ex mente *La Crozii*, compoſitum ex ϩⲁ et ⲣⲱⲛ. Vide Theſ. Epiſtol. t. III p. 43 coll. t. I p. 41.

pendi meretur in *Herbèloto* articulus CARVN, ut intelligatur, quomodo nomina illa Hebraica consueverint corrumpi. Meminit *Äaronis* ex scriptoribus Ethnicis *Iustinus* L. XXXVI cap. 2, sub nomine *Aruae*.

CHASMANNI, quorum mentio est Ps. LXVIII. 32, יאתיו חשמנים מני מצרים, *Venient Chasmannim ex Aegypto.* Vbi quia *Chasmanni* dicuntur venturi ex Aegypto, eruditis non paucis suspicio oborta est, nomen ipsum originis etiam esse Aegyptiacae. Vide *Pfeifferi* Criticam Sacram (x) in h. l. Vox illa alibi non occurrit. Et hic etiam nonnisi coniecturis indulgere licet. Satis probabiliter tamen vocem ex lingua Hebraica, aut affini Arabica, ducunt. Vide *Pfeifferum* l. c., et *Vitringae* Expositionem Psalmi LXVIII, subiunctam eius commentario de Miraculis Christi p. 651 edit. German. Mihi meliora et probabiliora nunc non succurrunt (y).

ΧΕΙ'Ρ. *Crocodilion*, herba. Appendix *Dioscoridis* Lib. III cap. 12 [p. 452].

ΧΕ'ΜΜΙΣ, *Panopolis*, urbs in Aegypto superiori, cuius meminit *Herodotus* Lib. II cap. 91. Χέμμις, vel Χεμμὼ, μεθερμηνευαμένη Πανὸς πόλις, apud *Diodorum Sic.* Lib. I p. 16 [*cap.* 18]. Vide et *Plutarchum* de If. et Ofir. p. 356, ubi pro Χέννιν legendum esse Χέμμιν, recte monet *Holstenius* ad *Stephanum Byz.* p. 355.

(x) Tom. I Op. Phil. p. 320, 321.
(y) Praeter interpretes Psalmi LXVIII recentiores, de חשמנים docte disputavit *Michaëlis* in Spicil. Geogr. Hebr. t. I p. 275, ad *Abulfedae* Descript. Aegypti p. 105, 106, et in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 972, 973. Cuius sententia si vera est, *Chasmannos* sive *Chasmonaeos* fuisse incolas urbis aut nomi in superiori Aegypto, cui nomen *Aschmunein*, verisimilior fit origo nominis Aegyptiaca.

p. 355 (z). Hodie vocatur *Akmin*, vel *Achmin* (a). Vox Aegyptiaca non respondet Graecae Πανόπολις. Nam constat, Aegyptios *Panem*, numen religiosa veneratione cultum, patrio sermone *Mendem* appellasse, ut suo loco observavimus. Illius vero in nomine Χέμμις vestigia nulla apparent. Putabam aliquando latere in nomine huius urbis reliquias nominis *Chami*, qui forte Aegyptiorum Pan fuerit. Sed in Coptorum libris nomen urbis scribitur ϣⲙⲓⲛ, unde Graeci formarunt suum *Chemmis*, Arabes autem *Achmin* vel *Akmin*. Plura monui in Pantheo Aegypt. Lib. II cap. VII § 5, 10, 11, 13, et alia dicam ad v. Χημία.

ΧΕ'ΜΜΙΣ erat quoque nomen insulae mirabilis et natantis in Aegypto inferiori. Scribit de ea *Herodotus* Lib. II cap. 156, Νῆσος ἡ Χέμμις καλευμένη, ἔςι μὲν ἐν λίμνῃ βαθέῃ καὶ πλατέῃ κειμένη παρὰ τὸ ἐν Βουτοῖ ἱρὸν, λέγεται δὲ ὑπ' Αἰγυπτίων αὕτη ἡ νῆσος εἶναι πλωτή. Addit, se tamen eam neque innatantem vidisse, neque motam; sed hoc audiisse se mirabundum, si quae est insula vere natans. Ad quae postrema Historici verba non satis ostenderunt, qui fidem ipsius reddere dubiam conarentur, eumque fabulas ad posteritatis memoriam propagasse scriberent, quamquam exempla alia insularum natantium afferuntur a *Seneca* Lib. III Quaest. Nat. cap. 25, *Plinio* Lib. II Hist. Nat. cap. 95, *Theophrasto* Lib. IV Hist. Plant. cap. 13, aliisque scriptoribus, tam veteribus, quam recentioribus. Sed id nunc non ago. Pauca haec debebam ho-no-

(z) *Plutarcho* Χέμμιν reddiderunt *Squire* et Cl. *Wyttenbachius* p. 461. In *Herodoti* codd. MSS. est Χέμμις et Χέμις. In *Diodoro Sic.* Χέμμις malunt alii, sed Χεμμώ *Wesselingius*, qui ad istum *Herodoti*que locum legatur. Adde *Albertium* ad *Hesychium* v Κέμμις.

(a) Item *Echmim* ab *Abulfeda* in Descript. Aegypti p. 17, ad quem plura *Michaëlis* in notis p. 78—83.

nori praestantioris Historici; quem qui non magni faciat, dignus est ira omnium Musarum. Eiusdem *Chemmis* mentio facta est ab *Hecataeo* apud *Stephanum Byzantium* v. Χέμμις, *Mela* Lib. I cap. 9, et *Eustathio* ad *Homeri* Odyss. Κ pag. 1644, sed qui eam appellat Ἔχεμις. Non parum miror, eruditissimum *Thomam Gale* p. 149 adscripsisse *Herodoto*: „ Quae autem hic dicitur insula Chemmis, non recte sic dicitur. Nam Chemmis et urbs et insula alibi ponitur ab ipso *Herodoto*. Adde, quod codex Arch. [Archiepiscopi Cantabrigiensis, *G. Sancroft*] legat Ἔχεμις, quam quidem lectionem secutus est *Eustathius* ad Κ. Odysseam. Sane *Stephanus* in Χέμμις scribit huius insulae nomen per β, itaque apud *Hecataeum* reperisse se testatur." Diversae utique sunt Chemmis, de qua *Herodotus* L. II c. 91, urbs sita in Aegypto superiori, et Chemmis insula in Aegypto inferiori, de qua L. II c. 156, sed ex eo non consequitur, utramque eodem plane nomine haud potuisse appellari (*b*). Sunt autem istiusmodi exempla plura in Geographia Aegyptiaca aliarumque regionum, quae afferre nihil attinet.

XENNION. Avis Aegyptiae species. Ex *Hesychio* discimus, avem fuisse minoris magnitudinis. Sic enim ille, Χέννιον, ὀρνιθάριόν τι κατ' Ἄιγυπτον ταριχευόμενον. Addit, καὶ εἶδος ἰχθύος. *Athenaeus* auctor est Lib. IX p. 393 esse *Chennion* exiguam coturnicem, τῶν δὲ καλουμένων Χεννίων, μικρὸν δ' ἐςὶ ὀρτύγιον. Ibidem adfert haec ex *Cleomenis* ad Alexandrum Epistola, Χέννια ταριχηρὰ μύρια, itidemque istos *Hipparchi* ex Iliade Aegyptia versus,

Οἱ

(*b*) Cum *Iablonskianis* comparentur omnino observationes *Wesselingianae* ad *Herodotum* p. 180.

Οὐ μοι Αἰγυπτίων βίος ἤρεσεν, οἷον ἔχουσι
Χέννια τίλλοντες ———

Adfert praeterea ad locum illum *Is. Casaubonus* in Animadversionibus p. 674 versus hosce Epigrammatis Graeci,

Ἡμεῖς δ' ἐσθίομεν κεκλημένοι ἁλμυρὰ πάντα.
Χέννια, καὶ τυροὺς, χηνὸς ἁλιςὰ λίπη.

Vid et *Bochartum* in Hierozoici Part. II, Lib. I cap. 15 p. 107, ubi eadem loca videbis citata. Has videtur et *Clemens Alexandrinus* designare, quando loquens de sacerdotibus Aegyptiorum, castimoniae operam dantibus, ὀρνιθείοις τε ὡς κουφοτάτοις χρῶνται, Strom. Lib. VII p. 718 [850]. *Coturnicum salitarum* mentionem etiam facit *Herodotus* Lib. II cap. 77. Vide et de coturnicibus Aegyptiis *Morshami* Canonem p. 147. Ceterum monere hic oportet, Aegyptios propria sua lingua aliud vocabulum habuisse, ad designandam *coturnicem*, nempe ⲟⲩⲙⲉⲥⲱⲧ ⲙⲡⲏⲣⲥ. Ita enim constanter interpretes Scripturae Aegyptii reddunt Graecorum ὀρτυγομήτραν. Vide Exod. XVI. 13, Numer. XI. 31, 32, Psalm. CV. 40. 'Ορτυγομήτρα vero, teste *Hesychio*, est *coturnix*, sed magnitudine praestans, 'Ορτυγομήτρα ὄρτυξ ὑπερμεγέθης. Vide *Bochartum* P. II Hieroz. Lib. I c. 14 p. 93 (*c*). Et forte peculiare nomen fuit speciei *coturnicum* minoris, quod Graeci efferunt Χέννιον. Quae etsi ita sint, nolim tamen negare, lectionem *Athenaei* vulgatam mihi suspectam videri. Legerem libenter, si liceret, τῶν δὲ καλουμένων Χεννίων, μικρὸν δ' ἐςι ὀρνίθιον, quemadmodum *Hesychius* ait, Χέννιον esse ὀρνιθάριόν τι κατ' Αἴγυπτον. Existimarem autem, intelligi aliquam locusta-

(*c*) Conf. not. ad *Hesychium* v. 'Ορτυγομήτρα.

ftarum fpeciem, quippe quae fermone Aegyptiorum ϢϪⲈ *Sohe* dicuntur. Vox illa in verfione Bibliorum Vet. et N. Teftamenti Coptica faepius occurrit. Erat autem Locufta olim cibus non infrequens. Vtque guftus eius effet tanto gratior, fale condiri folebat. Ab eo integra in Africa natio nomen *Acridophagorum* accepit, qui *animalculo illo quovis tempore vefcebantur, five cum fale five aliter condito*, uti fcribit *Agatharchides* de Mari rubro, in *Hudfoni* Geographorum minorum Vol. I p. 43. *Plinius* Lib. VI cap. 30, *Pars quaedam Aethiopum locuftis tantum vivit, fumo et fale duratis in annua alimenta.* Adde *Diodorum Sic.* Lib. III p. 114 [cap. 29]. Alia dabit *Bochartus* in Hieroz. P. II p. 490, 491, ubi obfervat ex Paraphrafi *Ionathanis* in Exod. x. 19, et recentioribus fcriptoribus, etiam Aegyptios locuftis fale conditis vefci confueviffe. *Th. Shaw*, Voyages de la Barbarie Tom. I p. 333, *Les Sauterelles falées & frites approchent du goût des écreviffes d'eau douce. —— On trouve dans* Ludolfe (Comment. Hift. Ethiop. p. 185 etc.) *une differtation ingenieufe, où il tache de prouver, que les* Shellowim, *ou les Cailles, que les Ifraëlites mangeoient dans le Defert, n'etoient qu'une efpèce de Sauterelles. Mais le Pfalmifte, qui les appelle de la volaille, ayant aile* Pf. LXXVIII. 27. *detruit entierrement cette opinion.* Vide et iter *Maundrelli* p. 82, 83, ed. German., qui id fine dubio habuit a *Ludolfo.* Vid. p. 81. De Perfis, finum Perficum accolentibus, *Chardin* Tom. IX p. 227. De aliis gentibus magis ad Orientem fitis *Dampier* Tom. II p. 128, 129, Tom. III p. 31, 32, *Iacobus à Vitriaco* Hiftor. Hierof. c. 53 p. 1075 ait: *In hac autem eremi folitudine, nonnifi locuftas cum melle B. Iohannes edebat. Eft autem in partibus Syriae plerisque confuetudo, adveniente locuftarum multitudine, eas colligendo et congregando, ad victum refervare.* De Nafamoni-

bus

bus *Eustathius* in *Dionysium* Periegeten vs. 209, ἐσθίουσι δὲ ἀττελάβους, πρὸς ἥλιον ξηράναντες, εἶδος δὲ ἀκρίδος ὁ ἀττέλαβος (*d*).

ΧΕΝΟΣΙΡΙΣ. *Hedera*. *Plutarchus* de Is. et Osir. pag. 365, καὶ παρ᾽ Αἰγυπτίοις λέγεται Χενόσιρις ὁ κιττὸς ὀνομάζεσθαι, σημαίνοντος τοῦ ὀνόματος, ὥς φασι, φυτὸν Ὀσίριδος. De hoc loco ita *Salmasius* scribit ad Golium in Epistolis p. 167: „ χὲν *Aegyptiis* „ *erat Planta*, *est et Coptis*, unde χενόσιρις φυτὸν „ Ὀσίριδος. χενχέρης φυτὸν ἡλίου." In quibus vir ille eruditissimus a vero non aberravit. ϢⲈ enim est *lignum* quodcumque, etiam arbor. Sed inprimis ϢϢⲎⲚ vox propria est ad designandam arborem. Adhibent autem Aegyptii vocem illam ϢϢⲎⲚ non modo ad designandam arborem proceram, sed et generalius ad significandum φυτόν. Sic Psalmo 1, 3. Genes. XXII. 13, ἐν φυτῷ Σαβὲκ, ab Aegyptiis translatum legimus ϦⲈⲚ ⲞⲨ ϢϢⲎⲚ ⲬⲈ ⲤⲀⲂⲈⲔ. Dialecto Sahidica, vel Thebaidis ϢⲎⲚ scribitur. Locus citatus Genes. XXII. 13, in libro *de Mysteriis lite-*

(*d*) שלוים Exod. XVI. 13 non esse *coturnices*, sed *locustas*, quibus passim in Oriente vescebantur homines, monet *Wesselingius* ad *Diodorum* tom. I p. 195, coll. p. 70. Plura qui volet, adeat interpretes Euang. Matthaei c. III. 4, et viros eruditos, ad istum locum laudatos a *Wolfio* ac *Koechero*. Attamen *coturnices* quoque fuisse cibum frequentem in Oriente, docet *Diodorus Sic.* L. I c. 60. Adderem recentiorum testimonia, *Alpini*, *Hasselquisti*, aliorum, nisi ea occupasset *Rosenmullerus* in Scholiis ad Exod. XVI. 13. Nec monere ille neglexit, praeeunte *Niebuhrio*, *coturnicem* adhuc ab Arabibus سلوى appellari. — Vix est, ut dicam, *Iablonskiana* de vocibus Χέννιον et Χενόσιρις sua fecisse *Scholzium* in Repert. XIII. 26, 27.

literarum MSS., conſcripto dialecto Sahidica, ita laudatur, aut potius eo ſic alluditur, ⲠⲈⲤⲰⲞⲨ ϩⲰⲰϤ ⲚⲦⲀϤ ϢⲀⲀⲦϤ ⲚϬⲒ ⲀⲂⲢⲀϨⲀⲘ ⲈϤⲘⲎⲢ ϩⲚ ⲚⲈϤ ⲦⲀⲠ ⲘⲠϢⲎⲚ ⲈⲦⲞⲨⲘⲞⲨⲦⲈ ⲈⲢⲞϤ ϪⲈ ⲤⲀⲂⲈⲔ, pap. 46. Ex quo nunc facile intelligitur, ϢⲎⲚ ſive ϢϢⲎⲚ ⲞϢⲒⲢⲎ, vel, quemadmodum legimus in *Plutarcho*, Χενόσιρις, revera Aegyptiis ſignificare Φυτὸν Ὀσίριδος. Si tamen ad indolem ſermonis Aegyptiaci attendamus, et id quivis colliget, rectius nomen illud Aegyptiacum Σχενόσιρις apud *Plutarchum* ſcribi (*e*).

CHERTOM, ſive CHARTOM. Vox, quae in Codice Sacro occurrit ad deſignandum Sacerdotem aut Philoſophum, contemplationi et forte etiam magicis artibus deditum. Moſes voce hac utitur, ubi ſermo eſt de Magis Aegyptiorum, Exod. VII. 11, וַיַּעֲשׂוּ גַם־הֵם חַרְטֻמֵּי מִצְרַיִם, *Et fecerunt ſimiliter Chertomim* (vel Magi) *Aegyptii.* Daniel vero eamdem vocem adhibuit, ubi loquitur de Sapientibus Chaldaeorum et Babyloniorum. Dan. I. 20 dicitur Daniel ſapientior et doctior fuiſſe עַל־כָּל־הַחַרְטֻמִּים, *ſuper omnes Chertomim.* Gen. XLI. 8 rurſus dicitur Pharao vocaſſe אֶת־כָּל־חַרְטֻמֵּי מִצְרַיִם, *omnes Chertomim Aegypti.* Quia igitur Moſes, loquens de ſacerdoti-

(*e*) Σχενόσιρις *Plutarcho* redditum eſt in Prolegom. ad Pantheon Aegypt. p. CXXXIV. Iunge *Caryophilum* in Diſſert. Miſc. p. 191. Vocis ϢϢⲎⲚ exempla ſunt plura, etiam in Lexico *La Croziano*, ubi quoque Sahidicum ϢⲎⲚ, ſed nullo adiecto teſtimonio.

tibus et Philofophis Aegyptiorum, voce ifta femel iterumque ufus eft, viri quidam eruditi exiftimarunt, eam originis quoque Aegyptiacae effe. Conf. *Cartwright* ad Gen. XLI. 8. Praeivit illis eruditus Iudaeorum magifter *Aben Efra*, eumque fequuntur ex recentioribus viri doctiffimi. Vide *Pfeifferi* Criticam Sacram in Exod. VII. 11 (*f*). *Gaulminius* in notis ad Vitam Mofis Lib. 1 p. 179 ita iudicat: *Hebraei Aegyptiacam vocem, quae ἱερογραμματέα notat, ad linguae fuae formam detorferunt.* Sed, quod pace tanti viri dictum fit, mihi ita non videtur. Γραμματέα interpretes Scripturae Aegyptii conftanter vertunt ⲥⲁϧ, qua ipfa etiam voce videntur Aegyptiorum ἱερογραμματεῖς defignati fuiffe. Non deeffent ceteroquin coniecturae fatis probabiles, quibus virorum eruditorum fententiae aliquam conciliare poffem auctoritatem. Nam ⲉⲣ fignificat *effe*, et ⲧⲱⲙⲧ vel ⲧⲱⲙⲧ Aegyptii veteres dixerunt *ecftafin*. Quando Act. x. 10 dicitur de Petro, eum fuiffe in ἐκςάσει, Aegyptius interpres habet, ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲟⲩⲧⲱⲙⲧ ⲉϩⲣⲏⲓ ⲉϫⲱϥ. Vide etiam cap. XI. 5, et XXII. 17. Effet itaque (*g*) ⲉⲣⲧⲱⲙⲧ, *Ertomt*, et cum adfpiratione *Chertomt*, vir qui contemplationi totus deditus eft, et frequentes ecftafes habet. Fuiffe tales inter fapientes quondam Aegypti, non eft, quod dubitem; quemadmodum ex relationibus recentiorum fcimus, effe inter Brahmanes, et Iapanenfium Philofophos, qui talem vitam colunt, et ab ea vivendi ratione nomen traxerunt. Verum hos Philofophos apud Aegyptios alio nomine infignitos omnino fuiffe, mihi quidem certo perfuadeo. Erant illi *Arpedonaptae*, de qua voce fuo loco [p. 38] pluribus differui. Alia, quae mihi fefe

(*f*) Oper. Philol. t. 1 p. 117.
(*g*) Conf. *Iablonskius* in *Vignolii* Chronol. S. t. 11 p. 762, 763.

fese offerunt, libenter tacebo, praeter hoc unum. Observari potest, ⲉⲣϫⲱⲙ, *Ersom*, vel, ut etiam pronunciari solet, *Erthom*, dici *patratorem miraculorum* aut *operum stupendorum*. Ex ista voce, accedente nempe adspiratione, ut in multis aliis vocabulis, nasci potuit *Chertom*, sive *Chartom*. Nemo ignorat, ⲉⲣ frequentissime habere significationem *faciendi*, *patrandi*, et ϫⲱⲙ usurpari de *miraculo*, Matth. VII. 22, XI. 20 ac seqq. XIII. 58, XIV. 2, Act. VIII. 10, 13, XIX. 11 (*h*). Cum tamen omnia rei momenta accurate perpendo, iudicare cogor, vocem *Chertom* originis esse non Aegyptiae, sed peregrinae. LXX certe interpretes, qui in Aegypto vivebant, quosque et linguae et antiquitatum Aegypti peritos inprimis fuisse, multis indiciis perspicitur, in eadem videntur fuisse sententia. Etenim Gen. XLI. 8 vocem חרטום reddiderunt ἐξηγητήν, *sacrorum interpretem*. Interpres vero Aegyptius adhibuit vocem hanc patriam ⲛⲓⲥⲫⲣⲁⲛϣ, quae etiam in versione Danielis legitur. Exodi vero VII. 11 et Danielis I. 20, iidem LXX interpretes vocem חרטום verterunt ἐπαοιδόν; *incantatorem*, hominum genus, quo Aegyptus etiam abundavit. Novimus autem ex versione Aegyptiaca utriusque illius loci, Aegyptios *incantatores* vernaculo sermone dixisse ⲛⲓⲣⲉϥϭⲓϣⲏⲙ. Vnde ego coniicio, vocem *Chartom* ex aliis linguis populorum Orientalium esse petitam, sed tum temporis notam omnibus et usu frequenti tritam. Nil itaque mirum, si illius origines viri eruditi ex reliquiis sermonis Persici vel Arabici eruere annitantur. Qua de re consuli potest *Davidis Millii*, viri doctissimi, Dissertatio de חרטמים, quae est inter

(*h*) Priorem coniecturam reiecit, sed hanc probavit *Scholzius* l. c. p. 18, 19.

ter selectas ab eo editas numero VIII (*i*). Mihi quidem prae reliquis interpretationibus omnibus, a viro erudito allatis, cumprimis placet illa *Hydii*, qui in libro de Religione Vet. Persar. p. 373 [379] originem vocis quaerit in Persica lingua, qua خردمند *Chardamand*, pro quo alibi خردمند *Chiradmand*, in genere *Sapiens*, vel *Philosophus* designatur. Erat igitur *Chariom* vel *Chertom*, qui postea in religione Zoroastris *Magus* dici consuevit (*k*).

ΧΗΜΙ'Α. Ita Aegyptii ipsi patriam suam *Aegyptum* appellant. Ex Graecis id ipsum observavit iam *Plutarchus* in libro de If. et Osir. p. 364, Τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον οὖσαν, ὥσπερ τὸ μέλαν τοῦ ὀφθαλμοῦ χημίαν καλοῦσιν, καὶ καρδίᾳ παρεικάζουσι. *Hieronymus* Quaestion. Hebr. in Geneseos cap. IX. 18: *Unde in praesenti loco* (οἱ LXX) *Cham transtulerunt, pro eo, quod est* HAM, *a quo et Aegyptus usque hodie Aegyptiorum lingua* HAM *dicitur.* Adde eumdem in Genes. cap. XLI. 2. Apud *Isidorum*, Originum Lib. VII cap. 7, legitur KAM. Lectionem, quam prae se ferunt Codices *Plutarchi*, confirmant luculenter ipsi Aegyptiorum libri, in quibus terra eorum nunquam nomine Aegypti designatur, sed constanter ΧΗΜΙ, *Chemi* sive *Chami*, audit. Ita enim semper ii patriam suam vocant. Quoties in Grae-

(*i*) Est in nova Diss. Misc. editione XIII, p. 411—423.
(*k*) Post longiorem disputationem, origini vocis חרטם Persicae suum tamdem adiecit calculum *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 920—923. Est tamen explicatu facilius, qua via vocabulum Aegyptium pervenerit ad Persas ac Chaldaeos, populos aetate recentiores, quam a Persis ad Aegyptios iam tempore Mosis. Difficultatem vidit *Michaëlis* p. 923; an solverit, vix audeo definire.

Graeco textu mentio fit *Aegypti*, ipsi vocem hanc non retinere, sed semper ⲬⲎⲘⲒ reddere solent (*l*). Ex quo coniicere pronum est, vocabulum *Aegypti*, non Aegyptiis ipsis deberi, sed Graecis proprium esse. Observa autem, dialecto superioris Aegypti, sive Thebaidis, Aegyptum (*m*) dici ⲔⲎⲘⲈ, cui videtur respondere *Hieronymi* HAM, et *Isidori* KAM. Veram autem nominis huius originem videmur petere posse ex Psalte Divino, qui Psalmo CV. 22 Aegyptum vocat *terram Chami*, uti ex historia et genealogia Patriarcharum, post diluvium viventium, pluribus perspicitur. *Plutarchus* tamen l. c. vult vocabulum ⲬⲎⲘⲒ habere significationem *nigredinis* et *caloris*. Quod ab indole sermonis Aegyptiaci utique alienum non est. *Nigrum* enim lingua Aegyptiorum dicitur ⲬⲀⲘⲈ Levit. XIII. 37, Matth. V. 36, Apoc. VI. 5, 12. ϨⲘⲞⲘ vero et ϨⲞⲘ *calorem* et *calidum* designat, Act. XXVIII. 3, Ps. XXXVIII. 3, Iac. II. 16, Marc. XIV. 54, 67. Forte eo pertinet, quod veteres aiunt, Aegyptum prius dictam fuisse *χώραν τῶν μελαμπόδων*, Aegyptum vero, Beli Filium, Libyes nepotem, eam de suo nomine Aegyptum cognominasse. Ita *Eustathius* in *Homeri* Il. A p. 37 (*n*).

XH-

(*l*) Nec aliter *Aegyptus* vocatur in Monumento Rosetano, ubi perfrequenter ⲬⲎⲘⲒ sive ⲔⲎⲘⲒ. Monuit id *Akerblad*, Vir Ampl., in Epistola ad Cl. Sacyum p. 33—37, dixitque alia, quae ad hoc Aegypti nomen illustrandum pertinent.

(*m*) Res certa est ac nota. Si quis tamen exempla cupiat, inveniuntur plurima in versione N. T. Sahidica, Matth. II, Act. II, VII, alibi, item in fragmento codicis Thebaici apud *Mingarellium* p. CCCXL.

(*n*) A *nigredine* dici potuisse Aegyptum, docuit *Perizonius* in Origin. Aegypt. c. I; defenditurque hic adversus *Ia-*

me-

ΧΗΜΙ΄Σ. *Elaphoboscum.* Appendix *Dioscoridis* Lib. III cap. 80 [p. 455].

ΧΗΝΩ΄. *Atractylis.* Appendix *Dioscoridis* Lib. III cap. 107 [p. 456].

ΧΝΟΥ΄ΒΟΣ ΓΝΕΥ΄ΡΟΣ. Est hoc nomen regis Thebaei, de quo *Eratosthenes* in Catalogo num. XII, p. 748, Χνοῦβος Γνεῦρος, ὅ ἐςιν χρύσης, χρυσοῦ υἱὸς, cu-

mesonum a *Dukero* in notis. *Forsterus* in Epist. ad *I. D. Michaëlis* p. 36—38 negat, Aegyptum nomen *Chamiae* habuisse a Chamo, Noachi filio, cum potius sic dicta fuerit ob *nigredinem soli.* ϪⲀⲘⲈ et Thebaice ⲔⲀⲘⲈ significat *nigrum.* *Stephanus* et *Suidas* Μελαμβώλον nomen Aegypti fuisse asserunt. *Homerus* Od. Δ. 358 Nili aquam vocat μέλαν ὕδωρ. Nilum ipsum alii appellant Μέλαν. Erat quoque aliud Aegypti nomen, Ἑρμοχύμιος apud *Stephanum*, Ἑρμοχυλνιος apud *Hesychium*, sed utrumque mutandum in Ἑρμοχήμιος, monente *Forstero.* Ab eo non longe recedit *Michaëlis* in Suppl. ad Lex. Hebr. p. 804—806, sed pro חָם Ps. LXXVIII. 51, CV. 23, 27, CVI. 22, legi vult חֵם vel חִם, ut nomen Hebraeum ad Aegyptium ϪⲎⲘⲒ propius accedat. Adscribam verba *Didymi Taurinensis*, vero nomine *Thomae Valperga*, in Literaturae Copticae Rudimento, edito Parmae a. 1783, p. 8, 9, 11: „ Aegyptus haud dubie est terra Cham (חם, حام) Coptis ϪⲎⲘⲒ dicta, et *Plutarcho* Χημία. Est autem חם *calens*, *adustus*, atque adeo *fuscus*, *niger*, Coptice ϪⲀⲘⲎ, ut חום Geneseos XXX plus semel est φαιὸς, eius plane coloris, qui Arabibus الحمّة. Nam חום et חמם, communicata significatione, — non modo *calescendi*, sed et *nigredinis* notionem habent." — Ipsa *Iablonskii* verba, nec tamen integra, lectori apposita sunt a *Scholzio* p. 27, 28.

cuius loci explicationem, uti in *Vignolii* Chronol. S. Tom. II edita est, compendii causa subiungam: „ Locum hunc tentavit *Salmasius* de Annis Climact. p. 566, *In regibus Thebaeorum*, inquit, *χνοῦβας vel χνουβὶς* redditur *χρυσῆς et χνουβσιρὶ*, *χρυσοῦ ὑιὸς. Sic enim legendum.* Perperam apud *Scaligerum* scribitur *χνοῦβις χνεῦρος. Nam σηρὶ vel σιρὶ est filius.* Haec ille. Quod iam ad primam vocem attinet, *χνοῦβος*, de ea ambigendum certe non est. ⲚⲞⲨⲂ Aegyptiis est *aurum* (*o*). Accedit *χ* articuli instar, *ὁ χρυσός.* — Est itaque ⲬⲚⲞⲨⲂ proprie *aurum* (ita ibi legi debet). Existimo tamen usu invaluisse, ut ⲬⲚⲞⲨⲂ idem significaret, quod ⲚⲚⲞⲨⲂ, vel ⲈⲚⲚⲞⲨⲂ *aureus* ", etc. Et deinceps, „ Legerem itaque in *Eratosthene χνοῦβος χρυσοῦς*, id est, *χνοῦβος significat aureum.* Et forsitan regi illi Aegyptio, cuius nomen *Eratosthenes* interpretatur, ab *Anubide* Numine, impositum fuit nomen, quod tamen revera *aureum* sonat. Quod vero attinet ad sequentia, *Γνεῦρος χρυσοῦ ὑιὸς*, *Salmasius* ea ita corrigit *χνουβσιρὶ*, *χρυσοῦ ὑιὸς*; Quibus, quoniam nunc nihil occurrit verosimilius, quod addam, non habeo."

XNOΥH. Tuba Aegyptiaca ab Osiride inventa. Ita nos docet *Eustathius* ad Iliad. Σ. p. 1139, *Δευτέρα, ἡ ϛρογγύλη (σάλπιγξ) παρ' Αἰγυπτίοις, ἣν Ὄσιρις εὗρε, καλουμένη φασὶ Χνούη. χρῶνται δ' αὐτῇ πρὸς θυσίαν, καλοῦντες τοὺς ὄχλους δι' αὐτῆς.* Ait igitur *Eustathius*, esse *Tubam Aegyptiam inflexam vel recur-*

(*o*) Minus accurate *Renaudotius* scripsit, voce ⲬⲚⲞⲨⲂ *aurum* adhuc Coptice significari. Non enim sic *aurum* vocant, sed ⲚⲞⲨⲂ, nisi praefigatur articulus; observante *Mingarellio* ad Aeg. codd. rel. p. CCLXXIV.

curvam, cuius imaginem vide apud *Bartholinum* de Tibiis p. 403 edit. Amſtelod. Addit *Euſtathius*, *Oſiridem eam inveniſſe, et vocari, uti quidam perhibent*, χνεύη. Idem inſtrumentum videtur ſubinnuere *Apuleius* Mileſ. Lib. XI p. 261 [772] *Ibant et dicati magno Serapi tibicines, qui per obliquum calamum ad aurem porrectum dextram, familiarem templi Deique modulum frequentabant.* Vbi tamen non *tubicinum*, ſed *tibicinum* mentionem fieri videmus, tanquam ſermo eſſet, non de *Tuba*, ſed de *Tibia*, ut uſus Tibiae in feſto Oſiridis *Herodotus* L. II cap. 48 meminit. Et certe, quae *Euſtathius* de Tuba Aegyptiorum memoriae prodidit, eadem *Iulius Pollux* de Tibia refert Lib. IV cap. X [ſegm. 77], Παρὰ δὲ Αἰγυπτίοις, πολύφθογγος αὐλὸς, Ὀσίριδος εὕρημα, ἐκ καλάμης κριθίνης. Idem initio illius capitis [ſegm. 74], Μόναυλος εὕρημα μέν ἐςιν Αἰγυπτίων. *Tibiarum Aegyptiacarum*, ex arundine confectarum, meminit etiam *Solinus* in Polyhiſt. cap. XI. Ipſe *Euſtathius* in Iliad. Σ p. 1157 hunc in modum ſcribit, Παρὰ γοῦν Ἀλεξανδρεῦσιν ἦν μόναυλος κάλαμος, Ὀσίριδος φασὶν εὕρημα. Et quibusdam interiectis, Καὶ ὅτι καὶ νεβροῦ κῶλα ἐποιοῦν αὐλοὺς, οἱ Θηβαίων ἦσαν εὕρημα, τῶν κατ' Αἴγυπτον, ἴσως, ἐπεὶ καὶ Ἰόβας ὁ τοῦτο ἱςορῶν Λίβυς ἦν. Quae videtur *Euſtathius* deſumſiſſe ex *Athenaeo*, in cuius Libro IV p. 175 haec legimus Ἰόβας μὲν — Αἰγυπτίους φησὶ λέγειν τὸν μόναυλον Ὀσίριδος εἶναι εὕρημα, καθάπερ καὶ τὸν καλούμενον φώτιγγα πλαγίαυλον, ubi tamen etiam πλαγίαυλος *tibia obliqua* Oſiridis inventum perhibetur. Vtriusque huius tibiae et μοναύλου, ſive tibiae ſimplicis et rectae, et πλαγιαύλου, ſive tibiae obliquae et recurvatae effigiem puto exhiberi in monumento antiquo apud *Gruterum* pag. XXVII. Tibiam rectam exhiberi etiam exiſtimo in marmore apud *Paulum Lucam* in Itinerario poſtremo Tom. I p. 282. Πλαγίαυλον, quia illi ineſt κώδων, Tubae propria, *Euſtathius*, in loco ſub initium citato,

to, et alii Graeci videntur nonnunquam *σαλπίγγα tubam* appellare. Sic etiam *Pollux*, ubi de Tuba differit, Lib. IV cap. XI [fegm. 86] ait: *Eſt etiam quidam Tubae cantus, Pompis ſacris dicatus, adhibitus ab Aegyptiis et Argivis, Tyrrhenis itidem et Romanis, quando rem ſacram faciunt, et ſacrificant. Plutarchus* etiam in libro de Iſ. et Oſir. p. 646 ed. Steph. obſervat inter Aegyptios *Lycopolitas et Buſiritas in ſacris a tubarum uſu in univerſum abſtinere.* Quibus *Aelianus* Abydenos addit, de Animal. Lib. x cap. 28, Σάλπιγγος ἦχον βδελύττονται Βουσιρῖται καὶ Ἄβυδος ἡ Αἰγυπτία, καὶ Λύκων πόλις. *Strabo* pro Tuba *tibiam* dixit Lib. XVII p. 560 [1169] Ἐν τῇ Ἀβύδῳ τιμῶσι τὸν Ὄσιριν· ἐν δὲ τῷ ἱερῷ τοῦ Ὀσίριδος οὐκ ἔξεστιν, οὔτε ᾠδὸν, οὔτε αὐλητὴν, οὔτε ψάλτην ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ, καθάπερ τοῖς ἄλλοις θεοῖς ἔθος. Similiter *Demetrius Phalereus*, ſive auctor libri elegantiſſimi de *Elocutione*, eodem reſpiciens, memorabilem hunc Aegyptiorum ritum [§ 71] refert: *In Aegypto ſacerdotes Deos celebrant, ſeptem vocales pronunciando continuo. Loco Tibiae et Citharae, literarum harum ſonus auditur, ob ſuavitatem vocis, quam in ſe habent.* Si quis loca omnia a me citata conferat, inveniet facile, unum idemque inſtrumentum in ſacris Aegyptiorum adhiberi ſolitum, modo Tibiam, modo etiam *Tubam* vocari, quantumvis Aegyptii vocabulo proprio, ad deſignandam Tubam, plane caruiſſe videantur. Certe quoties in ſcriptura N. Teſtamenti, aut in verſione Graeca V. Teſtamenti, voces *σάλπιγξ, tuba*, et *σαλπίζειν, tuba canere* occurrunt, occurrunt autem ſaepiſſime, interpretes Aegyptii, in locis omnibus, quos vidi, verba haec Graeca retinent, neque ea per alia, ſibi vernacula, vertunt. Matthaei tamen cap. VI. 2, ubi in Graeco habemus, *μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σου*, legimus in verſione Coptica ⲙ̀ⲡⲉⲣ ⲉ̀ϣⲧⲁⲡ ϧⲁϫⲱⲕ, ex quo intelligitur, Aegyptios dixiſſe *σαλπί-*

ζειν ⲉϣⲧⲁⲡ, quasi dicas *clangere cornu.* Existimo igitur Aegyptios τὴν σάλπιγγα *Tubam* habuisse pro instrumento Graeco, sibi peregrino, adeoque vocem illam Graecam in versione sua retinuisse. Sed quia tamen semel et forte iterum clangorem tubae τὸ σαλπίζειν reddidere ⲉϣⲧⲁⲡ *canere cornu*, suspicor ipsos habuisse instrumentum, quod patrio suo sermone ⲦⲀⲠ appellare consueverunt. Erit autem illud haud dubie πλαγίαυλος, quippe obliquum et ad instar cornu recurvatum. Itaque tibiam Aegyptiorum curvam, non ut volebat *Eustathius*, Χνούη, sed Ταπ' appellatam fuisse, monumenta gentis huius antiqua fidem faciunt. Sine dubio, Χνούη erat μόναυλος, *Tibia simplex* et *recta*, quae κατ' ἐξοχὴν *Tibia* appellari potest, cuius iconem, uti iam observavi, cernere licet apud *Gruterum.* Sed videtur apud *Eustathium* legendum esse Χωνούη pro Χνούη. Certe αὐλός in Coptorum libris semper appellatur ⲭⲱ, aut ⲥⲏⲃⲓ ⲛⲭⲱ, 1 Cor. XIV. 7, quemadmodum *tibia canere* ⲭⲱ et ⲉⲣⲭⲱ, et *tibicen* ⲣⲉϥⲭⲱ, Matth. IX. 23, Apocal. XVIII. 22, δυὴ hic puto eamdem esse vocem, quam *Horapollo* Lib. 1 cap. 29 expressit οὐαιέ, et quam suo loco [p. 190] explicuimus. Nempe ⲟⲩⲏ, ⲟⲩⲉⲓ, ⲟⲩⲏⲟⲩ, apud Aegyptios dicitur *longus* et *longinquus.* Itaque *Horapollo* οὐαιέ, exponebat φωνὴν μακρόθεν, *vocem quae e longinquo auditur.* Erit igitur ⲭⲱ ⲛⲟⲩⲉⲓ, vel ⲭⲱⲛⲟⲩⲏ, *tibia quae e longinquo auditur.* Testatur enim *Pollux*, tibiam Aegyptiorum fuisse πολύφθογγον *sonoram*, quae audiri e longinquo potuerit. Et sane testatur *Eustathius* in articuli huius initio adductus, Aegyptios per tibiam vel tubam populum ad sacra vocasse, ut igitur Tibia ipsis vicem campanae praestiterit. *Tibias* Aegyptiorum *sacras* memorat *Sy-*

ne

nesius de Providentia Lib. I p. 66, et *Claudianus* de IV Consulatu Honorii v. 574, 575. Aut ⲬⲰⲚⲞⲨⲈⲤ possumus etiam interpretari *Tibiam longam*, quod re ipsa longa esset. Huiusmodi tibiis in Templis uti inter sacra moris erat. Testis est *Marius Victorinus* Artis Grammaticae Lib. I p. 2487 ed. Putschii: *Spondeus e duabus longis — dictus a tractu cantus eius, qui per longas tibias, in templis, a supplicantibus* (ita lego) *editur.* De Othone Imperatore in vita eius refert *Xiphilinus* pag. 67, eum dixisse: *Quid me oportebat longis tibiis* (μακροῖς αὐλοῖς) *canere.* Et forte apud Aegyptios Tibia illa singulatim hoc cognomen accepit, ut distingueretur ab alia longe minori, de qua *Pollux* Lib. IV cap. X [segm. 82] Γίγγλαρος δὲ μικρός τις αὐλίσκος, Αἰγύπτιος μονῳδίᾳ πρόσφορος, de quo suo loco [p. 56].

ΧΝΟΥΣ. *Scolymus.* Appendix *Dioscoridis* Lib. II cap. 16 [p. 452].

ΧΟΙΑΚ nomen Mensis, qui fere respondet Decembri Romanorum. Et ita Scholiastes Arati in Phaenomena p. 40 et 41 ed. Oxon. vel 35 extrem. et 36 edit. Morel., ubi tamen minus emendate χοιάχ legitur. Graeci semper (*p*) scribunt χοιάκ, uti Latini

(*p*) In Anthologia Graeca t. I p. 355,

Χοιὰκ σπειρομένων σταχύων δείκνυσι γενέθλην,

Choeac *spicigero conspergit semine sulcos*,

ex interpretatione *Grotii*. In inscriptione, quae est in crure Memnonis sinistro insculpta, dicitur Artemidorus, anno XV Hadriani Imperatoris, audiisse Memnonem mense ΧΟΙΑΚ. V. *Iablonskium* de Memn. p. 90. Nollem, nomen mensis omissum esset in *Pocockii* Inscript. p. 83. Non tamen perpetua est haec nominis scribendi ratio; docente *Fabricio* in Menologio p. 22, 26.

tini *Choeac*. In Coptorum etiam libris (*q*) legitur ϫⲟⲓⲁⲕ. Si Menses Aegyptiorum semper fuissent fixi, uti a tempore Augusti Imp. evaserunt, vocem hanc interpretarer ϫⲟⲁⲓⲕ, id est *Encaenia terrae*. Ϫⲟ enim sive ϫⲱ esse terram, in hisce nostris observationibus saepe monendum fuit, et monuimus ea de re lectorem in Dissert. VIII de Terra Gosen § 5. ⲁⲓⲕ porro est ἐγκαίνια, *renovatio*. Vide Iohan. x. 22. Est autem December, sive Choiac in Aegypto quaedam terrae renovatio, nam in eo mense primitiae frugum ex terra in Aegypto prodire incipiunt. Vnde in Epigrammate Graeco de Mensibus Aegyptiorum,

Χοιὰκ σπειρομένων ςαχύων δείκνυσι γενέθλην.

Sed fateor tamen, quod iam monui, non tantum in Graecorum, sed etiam Aegyptiorum libris nomen hoc scribi non χοαὶκ, sed χοιὰκ, et praeterea menses Aegyptiorum ab initio non fixos, sed vagos fuisse, omnes hodie norunt. Cum mensibus nomina primum inderentur, *Choeac* videtur non in Decembrem, sed in aliud omnino anni tempus incidisse. Itaque interpretationem allatam ipse non affirmo probandam.

ΧΟΜΟΕΦΘΑ', nomen regis Thebaei in Aegypto, quod *Eratosthenes* in Catalogo illorum regum interpretatur κόσμος φιλέφαιςος. Verba *Eratosthenis* levi emendatione indigent, quam nobis suppeditat *Salmasius* de lingua Hellenistica p. 391 ita scribens: *Huic proximum est Aegyptiorum* ϫⲱ, *quod est* θέσις, *vel* κός-

(*q*) Thes. Epist. *La Crozianus* t. III p. 133. Dicitur Thebaice ⲕⲟⲓⲁⲕ, teste *Georgio* in Praef. ad Fragm. Joh. p. LIII.

κόσμος, *unde nomen Aegyptii vel Thebaei regis χωμαιφθά. Quod* Eratosthenes *Graece vertit κόσμος φιλήφαιςος. Nam φθά est Vulcanus, ex quo* Ἥφαιςον *fecere Graeci.* Idem de Annis Climactericis p. 567, haec, quae iam audivimus, fere repetit: *Inde alterius regis Thebaeorum nomen χωμαιφθᾶ, id est, interprete* Eratosthene, *κόσμος φιλήφαιςος. Et verum est. Prave editur χομοεφθά.* In explicatione Catalogi illius *Eratosthenici*, quae Tomo II Chronologiae Sacrae Venerandi *Des Vignoles* edita est, p. 760 de explicatione Salmasiana haec addidi: „ Satis bene *Salmasius* nomen hoc explicuit. Nam primo ϫⲱⲙ lingua Aegyptiorum dici *terram* ad num. XXVII iam monuimus. ⲙⲉⲓ porro et ⲙⲁⲓ, praecipue in compositionibus est *amare.* Sic Deus dicitur frequentissime in Coptorum libris ⲙⲁⲓⲣⲱⲙⲓ, φιλάνθρωπος. Superest φθᾶ, vel rectius φθᾶς, quod nomen esse *Vulcani* Aegyptiorum, testantur veterum plurimi. Apparet iam ex his, nomen Aegyptiacum scribendum sic esse *χωμαιφθάς*, vel, quod idem est, *χομαιφθάς.* Idque Graece plane sonat *κόσμον φιλήφαιςον.*"

ΧΟ'ΝΟΥΦΙΣ. Legitur hoc nomen Aegyptiacum in *Plutarchi* lib. de If. et Of. p. 354, qui etiam narrat de Genio Socratis p. 578, Agetoridem venisse Memphim ad Χόνουφιν τὸν προφήτην, ac petiisse, ut, si quid de tabula aerea in Alcmenae sepulcro condita intelligeret, sibi interpretaretur. Forte non discrepat Χόνουφις apud *Clementem Alex.* Lib. I. Strom. p. 303 [357]. Dicitur enim eo praeceptore in Aegypto usus esse Eudoxus Astronomus. Nec alius Ἰχόνουφις ὁ Ἡλιουπολίτης in Aegypto, de quo *Diogenes Laertius* Lib. VIII § 90. Ratio nominis potest intelligi ex dictis de v. Ὄνουφις [p. 185]. Aegyptiace est ⲭⲉⲛⲟⲩϥⲓ in dialecto Memphitica, Thebaice ϣⲉ-

ⲛⲟⲩ-

ⲚⲞⲨϤⲒ, atque praefixa nota generis masculini Ⲡ—ϢⲈ-ⲚⲞⲨϤⲒ. Recte ergo idem nomen scribitur a *Plutarcho* in Solone pag. 92 Ψένωφις. Significat autem *cultorem boni* (daemonis), vel *cultorem Dei* (*r*).

ⲬⲞⲨⲐⲎ'Ⲣ. Nomen est regis Thebaei in *Eratosthenis* Catalogo. Ejus verba sunt, Ἐβασίλευσεν Χουθὴρ ταῦρος, τύραννος. Apponam hic quoque ea, quae de interpretatione *Eratosthenis* iam monui in lib. cit. p. 758, 759. „ Videntur hic repraesentari tres voces, una Aegyptiaca, duae Graecae, quae Aegyptiacam explicent. Dixeris vocem Χουθὴρ proprie significare *Taurum*, per Taurum vero symbolice designari *Tyrannum*. Quae locutio nec ipsi Scripturae Sacrae inusitata est. Vide Psalm. XXII. Quamdiu in hac sententia et ego fui, interpretatio *Eratosthenis* haecce non parum negotii mihi facessivit. Tandem vero deprehendi, ταῦρος, quam initio cum aliis credideram vocem Graecam, partem facere Aegyptiacae, et cum antecedente in unam esse contrahendam. Sic nempe locus hic legendus est, Χουσθερταῦρος, Τύραννος. ⲬⲀⲒ nempe *Terram* Aegyptiis significat. — ϢⲐⲈⲢⲦⲰⲢ porro est ταράσσειν, *perturbare*, Actor. XV. 24, XVII. 8, Galat. I. 7. Certum itaque est, ⲬⲀⲒ ϢⲐⲈⲢⲦⲰⲢ Aegyptiis dici *Terrae perturbatorem*. Deprehendi etiam in libris Coptorum, illis praesertim, qui dialecto Thebaidis conscripti sunt, ϢⲞⲨ esse

(*r*) Comparandus *Kocherus* in Misc. Obs. Crit. Novis t. II p. 147, ipse *Iablonskius* Panth. part. I p. 100—102, et, in quibusdam ab eo dissentiens, *Gregorius* in Praef. ad Fragm. Joh. p. CLVI, CLVII, qui ⲬⲈⲚⲞⲨϤⲒ interpretatur *nuncium Dei*, τὸν Προφήτην, ut explicat *Plutarchus*, in quo pro Χόνουφιν sine dubio legendum Χένουφις affirmat.

esse syllabam *ἐπιτατικὴν*, quae significationem verbi intendit augetque, sicut fere apud Graecos *ἐπί*. Sic igitur ϣⲟⲩ-ϣⲑⲉⲣⲧⲱⲣ, recte vertetur, *insignis perturbator*. Hoc vero *Eratosthenes* interpretatus est *Τύραννον*.

ΧΩΚΟΡΤΗ'. *Malva hortensis*.... In Appendice *Dioscoridis* Lib. II cap. 144 [p. 445].

ΧΩ'Ν. Ita Aegyptios appellasse Numen quoddam suum, quod Graeci *Herculem* interpretantur, auctor est scriptor *Etymologici* Magni in v. Χῶνες. Τὸν Ἡρακλῆν, inquit, *Φασὶ κατὰ τὴν Αἰγυπτίων διάλεκτον Χῶνα λέγεσθαι.* Paulo aliter, et quidem (s) corruptius, nomen hoc exprimit *Hesychius*, apud quem legimus Γιγνῶν, *οἱ δὲ* Γιγῶν, *Πάταικος*, *ἐπιπάταικος*, *Τραπέζιος*, *οἱ δὲ* Αἰγυπτίων Ἡρακλέα. In *Eratosthenis* Catalogo regum Thebaeorum, num. XXVI occurrit Σεμφρουκράτης, quod ille interpretatur Ἡρακλῆς Ἀρποκράτης, ubi, quod in notis ad illum Catalogum, non ita pridem editis, monere oblitus sum, plane scribendum est Σεμφουκράτης. Nam Φουκράτης et Ἀρποκράτης omnino unum idemque est, quod alibi pluribus doceo. Itaque in nomine hoc mentio Harpocratis utique occurrit. Superest, ut syllaba residua Σέμ significet *Herculem* Aegyptiorum, idque prorsus verum est. Ex illo *Eratosthenis* loco corrigendus alius, quod iam monui, qui occurrit num. V, ubi rex quidam Thebaeorum vocatur Πεμφῶς, idque explicatur Ἡρακλείδης. Dixi, legendum esse Σεμφῶς, id enim significat *Herculis sobolem*. Plura vide in notis citatis, Tom. II Chronol. S. *Vignolii*, p. 739, 740. Si

(s) Posse tamen vulgatum Γιγῶν in *Hesychio* defendi, observat *Iablonskius* part. I Panthei p. 188; cuius animadversionis, haec scribens, immemor fuisse videtur.

Si iam lectionem Etymologici Magni et *Eratosthenis* secum invicem contuleris, intelliges fuisse Aegyptiis numen aliquod, quod ipsi sermone patrio dixerunt Χών, vel Χῶμ, vel Σέμ, et quod Graeci interpretati sunt *Herculem*. Aegyptiace sine dubio nomen illius Numinis sic exprimendum est, ϫⲟⲙ sive ϫⲱⲙ, quod *virtutem* et *potentiam* significat. Nemo est, qui non intelligat illico, quam bene nomen hoc Herculi congruat. Sed praeterea interpretem nominis luculentum habeo *Macrobium*, qui, Saturnal. Lib. I cap. 20, *Sacratissima*, inquit, *et augustissima Aegyptii Herculem religione venerantur. Ipse creditur et gigantes interemisse, cum coelo propugnaret, quasi Virtus Deorum.* Paulo ante Deum illum dixerat *Deum virtutem regentem.* Id vero plane ϫⲱⲙ, vel paulo plenius ϫⲱⲙ ⲛ̀ⲛⲟⲩϯ designat. Vix erat, cur dubitaret *Wilkinsius* de Lingua Coptica pag. 111, 112, unde haec vox derivanda esset, an a ϫⲟⲙ, *fortitudo*, *robur*, an a ϫⲓⲛ, *deliciae*, *benignus*, an a ϩⲱⲛ, *iubere*, *praecipere*. Primum enim unice verum est. Plura de numine isto eiusque nomine Aegyptiaco attuli in Dissertationibus VII et VIII de Terra Gosen, atque in Pantheo Lib. II cap. III § 3 et 4.

Ψ.

ΨΑΓΔΑΣ. Nomen alicuius *unguenti* Aegyptiaci. Vox haec apud auctores nonnunquam *Sagdas* scripta reperitur. *Clemens Alexandrinus*, ubi de unguentis differit, etiam huius commeminit: Τούτων δὲ τῶν μύρων ἄπειροι διαφοραί· βρένθιον, καὶ μετάλλιον, καὶ βασίλειον, πλαγγόνιόν τε καὶ Ψάγδας Αἰγυπτίας, Lib. II *Paedagog.* p. 177 [207], ubi legendum esse Ψάγδας

δας Αἰγυπτία, *Heinsio* non invitus assentior. *Galenus* in Lexico Hippocrateo p. 104 edit. Steph. Ψάγδας, εἶδός τι μύρου. *Athenaeus* celebriora unguenta percensens, huius etiam oblitus non est. Possunt apud eum Lib. XV p. 690 aliquot veterum (*t*) loca, in quibus *Psagdas*, ceu unguenti aliqua species, commemoratur, legi. In his etiam est locus *Eubuli*,

Αἰγυπτίῳ Ψάγδαν ἶτρις λελουμένη,

quem sic emendari posse, *Casaubonus* existimat, Αἰγυπτίῳ Ψάγδα νίτρῳ λελουμένη, ut sensus sit, *Aegyptio Psagda uncta, et nitro lota*. Verum nisi fallor, rem acu tetigit praestantissimus *La Crozius*, in cuius Miscellaneis manu exaratis haec deprehendi: Ψάγδης, *genus unguenti Aegyptiacum, ut videtur*. Eubulus ἐν ςεφανοπώλισιν, Αἰγυπτίῳ Ψάγδανι τρὶς λελουμένη. *Sic legendum videtur apud* Athenaeum p. 690 E. Commemorat vero *Athenaeus* in sequentibus etiam τὴν λεγομένην Σάγδαν, ceu speciem unguenti, a priori distinctam, p. 691, quae tamen est ipsissima Ψάγδας. *Hesychius*, Σάγδας, εἶδος μύρου, ἢ Ψέγδας, ubi, ut bene observant viri eruditi, pro Ψέγδας legendum est Ψάγδας (*u*). Et sane communiter apud scriptores legitur Ψάγδας. Meminit huius unguenti etiam *Hesychius* in voce Ψάδας, ubi pariter Ψάγδας rescribendum esse, recte monuerunt viri eruditi.

Est ceteroquin vox haec, quod auctores allati iam bene observarunt, origine Aegyptia, cuius proinde ex

(*t*) *H. Stephanus* Ind. Thes. L. Gr. p. 193.

(*u*) Ψάγδας, pro quo alii Ψαγδᾶς malunt, in textum recepit *Alberti*, cuius et aliorum legendae annotationes, item ad v. Ψαδάς, ubi tamen servatum, Ψαδάς· Ψαγδῆς· μύρον ποιόν. Coniecturam de verbis *Eubuli* apud *Athenaeum* l. c. repetit *La Crozius* ad vocem Aegyptiacam ⲤⲞⲬⲈⲚ p. 97, sed illic, vitio operarum, male χελουμένη.

ex gentis illius ſermone vera ſignificatio peti debet. Ex illo etiam ratio reddi poteſt, quamobrem modo Σάγδας, modo Ψάγδας ſcriptum reperiatur. Etenim Π voci Σάγδας additum, nihil aliud eſt, quam nota generis maſculini, quae proinde omitti recte poteſt, ſicut apud Graecos articulus ὁ. Dicitur ὁ Θεὸς, et Θεός. Eſt autem ⲤⲞϪⲈⲚ Aegyptiis μύρον, *unguentum*, et cum nota maſculini generis ⲠⲤⲞϪⲈⲚ, Matth. XXVI. 7, 12, Luc. VII. 37, 38, 46, Iohan. XI. 2, et alibi. Equidem Σάγδας et Ψάγδας, literis Graecis, non Σάγδας, ſed potius Σαγὴν, vel Σάγη, et Ψάγη ſcribendum erat. Sed vocem hanc, in Aegypto ſaepius auditam, Graeci, et omnium primi poëtae, ut verſibus conſulere poſſent, corruperunt, ac paulatim corrupta pronunciatio invaluit. Cum vero Graeci ſcirent, unguentum in Aegypto dici Σάγην, vel Πσάγην, aut ut corrupte pronunciabant, Σάγδαν et Πσάγδαν, eo nomine unguentum Aegyptium, ceu peculiarem aliquam unguenti ſpeciem, deſignarunt (ν).

ΨΙΤΤΑ'ΧΕΜΜΙΣ, κώμη τῆς Αἰγυπτίας, teſte *Stephano Byzantio*, qui nomen gentile Ψιτταχεμμίτης adiungit in v. Ψιττάχεμμις, et iterum in v. Ψωχέμμις, quod eſt itidem nomen oppiduli Aegyptiaci. De utroque iſto loco Ethnicographi mecum olim Pariſiis agens

(ν) Memphitice vocabulum ſcribebatur ⲤⲞϪⲈⲚ. Litera Ϫ, qua Graeci carent, aliquando ſaltem per literas γδ expreſſa eſt. Litera Ϫ in Graecia ipſaque Aegypto pronunciata interdum veluti Ϭ. Factum hinc, ut literae Ϭ et Ϣ multis in vocibus Aegyptiacis permutarentur. Pro ⲤⲞϪⲈⲚ Sahidice ſcribitur ⲤⲞϬⲚ in Euang. Ioh. XI. 2. Conf. *Mingarellius* in Aeg. cod. rel. p. XLI, XLII. Legitur item in verſione Sahidica Matth. XXVI. 7 et 12.

agens perilluſtris *Montfauconius*, putabat (*w*) Ψιττάχέμμις ſignificare τὴν Αἴγυπτον τὴν κάτω, *Aegyptum inferiorem*, ⲠⲈⲤⲎⲦ enim eſt κάτω, Ψωχέμμιν vero eſſe τὴν Αἴγυπτον τὴν ἄνω, *Aegyptum ſuperiorem*, quia ⲠⲰⲒⲤ re ipſa eſt ἄνω. Notiſſima quidem eſt Aegypti diviſio in ſuperiorem et inferiorem; ſed videtur ſententiae viri doctiſſimi obſtare, quod *Stephanus* ſcripſerit Pſittachemmin ac Pſochemmin eſſe vicos, κώμην et πολίχνιον in Aegypto. Non erant igitur duae partes generales totius Aegypti. Vidimus ſupra [p. 295—297], eodem *Chemmis* nomine fuiſſe urbem in Thebaide, atque inſulam in Aegypto inferiori. Memini quoque de pago Chemmis legere quidpiam in *Heliodori* Aethiopicis. Itaque ſuſpicor, vicos iſtos, *Stephano* commemoratos, non ita procul diſſitos fuiſſe, quorum alter *Chemmis ſuperior*, alter *Chemmis inferior* cognominatus fuerit. Eſt vix ulla regio, in qua iſtiusmodi deſint exempla; ut quisque abunde novit ex Geographis veteribus et recentioribus.

ΨΟΝΘΟΜΦΑΝΗ'Χ, vel ΨΟΘΟΜΦΑΝΗ'Χ, novum nomen a Pharaone rege datum Ioſepho, et ſine dubio Aegyptiacum, Geneſ. XLI. 45, ubi in textu Hebraeo legitur צָפְנַת פַּעְנֵחַ. De eo pluribus diſputavi [p. 207—216] in v. *Pſonthomphanech*.

ΨΩ'ΡΑ. Cum interpretes Alexandrini Deut. XXVIII. 27 vocem Hebraicam גָּרָב tansſulerint Ψώρᾳ ἀγρίᾳ, ſermo autem illic ſit de morbi genere, Aegyptiis proprio, exiſtimat Cl. *Harenbergius* in Miſcellan. Lipſienſ.

(*w*) *Guilielmo Bonjour*, idem monenti, adſtipulatur *Georgius* in praefat. ad Fragm. Euang. Ioh. p. XXVIII in not., ſed qui aut ſuo in codice *Stephani* inveniſſe Ψιτόχεμμις, aut ſic legi voluiſſe videtur.

fienf. Novis vol. 1 pag. 207, effe *vocem Graecam ex fermone Aegyptiorum indubie depromtam*, *eique refpondere vocem Hebraicam* צוער. Obferva tamen, interpretem Aegyptium Graeca haec Ψώραν ἀγρίαν fic reddidiffe ⲟⲩⲭⲉⲣⲭⲥ ⲛ̀ⲁⲅⲣⲓⲟⲛ. Quod profecto obfervationem viri eruditi plane enervat.

ΨΩΧΕΜΜΙΣ, πολίχνιον Αἰγύπτου, oppidulum Aegypti. De origine nominis dixi proxime ad v. Ψιττάχεμμις. Monet *Stephanus Byz.*, *Artemidorum* libro octavo Geographicorum eiusdem *Pfochemmis* meminiffe.

Ω.

ὨΚΕΑΜΗΣ, *Oceames*, nomen *Nili* antiquiffimum in Aegypto, ut auctor nobis eft *Diodorus Siculus*, cuius haec funt verba Lib. 1 pag. 17 [cap. 19 p. 22], Τὸν δὲ ποταμὸν ἀρχαιότατον μὲν ὄνομα σχεῖν Ὠκεάμην, ὅς ἐςιν Ἑλληνιςὶ Ὠκεανός. Si vera ille narrat, quod fuo loco iam relinquo, videtur Ὠκεάμης fuiffe cognomen aliquod Nili, aut epitheton, quo forte in hymnis facris Aegyptii nonnunquam utebantur, ut vim huius fui fluvii et beneficia fignificarent. Ὠκεάμης enim commode exponi poteft ⲁϩⲟ ⲙ̀ⲙⲏ, *Ahoame*, vel *Aho-amme*, id eft, *thefaurus aquae*, quia fluvius ille, ex divite fuo penu, quotannis, ftato tempore, tantam aquae copiam depromebat, ut exinde pars magna Aegypti fertilior ac laetior redderetur. Graeci id reddiderunt Ὠκεανόν. Nam Ὠκεανός vere eft thefaurus aquarum, in quem fluvii omnes relabuntur et refunduntur. Eo fortaffe fenfu Ὠκεανός vocatur a *Stephano Byzantio* ὁ ποταμὸς ὁ περιέχων τὴν γῆν. Vi-

Videntur Graeci, ob faciliorem enunciationem, literas M et N permutasse (*x*).

ῼΡΟΣ, ὩΡΟΣ, ὪΡΟΣ, nam diversimode editum legitur, est nomen numinis, religiose ab Aegyptiis culti. Dicitur vulgo (*y*) filius Osiridis et Isidis. Graeci vero eumdem Apollinem interpretantur et solent appellare. Scribit Herodotus Lib. II cap. 144, in Aegypto regnasse Ὧρον τὸν Ὀσίριος παῖδα, τὸν Ἀπόλλωνα Ἕλληνες ὀνομάζουσι, et Libri eiusdem cap. 156, Αἰγυπτιςὶ δὲ Ἀπόλλων μὲν Ὧρος. *Diodorus Siculus* Lib. I pag. 22 [cap. 25 p. 30] narrat, *Horum* dici ultimum deorum, qui, post parentis sui Osiridis ab hominibus translationem, in Aegypto regnavit, additque, τὸν δὲ Ὧρον μεθερμηνευόμενον φασὶν Ἀπόλλωνα ὑπάρχειν. Similiter *Plutarchus* de If. et Osir. p. 375 monet, Graecos Ὧρον appellare Apollinem. *Macrobius* Lib. I Saturn. cap. 21 observavit, apud Aegyptios Apollinem, qui est sol, vocari Horum; sed huius nominis originem ignotam sibi fuisse ostendit, cum adiungeret, ex eo *et horas* XXIV, *quibus dies et nox conficitur, nomen accepisse*. In veteri inscriptione, de qua *Cuperus* in Harpocr. p. 156, legitur, ΜΕΓΑC ΩΡΟC ΑΠΟΛΛΩΝ ΑΡΠΟΚΡΑΤης. Quisque per se intelligit, ος in fine vocis Ὧρος esse terminationem a Graecis adiectam, indeque Latinos dixisse *Ho-*

(*x*) Quae de vocis Ὠκεάμης origine Aegyptia dixit *Iablonskius*, et ex eo sumsit *Scholzius* in Repert. Bibl. et Orient. Lit. tom. XIII p. II, nituntur ea lectione vulgata in *Diodori* verbis. At vero pro Ὠκεάμην illic fide codicum Ὠκεάνην edidit *Wesselingius*, hancque lectionem in notis defendit. Vide, quae Vir Cl. praeterea adscripsit *Diodoro* Lib. I cap. 12, et *Herodoto* II. 23.

(*y*) Ex multis unum adiungo testimonium, quia novum est. In Graeca Inscriptione Rosetana bis memoratur ΩΡΟΣ Ο ΤΗΣ ΙΣΙΟΣ ΚΑΙ ΟΣΙΡΙΟΣ ΥΙΟΣ, p. 13 et 17 edit. Cl. Ameilhon.

Horus. Nemo veterum ſcriptorum aut recentiorum eruditorum dubitabat de origine nominis Aegyptiaca, in qua tamen indicanda non idem ſentiebatur. *Salmaſius* in libro de Annis Climactericis p. 595 Horum ſic dictum vult ab Aegyptiaco ⲟⲩⲣⲟ, quod interpretatur *dominum*. *Wilkinſius* de L. Coptica p. 103 ſcribit, Ὧρος eſſe vocem Aegyptiacam derivatam a ⲣⲏ *ſol*, ⲟⲩⲣⲟ *rex*, quaſi imperet mundo. Ego quidem puto, nomen ab Aegyptiis ſcriptum fuiſſe ⲱⲣ, cuius rei varia reperio indicia. Novimus, Aegyptios frequenter nomina deorum ſuorum ſibi impoſuiſſe, eaque etiam geſſiſſe, poſtquam Chriſto nomen dediſſent, ut ex vitis et actis Monachorum Aegyptiorum perſpici ſatis poteſt. *Palladio* in Hiſtoria Lauſiaca cap. LXXXVII ed. Herveti commemoratur etiam *Pior*, quod eſt ipſiſſimum numinis, de quo agimus, nomen cum praefixo articulo ⲡⲓ — ⲱⲣ. Nomen Abbatis *Pior* occurrit quoque in Apophthegmatibus Patrum apud *Cotelerium* Tom. I Monument. Eccleſiae Graecae pag. 643, ſed pro quo ſimplex Ὤρ pag. 709, ut et apud *Sozomenum* Lib. VI Hiſt. Eccl. cap. 28. Apud *Palladium* l. c. cap. CXXXVIII mentio fit virginis ſacrae, cui nomen Τάωρ, Aegyptiace ⲧⲁ — ⲱⲣ, ἡ τοῦ Ὥρου, *quae Horo eſt ſacra*, ſive, *quae eſt Hori*. Optime quondam legebatur apud *Fl. Ioſephum* Lib. I contra Apionem § 26, ὥσπερ Ὢρ εἷς τῶν πρὸ αὐτοῦ βεβασιλευκότων, pro quo nunc male editum eſt Ὧρος (z). Exi-

(z) *Havercampus*, laudandus magis a cognitione uſuque veterum numorum, quam artis Criticae, pro antiquo Ὢρ *Joſepho* tom. II p. 460 obtruſit Ὧρος, non fide codicum Graecorum, qui repugnant, ſed veteris interpretis Latini, quod ipſe monet. Eſtque lectionis germanae mutatio eo minus ferenda, quia Hiſtoricus Iudaeus illic ipſa *Manethonis*,

Existimo ⲱⲣ Aegyptiis significasse *ornatum* sive *decus*, unde ⲱⲣϥ vel ⲟⲣϥ est *κόσμιος*, *ornatus*, *decorus* (*a*). Horus nempe symbolum erat mundi, et quidem per beneficia solis ac lunae egregie ornati et cultu eximio conspicui. Nisi malis, Horum antiquitus dictum fuisse ⲉⲣ‒ⲟⲩⲏⲣ, hinc postea factum per compendium ⲟⲩⲏⲣ, a Graecis pronunciatum Ὦρ. De qua postrema etymologia, rebusque aliis ad *Horum* attinentibus, uberrime dixi in Pantheo Aegypt. Lib. II cap. IV toto (*b*).

'ΩΧΕΙ'. *Atriplex*. In appendice Dioscoridis Lib. II cap. 145 [p. 445].

Atque hae sunt voces Aegyptiacae, quae mihi quidem, spatio plurimorum annorum, occucurrerunt in le-

nis, sacerdotis Aegyptii, verba citavit. Sed saepius in mutandis, non emendandis, nominibus propriis Aegyptiacis a Latino interprete se decipi editor *Iosephi* passus est. Comparentur, quae brevi post not. (*b*) dicam.

(*a*) *La Crozius* in Lexico p. 119, sed ubi quaedam excidisse videntur.

(*b*) In Gemma antiqua Aegyptiaca, literis Graecis inscripta, *Horus* dicitur ΟΡ, et ΦΡΙ (ΦΡΗ) ΟΤΡΙΤ *sol custos*, interprete *Boniourio* apud *Gregorium* in notis ad Litur. Fragm. p. 391, 392. Quod maioris est momenti, monet illustris *Akerblad* in Epist. ad Cl. Sacyum p. 34, nomen *Hori*, Coptice scribi solitum ϩⲱⲣ, ut intelligitur e nominibus propriis, ϩⲱⲣ, ⲡⲓϩⲱⲣ, ϩⲱⲣⲥⲓⲏⲥⲓ, quod postremum, significans *Horum filium Isidis*, se invenisse in Martyrologio Coptico, quondam in Bibliotheca Vaticana, nunc in Parisiensi asservato, testatur p. 45; observat igitur, nomen *Hori* in Rosetana Inscriptione Aegyptiaca scribi ⲟⲩⲣ vel ⲱⲣ. — Alia, ad *Horum* pertinentia, legantur in *Schmidtii* Opusc. Aegypt. p. 105—108, 12.

legendis relegendisque ſcriptoribus antiquis, tam Divinis, quam humanis, Hebraicis, Graecis atque Latinis. Quae apud eos a me inventa fuerant vocabula, ex ſermone Coptico illuſtrare conabar, ſi non felici ſemper ſucceſſu, quod vereor, attamen ſtudio aſſiduo rem literariam adiuvandi. Errores meos ſi alii corrigant, et certiora ac meliora doceant, mihi profecto facient gratiſſimum. Nullus etiam dubito, quin a me, etſi diligente veterum ſcriptorum lectore, non paucae voces Aegyptiacae fuerint omiſſae, quas aut ipſe forſitan deinde potero adiungere, aut ab aliis adiungi vehementer cupio.

AVCTA-

AVCTARIVM

VOCVM PAVCARVM, RECTE AVT SECVS PRO *AEGYPTIACIS* HABITARVM.

Nemo facile erit, ut ſpero et confido, qui non magnopere laudet aſſiduam operam, conquirendis atque illuſtrandis vocabulis Aegyptiacis, per tot tam diverſos veterum ſcriptorum libros ubique ſparſis, a *Iablonskio* V. Cl. praeclare navatam. Quis autem miretur, aut eius diligentiam fugiſſe voces pauciores vere Aegyptias, aut ſilentio eſſe praetermiſſas alias intactasque relictas, etſi dudum a viris eruditis, bene vel male, Aegyptiacis annumeratas. Igitur ſcribo ego quidem auctarium paucarum iſtius generis vocum; ſed quod ut alii e ſcriptoribus, maxime veteribus Graecis, velint adaugere, vehementer opto. Sciens praetereo nomina plura propria, hominibus urbibusque et vicis indita, ſine dubio Aegyptiaca, ſed quorum origo aut admodum incerta eſt, aut mihi ſaltem penitus incognita. Lectori cuique attento, ſive Hiſtoricorum, qui res Aegyptiorum attingunt, inprimis *Herodoti*, *Diodori Siculi* et *Fl. Ioſephi*, ſive Geographorum, *Strabonis*, *Stephani Byzantini* aliorumque, ſive Periegetarum recentiorum, qui per Aegyptum fecerunt iter; tali igitur lectori difficile non erit, opus *Iablonskianum* meumque appendicem exemplis novis cumu-

late amplificare. Curandum mihi erat, ne auctarium in nimiam excrescerer molem, taediumque pareret lectori benigno.

'ΑΘΗ͂ΝΑΙ, urbs *Athenarum*, et 'Αθηνᾶ, *Minerva*. Monet *Berkelius* ad *Stephanum Byz.* p. 42, „ opus non esse, ut diu in enodanda nominis 'Αθῆναι etymologia desudemus, cum unicuique, imo et pueris, sit notissimum, nomen accepisse παρὰ τὴν 'Αθηνᾶν, quoniam *Minerva* — prae ceteris dis deabusque ibidem culta fuerit". Hactenus bene. Dubium vix est, quin nomina 'Αθῆναι et 'Αθηνᾶ eamdem habeant originem. Sed quam? Tacet *Berkelius*. Disputant eruditi alii Vide *Munckerum* et *van Staveren* ad *Fulgentii* Mytholog. II. 2 p. 667, viros doctos in Pitture Antiche d'Ercolano, tom. VI p. 17, 18, et *Albertium* ad *Hesychium* v. 'Αθῆναι, qui adiungit: „ Sed verius ex Aegyptiorum lingua illud Deae nomen arcessi, norunt docti". Videtur nomen ductum ex *Neitha* seu *Netha*, inverso nempe literarum ordine. Aegyptios veteres a dextra in sinistram literas scripsisse, testatur *Herodotus* II. 36. *Neitha* credebatur eadem, quae Latinis *Minerva*, Graecis 'Αθηνᾶ. Conf. supra p. 161, 162, item annotationem de voce ῎Αϛυ p. 40, ac *Schmidtii* dissertationem de Colonia Aegyptiorum Atheniensi, in Commentariis Societatis Antiquariorum Londinensis vol. I p. 238—259. Originem Aegyptiam haud displicuisse *Hemsterhusio* ac *Valckenaerio*, viris summis, probe novi. Nec dissentiebat *Ruhnkenius* meus, ut e colloquio intellexi. *Wesselingius*, quo praeceptore optimo in Antiquitatis Graecae studio uti mihi contigit, rem minus certam exploratamque existimabat.

ΑΙ͂ΓΥΠΤΟΣ, *Aegyptus*. De origine istius nominis multi multa, sed non parum diversa. Satis erit, unum consuluisse *Perizonium* in Orig. Aegypt. cap. I.

Esse

Esse vocem Aegyptiam ⲎⲤⲬⲰⲒⲪⲐⲀⲰ, *Aegophthash*, *domus mundana Vulcani*, vult *Forster* in Epist. ad *Michaëlis* p. 8. *Mullerus* in praef. ad Saturam Obs. Phil. p. 2, 3, iubet conferri جوبة, *lacus*, *palus*, unde, mutata *b* in *p*, natum est γυπτ, cui si praefigatur ⲎⲤ, Coptice *domus*, integram vocem Αἴγυπτος habebis. Alia dedit *Didymus Taurinensis* (*Valperga*) in Rudimento Literaturae Copticae p. 8—11, lectu digna, sed longiora, quam quae hic describantur. Aegyptios patriam suam appellasse ⲬⲎⲘⲒ, dictum est p. 405. Immo vero, quoties in Graeca Inscriptione Rosetana nomen Αἴγυπτος, legitur toties ⲬⲎⲘⲒ in Aegyptiaca, monente Ampl. *Akerblad* in Epist. ad Cl. Sacyum p. 33.

'ΑΜΒΡΗΣ, nomen libri cuiusdam sacri. Scribit *Horapollo* lib. 1 c. 38, Ἔστι δὲ παρὰ τοῖς ἱερογραμματεῦσι (loquitur de Scribis Sacris Aegyptiorum, qui dicuntur ζωὴν καὶ θάνατον διακρίνειν) καὶ βίβλος ἱερὰ, καλουμένη 'Αμβρὴς, δι' ἧς κρίνουσι τὸν κατακλιθέντα ἄῤῥωστον. Editum καὶ βίβλος, ἱερὰ καλ. 'Α., haud posse defendi, bene monuit *de Pauw* p. 323, addens, 'Αμβρής haud dubie vocabulum Aegyptiacum esse. Praeiverat *Mercerus*, p. 185 scribens, nomen esse Aegyptium, quantum coniicere licet. Non memini vocem ⲀⲘⲂⲢⲎⲤ alibi legere. Neque extat in Lexico *La Crozii*. Nihilo tamen minus recte habetur Aegyptia, teste *Horapolline*, qui dicitur a *Suida*, Φαινυβύθεως, κώμης τοῦ Πανοπολίτου νομοῦ, γραμματικὸς, διδάξας ἐν 'Αλεξανδρείᾳ, τῇ ἐν Αἰγύπτῳ. Ad integrum *Horapollinis* locum recte attendentibus, facilis nobis possit oriri suspicio, ex 'Αμβρής factum esse verbum 'Αμβρίζειν, ab *Hesychio* expositum θεραπεύειν ἐν τοῖς ἱεροῖς. Sed intercedunt *Pauwius* et *Albertius*.

אַנְבִּי,

אנכי, *Ego*, non esse vocem Hebraicam, sed origine Aegyptiacam, deinde ab Hebraeis civitate donatam, existimabat *Hannerus* in Observ. Crit. § 19, testante *Blumbergo* l. c. p. 17, 18, qui tamen addit, nondum se posse induci, ut ei suffragia sua transcribat. Inscriptionis Phoeniciae Oxoniensis, quam post *Barthelemium*, t. XXX Comment. Acad. Inscr. Parisiens., et *Swintonum*, t. LIV Actor. Acad. Scient. Londinens., nova interpretatione a. 1802 illustravit Praeclarus vir *Akerblad*, vox prima est אנך, de qua idem p. 14 scribit: „ Vocabulum אנך nihil aliud est, quam אנכי Hebraeorum; sive quod Phoenicii *anoc* pronunciaverint, more Aegyptiorum, a quibus hanc vocem accepisse Hebraeos ipsi Rabbini testantur; sive quod *jod* illud finale hic fuerit omissum". Idem significare videtur *La Crozius* in Lexico v. ⲀⲚⲞⲔ.

ARAPOTES. *Plinius* lib. V c. 10: *qui lacus, Marea, antea* Arapotes *nominabatur*. Erat forte nomen Aegyptiacum ⲀⲢⲈϨ—ⲚϨⲞⲦⲠ, *Areh-phot*, *custodia occidentis*. Vide annotationem supra p. 132 ex Epist. *Forsteri* p. 13.

"ΑΡΝΟΥΦΙΣ videtur nomen Aegyptium hominis, quem *Dio Cassius* t. II p. 1183 appellat *μάγον Αἰγύπτιον*, testaturque, Mercurium aërium ab eo artibus quibusdam magicis invocatum esse ita, ut tempore Marci Aurelii Imp. exercitus largiori pluvia recrearetur.

ASTAROTH Jud. II, 13 est vox Aegyptiaca ϯⲤⲞⲢⲰⲦ, *Venus*; si credas *Blumbergo* in praef. ad Fundam. L. Copt. p. 23.

AZAZEL. Vox explicatu difficilior, Levit. XVI. 8. „ Quid obstat, quin hariolemur esse (voca-

tabulum) *Aegyptiacum* "? Verba sunt *Marshami* in Can. Chr. p. 205. Sed vide, praeter interpretes, Cel. *S. Ravium* in not. ad *Shawii* Itin. p. 400.

BORITH. Scribit *La Croze* ad *Iablonskium*, tom. III Thes. Ep. p. 172: „ Cogita quaeso, an vox בְּרִית, Jeremiae cap. II. 22, et Malachiae III. 2, non tibi videatur prae se ferre vestigia quaedam Aegyptiasmi". Multa de voce, de origine Aegyptia nihil, *Michaëlis* in Commentationibus Societati Sc. Goettingensi per annos 1758—1762 praelectis; differt. VII, et in Suppl. Lex. Hebr. p. 229—232.

ΒΥΣΣΟΣ, *linum xylinum*. *Forsterum* si audias, in libro de Bysso Antiquorum p. 9, 48, 49, Aegypto debet vox originem, composita ex ϾϹ et articulo ⲠⲒ, mutata litera Aegyptia Ⲡ in Graecam B. Phoenicium vero nomen putat *Michaëlis* in Suppl. Lex. Hebr. p. 161, Persicum vel Arabicum *Relandus* part. I Diss. Misc. p. 212, 213.

GOSSYPIVM, *linum xylinum*. Nomen servavit *Plinius* lib. XIX c. I: „ Superior pars Aegypti in Arabiam vergens gignit fruticem, quem aliqui *Gossipion* vocant, plures Xylon, et ideo lina inde facta Xylina". Compositum ex tribus vocibus Aegyptiacis, ⲔⲰⲤ *sepulcrum*, ϢⲈ *arbor* vel lignum, ⲠⲒϾϹ *byssus*, unde *Cossepies*, deinde scriptum *Gossipion*, proprie significans *sepulcri arborem byssinam*, vel arborem ferentem byssum sepulcralem. Ea est sententia *Forsteri* l. c. p. 71, 72.

DAMANHVR nomen est plurium urbium in Aegypto, teste *Abulfeda* in Descr. Aeg. p. 8. Cuius orignem esse Aegyptiam, suspicatur *Michaëlis* in notis p. 44, adiungens, admonitum se esse a *Wolde*, no-

nomen Coptice scribi oportere *Tamanhur*, ⲦⲀ sive ⲐⲀ multis praefigi vocabulis, ⲘⲀ significare *locum*, indeque fieri, ut varia nomina Geographica a ⲘⲀ incipiant, et ζⲈⲞⲠ habere notionem *tremendi*; ergo *Manhur* esse posse *locum horroris*. Existimat *Michaëlis*, urbem *Damanhur*, cuius l. c. meminit *Abulfeda*, non esse *Hermopolin parvam*, quod volunt *Sicardus* et *d'Anvillius*, sed *Menelaum*, de qua *Strabo* lib. XVII p. 1155.

ETHAM, locus ad mare Arabicum. Nomen in Hebraeo Codice scribitur אֵתָם, ab interpretibus Alexandrinis 'Οθώμ, Exod. XIII. 10. Creditur esse Aegyptiacum, scriptumque ⲀⲦⲞⲘ, et significare τὸ πέρας τῆς θαλάσσης, *terminum maris*. Ita *Forster* in Epist. p. 31, *Niebuhr* in descript. Arabiae p. 408, *Rosenmuller* in Scholiis ad Exodi l. c. Quibus omnibus lumen praetulerat *Iablonskius* de Gosen p. 58, ubi plura suo exemplo adscripsit, quae in nova libri editione invenientur.

"ΕΛΒΟΝΘΙΣ, nomen urbis inter Aegyptum et Cyrenen, teste *Stephano Byz.*, ad quem nihil notarunt interpretes. Ex coniectura *Semleri* in notis Germanicis ad *Plutarchum* de If. et Of p. 251, *Elbonthis* est nomen Aegyptium eiusdem urbis, quae a Graecis appellatur 'Ελεφαντίνη. Multa de Elephantine narrat *Herodotus* II. 28 — 32, adiungens cap. 32, nonnulla se accepisse a *Cyrenaeis*.

"ΕΜΒΗΣ. In lapide literato apud *Gruterum* p. CCCXIV. 2, Η ΙΕΡΑ ΤΑΞΙC ΤωΝ ΠΑΙΑΝΙCΤωΝ ΤωΝ ΕΝ ΡωΜΗ ΔΙΟC ΗΛΙΟΥ ΜΕΓΑΛΟΥ CΑΡΑΠΙΔΟC — ΕΤΕΙΜΗCΑΝ ΕΜΒΗΝ ΠΡΟΦΗΤΗΝ ΠΑ-

ΤΕ-

ΤΕΡΑ ΤΗϹ ΠΡΟΓΕΓΡΑΜΜΕΝΗϹ ΤΑΞΕωϹ κ. λ. Vix dubium eſt, quin *Embes* nomen Aegyptiacum debeat haberi. Forte ſignificet Sacerdotem et Prophetam Aegyptium *conſecratum Beſae*, de quo numine ſupra p. 52.

'ΕΡΙΧΘΟΝΙΟΣ nomen eſt Regis Athenienſium, ſed gente Aegyptii. Qua de cauſſa originem in lingua Aegyptiaca quaeſivit *Schmidtius* in Comment. Soc. Antiq. Londin. vol. 1 p. 246.

'ΕΡΜΟΧΟΙΝΙΟΣ. *Heſychius* interpretatur γῆν, additque, Aegyptum ante ſic dictam eſſe. *Stephanus Byz.* v. Αἴγυπτος habet 'Ερμοχύμιος, quod defendit *Berkelius*. Aliis aliter viſum eſt in notis ad *Heſychium*. Coniectura *Reiskii* ſi probaretur, legentis 'Ερμοσχοίνιος, non foret difficile ad iudicandum, cur iſto nomine Aegyptus quondam appellata ſit. Conf. dicta ad vv. 'Ερμῆς et Σχοῖνος p. 68, 335.

"ΕΡΠΙΣ, *Vinum*. Vſus ea voce eſt *Lycophron* vſ. 579, "Ερπιν τε ῥέζειν, ἠδ' ἀλοιφαῖον λίπος. Ante eum uſa quoque eſt *Sappho*, poëtria Lesbia, apud *Athenaeum* lib. 11 c. 8 p. 148 ed. nov., 'Ερμᾶς δ' ἑλὼν ἔρπιν, θεοῖς οἰνοχόησιν. Vbi malim ἔρπιν. Qui vocabulum dicerent Graecum, a vero aberraſſe, dudum monuit *H. Stephanus* Theſ. L. G. t. 1 p. 1259, ſecutus *Euſtathium*, ad Odyſſ. ί pag. 360 ſcribentem, "Εςι δὲ ἔρπις Αἰγυπτιςὶ ὁ οἶνος. *Lycophroni*, de Aegypto loquenti, adſcripſit *Tzetzes*, Αἰγύπτιοι ἔρπιν καλοῦσι τὸν οἶνον, et hoc *Hipponactis* attulit,

"Οπου τὸν ἔρπιν ὁ σκότος καπηλεύει.

Conf. *Schweighaeuſerus* ad *Athenaei* locum p. 273, 274, et *La Crozius* in Lex. p. 21, veterum ſcriptorum non immemor, obſervansque ⲎⲢⲠ paſſim de *vino* uſur-

ufurpari. Rariores quondam in Aegypto fuiffe vineas, fatis certum videtur, non item, an omnino defuerint. Vide *Athenaeum* lib. I p. 126. fqq., ibi notas, *Weffelingium* ad *Diodorum* tom. I p. 19 et *Valckenaerium* ad *Herodotum* p. 120. Teftatur *Abulfeda* in Defcr. Aeg. p. 7, Alexandriam effe fitam in infula arenofa, quae tota eft vineis hortisque obfita, et p. 23, urbem Esne five Asna, veterum Latopolin ex fententia *d'Anvillii*, habere palmas et vineas. Ad quem utrumque locum legendae annotationes *Michaëlis* p. 40 et 99.

זַיִת, *oliva*, quae vox frequentatur in Codice Hebraeo, fed habetur Aegyptia ϫⲱⲓⲧ a *Iablonskio*, in Thef. Epift. *La Croziano* tom. I. p. 184. Vide tamen *Michaëlis* Suppl. ad Lex. Hebr. p. 611, 612.

תֵּבָה, *arca*; Exod. II. 3, 15, et alibi. *Forfterus* in Mantiffis p. 113 — 115 originem vocis repetit ex ⲃⲁⲓ–ϫⲟⲓ vel ⲃⲏⲧ–ϫⲟⲓ, ut fignificetur navis ex ramis feu foliis palmae parata; quale genus navigii Nilotici adhuc in ufu eft, tefte *Pocockio*. Apud *Strabonem* lib. XVII p. 562 [1173] pro Πάκτων, quam dicit naviculam e fcytalidibus compactam ita, ut textilis videatur, Παίθων rectius legi, *Forfteri* eft coniectura. *Scholzius*, in Repert. Lit. B. et Or. tom. XIII p. 28, 29, vocem Hebraeam opinatur ducendam ex Aegyptia ⲑⲏⲃⲓ, quae invenitur Exod. 11. 3, 5, 6, vel ab ϩⲏⲡ *abfcondere*, unde ⲧϩⲏⲡ *abfconditorium*, vas abfcondendis rebus vel perfonis ad earum confervationem idoneum. *Didymus Taurinenfis* (*Valperga*) p. 68 dubitat, an ⲑⲏⲃⲓ, Θίβη, fifcella plexa in modum arculae, vocabulum Aegyptium fit, an Graecum. Adde *Albertium* ad *Hefychium* v. Θῆβα (Θή-

(Θήβη), κιβώτιον. Locum mihi in memoriam revocavit *Wyttenbachius* nofter, plura dicturus in Commentario ad *Plutarchum* de Ifid. p. 359. E.

IANNES et IAMBRES, nomina propria hominum Aegyptiorum, fervata a Paulo 2 Tim. III. 8. Eamdem rem putant plerique narrari a Mofe Exod. VII. 11, fed ipfa Magorum nomina illic reticeri, non tamen ignota Iudaeis antiquis et aliis. Praeter *Wetftenium* et reliquos interpretes loci Paulini legantur *Iablonskius* de Remphah § VI p. 26, 27, *van Goens* in Diatr. de Cepotaphiis p. 130, 131, 138, 139, et in notis ad *Porphyrium* de Antro Nymph. p. 98, 99. Ego paucis de origine nominum, in quibus tamen fcribendis non confentiunt Iudaei et Chriftiani, neque etiam codices MSS. Epiftolae Paulinae. Pro Ἰαννῆς eft in verfione Coptica ϨⲀⲚⲎⲤ. Servatur in eadem ϨⲀⲘⲂⲢⲎⲤ. In fragmentis verfionis Sahidicae, nuper vulgatis, locus Pauli defideratur. Duo codices Graeci, Augienfis et Boernerianus, praebent Μαμβρῆς, ceteri Ἰαμβρῆς. Haec igitur lectio retinenda. Originatio Hebraica, a *van Goens* memorata, valde dubito, an cuiquam placitura fit. Credibile magis fit, nomina effe Aegyptia. Scripferat in literis ad *Blumbergum*, eo monente in praefat. ad Fund. L. Copt. p. 27, 28, *Ludovicus Picques*, effe *Iannes* nomen Aegyptiacum ϪⲀⲚⲈ, *gratiofum* fignificans, *Iambres* vero ducendum ex ⲀⲘⲂⲢⲎⲤ, quod *librum facrum* notat, cuius interpretes Aegyptiorum Magi fe profitebantur. Paria de nomine *Iambres* dedit *de Schmidt* de Sacerd. Aegypt. p. 136.

ΚΑΣΙΟ'ΤΙΣ five ΚΑΣΣΙΟ'ΤΙΣ, ut fcribit *Ptolemaeus*, nomen eft regionis, inter Gazam et Pelufium fitae, ubi celebre templum Διὸς Κασίου, et urbs, Κάσιον dicta. Vid. *Surita* ac *Weffelingius* ad *Antonini*

Itin. p. 152. Isti regioni recte datum nomen *terrae desertae*, Aegyptiace ⲬⲀ—ⲬⲀⲤⲈ, *Chadsaie*, vel ⲔⲀϨⲤ—ⲬⲀⲤⲈ, et omisso ⲥ, ⲔⲀϨ—ⲬⲀⲤⲈ, *Kahdsaie;* observante *Forstero* in Epist. ad *Michaëlis* p. 17.

כַּסְלֻחִים, *Casluchaei*, Gen. x. 14. *Bocharti* sententiam, *Colchos*, gentem ortu Aegyptiam, intelligentis, Geogr. lib. IV c. 31, non probat *Michaëlis*, part. I Spic. Geogr. p. 276, sed qui sint, adhuc se ignorare fatetur. De aliorum interpretatione plura illic adduntur. *Forsterus* l. c. nomen exponit de regione prope Pelusium, dicta *terra deserti paludosa*, *lutosa*, Aegyptiace ⲬⲀ — ⲬⲀⲤⲈ — ⲖⲞⲤϨⲤ. Non displicuit id *Rosenmullero* in Scholiis.

כַּפְתֹּרִים, *Caphthoraei*, Gen. x. 13, I Chron. I. 12, Deut. II. 23, Jer. XLVII. 4, Amos. IX. 7. Magnum est sententiarum divortium in explicando isto nomine *Caphthor*. Intelligitur vel *Cappadocia*, vel *Creta*, vel *Cyprus*, vel quae alia regio aut insula. Post *Bochartum*, *Calmetum*, in dissert. de origine Philistaeorum, et *Swintonum*, de Inscriptionibus Citicis et Nummis Samaritanis p. 78—85, nemo uberius de *Caphthor* dixit, quam *Michaëlis* in Spic. Geogr. I p. 292—308, et in Supplem. ad Lex. Hebr. p. 1338 — 1340. Suspicatur autem, esse nomen Aegyptium. Favet coniecturae *Forsterus* in Epist. p. 17, 18, cui videntur *Caphthoraei* circa Tamiathim sive Damiathen habitasse, sic dicti de ⲔⲀϨ — ⲠⲈⲦⲞⲨⲎⲢ, *terra Hori*, vel *quae ad Horum spectat*, et *quae est Horo*, i. e. *soli*, *sacrata*.

כִּנִּים Exod. VIII. 12—14, Ps. CV. 31. Intelliguntur vulgo *pediculi*. Ita *Fl. Josephus* II Ant. 14. 3. Quam

Quam fententiam *Bochartus* inprimis ornavit, Hieroz. part. II lib. IV c. 18. Rectius tamen, ut videtur, *culices*, σκνίφες. Interpretes Alexandrini, *Philo* Alexandr. t. II p. 97, *Origenes*, Aegypti incola, t. II p. 139, et *Hieronymus*, rerum Aegyptiarum valde peritus, t. I p. 1540, habent σκνίπες, five σκνίφες, *fciniphes*, *ciniphes*, *cyniphes*. Lectu dignae funt animadverfiones *Michaëlis* in Supp. Lex. Hebr. p. 1200—1206. Iunge *Rofenmullerum* in Scholiis ad Exod. VIII. 12. Cum dialecti Orientales omnes penitus ignorent vocem כנים, Aegyptiacam effe, ambo fufpicantur. Non nego. Obfervatu tamen dignum eft, in verfione Coptica inveniri ⲗⲉⲗⲏⲙ five ⲗⲉϭⲗⲉⲙ, vocem Hebraeae כנים plane diffimilem.

KOLZOM, Arabibus قلزم, parvum oppidum ad litus maris Arabici in latere Aegyptio, unde totum mare accepit nomen *Maris Kolzom*. Vide *Abulfedam* Defcr. Aeg. p. 7 cum notis *Gagnierii*, vel p. 30 ed. *Michaëlis*, qui in notis p. 117 obfervat, plane incertum effe, Graecaene an Arabicae, an neutrius, i. e. *Aegyptiacae*, originis fit.

ΚΟΠΤΩ', pro quo alii minus recte Κόπτός, nomen urbis Aegyptiae notum magis, quam eft eiusdem notatio. In verbis *Plutarchi* de I. et O. p. 462 ed. Oxon., ὅπου τῇ πόλει μέχρι νῦν ὄνομα Κοπτώ. Ἕτεροι δὲ τοὔνομα σημαίνειν οἴονται στέρησιν· τὸ γὰρ ἀποστερεῖν, ΚΟΠΤΕΙΝ λέγουσι, videtur aliquid difficultatis ineffe. Στερεῖν et ἀποστερεῖν dicitur Aegyptiis ϣⲱⲛⲓϫ vel ϥⲏⲕ. Vide Lexicon *La Crozianum* p. 132, 142. Vox κόπτειν aut huic fimilis iisdem non in ufu erat. Coniectura *Marklandi*, fcripfiffe *Plutarchum*, κόπτειν Ἕλληνες λέγουσι, dubito, an fatisfaciat Criticis, confilioque et toti orationi fcriptoris, ab aliis for-

te in errorem ducti. *Semlerus* in notis Germanicis ad eumdem *Plutarchi* locum p. 212 nomen Κοπτώ ducit e vocibus Aegyptiis ⲭⲱ five ⲕⲱ, *terra*, *regio*, et ⲫⲑⲁϣ, *Vulcanus*. Ex *Cophtho* ait Graecos deinde fecisse Αἴγυπτος. Nomine *Coptorum* non veteres Aegyptios, sed indigenas eorum posteros, religione Christianos, ab Arabibus intelligi, recte monet *Michaëlis* ad *Abulfedam* p. 100. At vero *Coptos* non dictos esse de Κοπτώ, celebri Thebaidos emporio, quod Arabes قفط appellant, observat *Renaudotius* t. 1 Litur. Orient. p. 115, confirmatque *Valperga* l. c. p. 8, cum Copti non vocentur a قفط, sed a قبط, alia litera media, unde قبطي *Aegyptius*, et قبطية *Aegyptia*. Quibus in vocibus nominis Αἰγύπτου mutatum censet γ in ق, π in ب, et amissum αι, ut Thalmudicis גיפטית *lingua Coptica*, Aethiopibus ግብጽ est *Aegyptus*.

KVS, urbs Aegypti, quam *Abulfeda* p. 17 vocat قوص. Videtur non diversa ab Apollinopoli parva, de qua *Strabo* XVI p. 1128, XVII p. 1170. Ita post *d'Anvillium*, *Michaëlis*, qui p. 76 adiungit: „*Kus* nomen est *Aegyptium* et antiquum, quod unde fluxerit, non habeo dicere. De Hebraeo nomine כוש plane non cogitandum, refragante etiam orthographia".

CYTIS est Arabiae insula, in qua Troglodytae praedones eruerunt Topazium, teste *Plinio* XXXVII. 32, qui eamdem collocat ad fauces Maris Rubri, VI. 34. Appellatur Γυθίτης a *Ptolemaeo* IV. 8, ubi forte Κύθις legendum existimat *Forsterus* in Mantissis Aegypt. p. 121, 123, 124, nomen ducens a ⲕⲱϯ, *quae-*

quaerere. Eadem opera illuſtrare vult et emendare haec *Plinii* verba: Topazin *enim Troglodytarum lingua ſignificationem habere* quaerendi. Pro *Topazin* ſcribere debuerat *Cytin.* Lingua vero Troglodytarum erat Aegyptia, vel affinis eiusdem dialectus, quam Romani pro lingua peculiari habebant.

LEHABIM, לְהָבִים Gen. x. 13, de quibus Geographi, inprimis *Michaëlis* part. I Spicil. p. 262—267. Intelligit nomum *Libyae*, ſive partem Aegypti occidentalem, de qua *Strabo* XVI p. 1160. Aſſentitur *Forſterus* in Epiſt. p. 15. De origine nominis abeunt in diverſa. Alter quaerit in Hebraeo לַהַב, *flamma*, vel Arabico لوب, *ſitire;* alter putat Aegyptium, atque nomum Libyae, extra fines Aegypti ſitum, hacque multo altiorem, dictum eſſe ⲈⲖ—ⲆⲞⲎⲌ, *alta habitatio.* Incerta ea ſunt; ſed fabuloſa, quae alii de nomine *Libyae* praebent.

LEVIATHAN, לִוְיָתָן, Iob. III. 8, XL. 20, Pſ. LXXIV. 14, Ieſ. XXVII. 1, et alibi, de quo *Th. Haſaeus* diſſertationem eruditam conſcripſit. Sitne intelligendus *Crocodilus*, quae ſententia probabilior, an *Balaena*, an *Draco*, an *Orca*, an quod aliud animal marinum portentoſae magnitudinis, non hic mihi diſputandum, de origine nominis tantum agenti. Hebraeum vel Arabicum plerisque videtur. Conſulantur *Schultens* et *Vitringa* ad l. c. Aegyptium ſuſpicabatur *Haſaeus* l. c. p. 109, et in Theſ. Epiſt. La Croz. I. 147, 148, ubi expetit, ut *La Crozius* ſuam de iſta voce ſententiam exponat. Quid reſponderit, haud ſcio. *Iablonskius* autem in eodem Theſauro p. 184 opinionem *Haſaei* in dubium vocat, additque de *La Crozio*: „ Memini te ante hos ſex ſeptemve annos veriorem aut potius veriſſimam nominis huius originatio-

nem mihi explicuisse". Sed quam, non addit, nec aliunde mihi innotuit. Nomen *Leviathan* non esse Aegyptiacum, aperte affirmat *Iablonskius* p. 52 huius Glossarii. Contra tamen *Michaëlis* in Supp. ad Lex. Hebr. p. 1429 scribit: *Derivationem attingere vix audeo, nomen enim reliquis dialectis sororiis ignotum, peregrinum esse possit, an forte* Aegyptium; *quis enim negare sustineat, praeter illud, quod vix dum attuli* (Χάμψαι), *alia quoque Aegyptiis domestici monstri nomina fuisse?* In monumentis Aegyptiacis, adhuc vulgatis, non memini invenire nomen *Leviathanis* aut simile, de *Crocodilo* positum.

LVDIM, לודים, Gen. x. 13, 1 Chron. I. 11. Ex eruditis observationibus *Michaëlis* part. 1 Spic. Geogr. p. 256—260, Suppl. Lex. Hebr. p. 1417, et *Forsteri* in Epist. p. 13, 14, unam leviter attingo. Non debent intelligi *Lydi*, eodem forrasse nomine dicti Ier. XLVI. 9, Ezech. XXVII. 10, XXX. 10, neque *Lydaei*, populus a Semo ortus, Gen. x. 22, sed colonia Aegyptiorum, habitans in regionibus, quas Aegyptii quondam appellabant Auases, sive Oases, dictaque Aegyptiace ϩⲗⲟⲩⲉϩⲍⲭⲁⲥⲉ, *Elouehdsaie*, id est, *alta* seu *elata habitatio deserti*. Coniecturam *Forsteri* de loco habitationis τῶν לודים non reiicit *Michaëlis*, sed legi vult לוחים, quia Oases Aegyptiis in hunc usque diem *Elvachath* الوحات dicuntur.

LYCHNOS nomen Aegyptiacum *Pelusii*, ex sententia *Forsteri* in Epist. p. 16, 33, 34, scribendum ⲗⲟⲥⲍⲥ—ⲙⲟⲩϩⲍ, vertendumque *Luti habitatio*. Testem appellat *Hieronymum*, Epist. LI p. 161 [t. IV p 84 ed. Martian.] scribentem: *venit* Pelusium, *visitatisque fratribus, qui in vicina eremo erant, et in loco, qui dicitur* Lychnos, *morabantur. Lychnos* et

Pe-

Pelusium unam eamdemque fuisse urbem, haudquaquam his verbis docetur, sed ad locum, cui nomen *Lychnos*, forte monasterium in vicino deserto, prope *Pelusium* situm, adiisse Hilarionem, fratres visitaturum. Conf. *Michaëlis* p. 11 Spic. Geogr. p. 36.

MANFALVT, nomen oppiduli in latere Nili occidentali. *Abulfeda* p. 23 vocat منفلوط. Nomen varie scribitur. „ Quod Graecum urbi nomen fuerit, non constat: sed hoc, quod nunc habet, non dubiam prodit *Copticam* originem. Est, ut ita dicam, *Memphis Loti*. Sic ipsi Copti explicant, *exilium Loti*, forte melius, *portum securum Loti*", rel. Verba sunt *Michaëlis* not. ad *Abulfedam* p. 101 — 103.

MESSIL nomen Copticum urbis Aegyptiae, dictae *Fovva* ab *Abulfeda*, ab aliis paulo aliter, nomenque habentis a bonitate malorum Punicorum aliorumque pomorum. Ita *Michaëlis* not. ad *Abulfedam* p. 47, 48, addens ex *Messil* factum esse Graecum Μέτηλις. Huius meminerunt *Stephanus Byz.* et Geographi alii. *La Crozius* in Lex. p. 42 scribit: ⲙⲉⲥⲗⲉϫ, *Mesil*, *Phueh*, *urbs Aegypti.*

MICHOË, *Troglodytice*. Scribit *Plinius* VI. 29: *Troglodytice*, *quam prisci* Michoën, *alii* Midoën *dixere.*" Est illa vox Aegyptia, nam Troglodytae erant vicini ex parte Aegyptiis, et partem versus Arabicum sinum tenebant. ⲙⲍⲁⲩ *Mehau* est σπήλαιον vel τρώγλη, ⲟⲩⲏϩ *habitatio:* itaque *Mehacueh*, quod Latini et Graeci vix aliter efferre potuerunt quam *Michoë*, erat *habitatio speluncae*, i. e. exacte *Troglodytice*". Legis verba *Forsteri* in Epist. p. 7, 8.

MIGDOL, urbs Aegyptia, cuius fit mentio Exod. XIX. 2, ac saepius alibi. Graeci vocant Μάγδωλος. Hinc in *Antonini* Itin. p. 171 *Magdolo*, ubi quondam male *Magdolon*. Opus tamen non est, ut cum viro erudito in annotationibus MSS. Μαγδολός apud *Stephanum Byz.* mutetur in Μαγδωλώ. *Migdol* ob collium frequentiam Aegyptiace dicebatur ⲙⲉϣⲑⲁⲗ, *multitudo collium*. Cui etymologiae favere Coptum interpretem, qui praebet ⲙⲉϣⲑⲱⲗ, censet *Forsterus* in Epist. p. 29. In versione Coptica invenitur ⲙⲉϣⲧⲱⲗ. Quae tamen scripturae differentia parum coniecturae, si ea probanda esset, obstaret.

מִצְרַיִם, *Aegyptus*. Frequentius scribitur numero duali, aliquoties tamen et מָצוֹר. Praetermissis ceteris omnibus, quae monuere *Bochartus*, *Relandus*, *Michaëlis* part. II Spic. Geogr. p. 157—160, et Suppl. Lex. Hebr. p. 1542, 1543, tantum monebo, ex sententia *Forsteri* in Epist. p. 8 esse vocem Aegyptiam, scriptam ⲙⲉϣϣⲏ—ⲣⲏ, quae significet *agrum solis*. Pro nomine Hebraeo habet cum aliis *Iablonskius* de Gosen diss. VII § 1. Dubitat *Michaëlis*, sitne origine Hebraeum, an Arabicum, an Aegyptium. Pro sua opinione *Forsterus* citare potuerat *Fl. Iosephum*, I Ant. VI. 2 testantem, suo adhuc tempore *Aegyptum* ab indigenis vocatam esse Μέςρην, Aegyptios Μεςραίους. Huc fortasse etiam facit nomen primi regis Heliopolitani in Aegypto Μεςραΐμ, apud *Syncellum* p. 52, 53, 21. Dicitur is *Mestres* a *Plinio* XXXVI. 8, ut fide codicum MSS. *Harduinus* edidit, cum antehac legeretur *Mitres*, *qui in solis urbe regnabat*. Conf. *Vignolii* Chronol. S. tom. II p. 716, 717, 765. Vnum tamen *Forstero* officere videtur. Quoties in Codice V. T. nomen מצרים occurrit, num-

numquam id servarunt interpretes Copti, scribentes ⲭⲏⲙⲓ. Verum id est. Interpretes tamen Graeci, iique Alexandrini, retinuerunt Μεσραΐν vel Μεσραΐμ.

MOLOCH, nomen idoli. An Aegyptiacum? Sic visum est *Mullero* in Glossario S. p. 12 et *Blumbergo* l. c. p. 23, monentibus, ⲙⲟⲗⲟⲭ Aegyptiis esse *Martem*, qui Israelitis, vix Aegypto egressis et ad idololatriam Aegyptiam redeuntibus, notus fuerit. Praeiverant *Kircherus* in Prodromo Copt. p. 147, tom. 1 Oedipi p. 328, II. p. 415, et *Hottingerus* in Biblioth. Orient. p. 313. Ab iis non dissentit *Beyerus* in Additam. ad *Seldenum* de Diis Syris p. 243. Sitne *Moloch* numen idem, quod aut *Iupiter*, aut *Mars*, aut *Saturnus*, aut sigillatim *Saturnus coelestis*, nunc quidem nihil ad me. Praeter interpretes Sacri Codicis V. et N. T., legi possunt *Seldenus* l. c. syntagm. 1 c. 6 toto, *Beyerus* Addit. p. 242 — 262, *Michaëlis* Suppl. Lex. Hebr. p. 1231, 1514. Numen Ammonitarum fuisse, ex 1 Reg. XI. 7 certo novimus; non item, an quoque Aegyptiorum veterum, et circa tempora Mosis. Nomen *Moloch* Aegyptium habitum non est a *La Crozio* et *Iablonskio*. Nec legitur ⲙⲟⲗⲟⲭ in versione Coptica Levit. XVIII. 21, XX. 2 sqq., sed ⲁⲣⲭⲱⲛ, ut Alexandrini habent ἄρχων. Servatum est quidem ab interprete Copto utroque, Memphitico et Sahidico, Act. VII. 43; sed huic consequens nequaquam est, ut vox Aegyptia debeat existimari, cum interpretes reliqui omnes, quod sciam, eamdem retinuerint, non tantum in Act. Apost., sed etiam in V. T. locis plerisque. Recte ergo Scholiastes ad Levit. XVIII. 21, τὸ Ἑβραϊκὸν, Μολὸχ ἔχει, καὶ οἱ λοιποὶ δὲ ἑρμηνευταὶ τοῦτο τεθείκασι.

NAPHTHVCHAEI, נַפְתֻּחִים, Gen. X. 13,

 1 Chron.

1 Chron. I. 11, qui fuerint, et unde dicti, id in controversia est. Legantur *Bochartus* lib. IV Geogr. c. 29 et *Michaëlis* part. I Spicilegii Geogr. p. 267—270, Suppl. ad Lex. Hebr. p. 1663, 1664. Nomen esse Aegyptium, ambo agnoscunt, ducuntque ex Νέφθυς, de qua *Iablonskius* in Pantheo atque supra in Glossario p. 160, 161. Non longe abit *Forster* in Epist. p. 15, sed addit, vocem ⲬⲰⲒ vel ⲬⲀ non raro *terram* significare, nomen igitur fore ⲚⲈϤ-ⲐⲎⲞⲨⲬⲀ, *terram ventosam*, *Nephtheucha*, intelligi vero debere terram desertam Aegyptum inter et Arabicum sinum.

NECHO, nomen proprium regis aut forte regum plurium Aegypti, adiectum communi ipsorum nomini *Pharao*, 2 Reg. XXIII. 29, 2 Chron. XXXV. 20, Jerem. XLVI. 2, alibi. Hebraice scribitur נכו, Graece Νεκῶς et Νεκώ ab *Herodoto* II. 158, 159, IV. 42, Νεχαώ in *Fl. Iosephi* Ant. X. 5, 6, et apud interpretes Alexandrinos, Νεχαώς lib. V *Iosephi* de B. I. 9. 4. Nomen esse origine Hebraeum, opinantur *Leusdenius*, *Simonis*, alii. Male. Rectius habetur Aegyptium. Vid. *Michaëlis* ad Ieremiae l. c. et Suppl. ad L. H. p. 1639, monens, Alexandrinos, linguae rerumque Aegyptiarum peritiores, sapienter sua in interpretatione retinuisse Νεχαώ. Notationem nominis nescire me fateor. Coniecturis valde incertis equidem nolo indulgere. Fieri tamen potest, ut ex rebus, ab isto rege gestis, quas *Herodotus* narrat, et *Vignolius* t. II Chronol. p. 133—148 docte illustrat, lux clarior aliis affulgeat.

NEEΛ ab Aegyptiis sermone patrio vocabatur *Rhinocorura* s. *Rhinocolura*, si fides *Epiphanio* Haer. XLVI (LXVI) c. 83 p. 703, scribenti, Ῥινοκόρουρα γὰρ

γὰρ ἑρμηνεύεται Νεέλ· καὶ οὕτω φύσει οἱ ἐπιχώριοι αὐτὴν καλοῦσιν, ἀπὸ δὲ τῆς Ἑβραΐδος ἑρμηνεύεται, κλῆροι. Videntur οἱ ἐπιχώριοι distingui ab Hebraeis, atque adeo intelligi Aegyptii. *Petavius* in animadv. p. 270 monet, *Epiphanium* in nomine Νεέλ ante oculos habuisse Hebraeum נַחַל, cum Alexandrini עַד־נַחַל מִצְרַיִם Ies. XXVII. 12 vertissent ἕως Ῥινοκορούρων. Verba *Epiphanii* non neglexit *Ikenius*, ut ostenderet, non significari Nilum, sed exiguum flumen sive torrentem ad Rhinocoluram, in mare mediterraneum labens. Scripserat *Millius* dissertationem de Nilo et Euphrate Terrae Sanctae terminis, insertam Diss. Misc. p. 183—220. De Nilo aliter iudicabat *Ikenius* t. II Differt. p. 95—138. Caussam deinde suam tutatus est *Millius* in Disputatione Exegetica, a. 1746 edita. Respondit *Ikenius* in Symbolis Literariis t. III p. 222—225, 388—519. Opposuit ei *Millius* a. 1749 Dissertationem Exegeticam secundam de Nilo Terrae S. termino. De re eadem disceptarunt *Mullerus* in Satura Obs. cap. 9 et *Michaëlis* in Suppl. L. H. p. 1626—1628. Nemo eorum praeteriit testimonium *Epiphanii*. Omnes fere Νεέλ ex נַחַל illustrandum censuere. Attamen *Michaëlis* not. ad *Abulfedae* Descr. Aeg. p. 68, 69, ita scribit: „ Si quis de nomine antiquo et Aegyptio (*Neel* aut *Nechel*) urbis certi quid docuerit, quod forte ex linguae Copticae monumentis antiquioribus fieri possit, non ingratum geographiae et historiae studiosis facturum putem".

ΝΕΙ͂ΛΟΣ, *Nilus*. Cuius est originis? An Graecae? *Servius* ad *Virgilium* IV Georg. 291 Nilum dictum vult a trahendo νέαν ἰλύν. Quod et *Plutarchus* de Is. et Os. p. 103, cum not. *Squirii*, his verbis dicit, nec tamen notationem quaerens. Conf. Etymolog. M. p. 602. An Hebraicae a נְבַל

Ea

Ea plerorumque est sententia, virorum etiam in republica literaria principum, in quibus *Wesselingius* ad *Diodorum* 1. 63. An Arabicae? Placuit id *Ikenio* l. c. p. 103, *Mullero* l. l. p. 2—4, aliis. An vero rectius dicitur nomen vere Aegyptiacum? *Iablonskius* ducit ex ΝΕϨ—ⲀⲖΗϨ, ut significetur fluvius *certo et determinato tempore adscendens.* V. Pantheon part. II p. 156 sqq. Non discordat *Georgius* ad Fragm. Liturg. p. 321. Cum sit tantum ad nostram usque aetatem opinionum divortium, quis miretur, *Scaligerum* in notis ad *Festum* p. 14 scripsisse: „ Cur *Nilum* vocarint, non magis mihi liquet, quam cur *Istrum* Danubium, Eridanum Padum, Ararim Sagonam".

ΞΟΎΣ nomen insulae et urbis in nomo Sebennytico, teste *Strabone* lib. XVII p. 1154. Meminit *Plutarchus* de Is. et Os. p. 508 ed. Oxon. *Stephanum Byz.* e *Strabone* recte emendarunt *Holstenius* et *Berkelius.* Ξόϊς est quoque in *Hieroclis* Synecdemo p. 724. Alibi scribitur Ξοῦϊς, Ζόϊς, aut magis depravatum. De origine Aegyptia vix ambigitur; quae autem sit, non docetur.

'ΟΣΣΑΝΣΩΎΤΕΙΡΑ. Sic cognominatam Aegyptiace Cleopatram ex numis affirmat *Scaliger* ad *Eusebii* Chronicon p. 267. Tantum virum incaute alii secuti sunt. Neque vox est Aegyptia; neque ita legitur in numis, sed ΘΕΑΝ ΣΩΤΗΡΑ, vel ΘΕΑΝ ΣΩΤΕΙΡΑ. Comparetur *Spanhemius* de V. et P. N. p. 385, 409, cuius fonte hortulos suos irrigavit *Le Moyne* t. II Var. Sacr. p. 129, 130.

ΟΥΑΦΡΗ̃ est cognomen regis Aegyptii, etiam *Pharaonis* dicti, in versione Graeca Ierem. XLIV. 30. Hebraice scribitur חָפְרַע, pro quo *Michaëlis* malit חָפְרֵע. Diu ante eum idem placuit *Scaligero* ad *Eu-*

so-

sebium p. 82. Communi *Pharaonis* nomine solo appellatur Ierem. XXXVII. 5, 7, Ezech. XXIX. 3. Intelligitur rex idem, qui dicitur Ἀπρίης ab *Herodoto* II. 161, 162, 169, IV. 159, et *Diodoro Sic.* I. 68, ubi notavit *Wesselingius*. Vide eumdem ad *Herodotum* p. 186, sed inprimis *Vignolium* t. II Chronol. p. 148—150. Cognomen regis Aegyptiacum non una ratione pingitur, Οὐαφρῆ, Οὐαφρῆς, Οὐάφρις, *Vaphres*, *Ephrée*, *Waphris*. Longius recedit Φρήν, quod habent *Aquila* et *Theodotion*, sed forte culpa librariorum, ut suspicatur *Montfauconius*. Quando retinetur Οὐαφρῆ, quod est in Graeca interpretatione Ieremiae, item apud *Clementem Alex.* lib. I Strom. p. 395, haud contemnenda est *Iablonskii* coniectura, Aegyptios Pharaonem istum vocasse ΟΥΗΒ—ΦΡΗ, litera Β in hoc nomine, ut euphoniae consuleretur, absorpta a sequente litera Φ. Vide Differt. VIII de Gos. § 4 in not., et Panth. part. I p. 304. *Hophra* igitur esset *Sacerdos Solis*; cuiusmodi cognomen dignitati regiae in Aegypto haudquaquam repugnat.

ΠΑ'ΚΤΩΝ, genus navigii Aegyptiaci, ut auctor est *Strabo* lib. XVII p. 1173. Quae lectio si vera est, vocabuli origo me fugit. Ex *Forsteri* coniectura si legitur Παίθων, explicationem non tam esse difficilem, monui p. 432. E codice Mediceo varietatem lectionis exemplo meo *Gronovius* non adscripsit.

ΠΑ'ΡΕΜΦΙΣ, urbs Aegypti, cuius meminit *Stephanus Byz.* in v. In numo Caii occurrit nomen ΠΑΡΕΜΦΙΤΩΝ, monente *Holstenio*. De numine *Remphah*, ΡΗΜΦΕ, urbem dictam esse coniecit *Iablonskius* de Remphah p. 81. Eamdem forte *Abulfeda* in Descr. Aeg. p. 9 appellat *Farama*, pro quo Copti aiunt *Baramus*, monente *Michaëlis* in notis p. 48.

ΠΗ-

ΠΗΛΟΥΣΙΟΝ, *Pelusium*, ἀπὸ τοῦ πηλοῦ accepisse nomen, *Strabo* scribit lib. XVII p. 1155, et vulgo creditur. Aliter *Kocherus* t. II Miscell. Obs. Crit. p. 138, cuius haec verba sunt, „ Parum fit verisimile, antiquam sane Aegypti urbem Graeco nomine insignem fuisse, quare malim, manente commodissima hac nominis ratione, ab Aegyptiaca voce ⲗⲱϩⲍϩ, βόρβορον et πηλὸν significante, praeposito articulo ⲡⲓ, illud derivare, quod et sono et significatione cum Graeco πηλός forte congruens, Graeco etymo occasionem dederit". Nisi fortasse alia officiant, non certe oberit mutatum ⲡⲓ in Πη, cum dialecto Thebaica articulus quoque ⲡⲉ scribatur.

PIBESETH, פִּי־בֶסֶת, Ezech. XXX. 17, videtur eadem urbs, quae *Bubastus*. V. supra p. 53, not. An *Pibeseth* Aegyptiace ⲡⲓⲃⲁϣⲧ dicta? Conf. *Iablonskius* p. II Panthei p. 82, 83.

PIHACHIROTH, פִּי־הַחִירֹת, Exod. XIV. 2, 9, pro quo tantum הַחִירֹת Num. XXXIII. 8. Nec de situ loci, seu in deserto Arabico, sive in ipsa Aegypto, neque de nominibus aliis, tam antiquo, *Cleopatris*, quam recentiori, *Ad-Sjerud*, hic disputandi locus est. Quarum rerum cupidi consulant *Pocockium* in Descript. Or. t. I p. 227 vers. Belg., *Shawium* t. II Itin. p. 60—62 vers. Belg., et *Schutte* in dissert. de itinere Israel. per desertum p. 18—20. Ad institutum meum maxime attinet indagatio nominis *Pihachiroth*. Diu ac varie originem vocis e lingua Hebraea duxerunt interpretes, opinantes, פִּי significare τὸ στόμα, ut ipsi Alexandrini praebent, *ostium*, *fau-*

fauces, *vallem*, aut quid aliud, חירות esse *foramina*, *siccitates*, *libertates*, cet. Malim habere in numero vocum Aegyptiarum, praeeunte *La Crozio* apud *Vignolium* t. I Chronol. p. 637, et *Iablonskio* Diss. v de Gos. § 9, qui plura exemplo suo adscripsit, deinde a me vulganda. Non dissentit *Schutte* p. 20. Est ergo ⲡⲓ-ⲁϫⲓ-ⲣⲱⲧ locus viridi gramine ornatus. Mira tamen possit videri inconstantia interpretum Graecorum et Coptorum. Praebent Alexandrini Exod. XIV. 2, 9, ἀπέναντι τῆς ἐπαύλεως. Vt assolent, Copti eos sequuntur, ⲙⲡⲉⲙⲑⲟ ⲛ̀ϯⲉⲣⲃⲓ. At vero Num. XXXIII. 7 et 8 Alexandrini praebent τὸ ϛόμα Εἰρώθ atque solum Εἰρώθ, Copti ⲣⲱϥ ⲙⲡⲓⲣⲱⲑ et ⲡⲓⲁⲣⲟⲑ. Maior constantia est, non bonitas, auctoris novae versionis Graecae Pentateuchi ex unico codice Veneto, in qua ter τὸ ϛόμα τῶν Ἡρῶν, semel πρόσωπον τῶν Ἡρῶν. An intelligi voluit Heroopolin? An scripsit Ἡρώθ, quod pro Εἰρώθ est in codice MS. interpretis Alexandrini?

PITHOM, urbs ab Israelitis in Aegypto condita, Exod. I. 11. Interpretes Alexandrini scribunt Πειθώ, Πιθώμ, Φιθώμ, quae est in codicibus varietas lectionis. Coptus habet ⲡⲉⲑⲱⲙ, non tantum isto in loco, sed etiam Gen. XLVI. 28, 29, ubi Graeci de suo addiderant καθ' Ἡρώων πόλιν, quod codices Hebraei omnes ignorant. Esse *Pithom* nomen Aegyptium, vix dubitatur. *Hasaeus* in Biblioth. Brem. Cl. v p. 595 ducit ex ⲡⲓ et ⲑⲱⲙ, cui, sed incerta fide, attribuit notionem *herois*. Etenim comparatio interpretationis Alexandrinae et Copticae Gen. XLVI rem ad liquidum non perducit. *Iablonskius* Diss. v de Gos. § 9 vertit *terminum maris*. *Forsterus* in Epist. p. 31 ⲡⲉⲑⲱⲙ significare scribit locum *clausum*, *munitum*,

tum, *macerie cinctum.* Ita fere *Mullerus* in Sat. Obſ. p. 191. Certum eſt, ϭⲱⲙ poni de *maceria* Eph. II. 14, et pro *obturare* Pſ. LXII. 11, ut monet *La Crozius* in Lexico. Eſtne *Pithom* eadem urbs, quae non modo a. *Stephano Byz.* vocatur Πάτουμος, πόλις Ἀραβίας, ſed et ab *Herodoto* II. 158, ad q. l. legendus *Weſſelingius.* Adde *Vignolium* t. I Chronol. p. 624, Anonymum in Miſc. Obſ. Crit. vol. III p. 33, 34, et *Schutte* l. c. p. 12—14. In *Antonini* Itin. p. 163 et 170 occurrit *Thou.* Erat in via, qua itur Peluſio Memphin, prope Hero ſ. Heroopolin. Pro *Thou* legendum *Thoum*, atque intelligendum *Pithom* ſ. *Patumum*, ſuſpicatur *Schutte*, Theologus liberaliter eruditus; cuius coniecturae forte non puduerit magnum *Weſſelingium*, haeſitantem, quid de *Thou* exiſtimari fas eſſet.

פִּשְׁתָּה, *linum*, *goſſypium.* Saepius invenitur in libris Moſaicis, item Ieſ. XIX. 9, XLII. 3, XLIII. 17, Hoſ. II. 9. E dialectis O. O. alia atque alia ratione vocem illuſtrare interpretes conantur. Cum Ioſ. II. 6 mentio fiat פִּשְׁתֵּי עֵץ, eſſe eam origine Aegyptiam, ſcribendamque ⲡⲓϣⲉⲁⲧⲍⲓ, opinatur *Forſter* de Byſſo p. 63, 64. Originatio multis videbitur tortuoſa et obſcura.

RAAMSES, urbs in Goſenitide, ab Hebraeis condita, Exod. I. 11, ubi dicitur רַעַמְסֵס, ab interpretibus Alexandrinis Ῥαμεσσῆ, quod etiam legitur Gen. XLVI. 28 pro אֶרֶץ גֹּשֶׁן. Longior diſputatio *Michaëlis* in Suppl. Lex. Hebr. p. 2256—2261, aut *Mulleri* in Sat. Obſ. p. 188—190, non me ſuſpenſum detinebit, tantum de origine nominis quaerentem. *Iablonskius* Diſſ. IV de Goſ. § 8 urbem Aegyptiace ap-

appellatam iudicat ⲣⲏⲙⲉϣϣⲏ, *agrum ſolis*, non diverſam ab *Heliopoli*. Adſentitur *Forſterus* in Epiſt. p. 30, et *Schutte* l. c. p. 4—7. Arabibus Heliopolis dicitur عين شمس, *Fons Solis*, vel *Oculus Solis*. Vide *Schultenſium* Ind. Geogr. in Vit. Saladini v. MISR, et *Michaëlis* ad *Abulfedam* p. 125 ſqq. Ex ſententia *Mulleri* fuit Raamſis nomen Aegyptium ⲣⲱⲙⲥⲱⲥ, per compendium pro ⲃⲁⲕⲓ ⲣⲱⲙⲥⲱⲥ, *civitas hominum paſtorum*, deinde vocata Αὔαρις.

SAÏD, *Aegyptus ſuperior*. Vtrum id nomen ei datum ſit ab Arabibus, Aegypti victoribus, an ex Aegyptio Arabice verſum, non prorſus certum iudicatur. Vid. *Michaëlis* ad *Abulfedam* p. 9.

ΣΑΜΑΘΩ'. In ſcidula, Gloſſario adiecta, *Iablonskius* annotarat: „Σαμαθώ, *magnus*, obſervante *La Crozio* meo in Collectaneis ſuis MStis." Fruſtra vocabulum quaeſivi in Lexico *La Croziano* et libris Coptorum. Aliud agens, tamdem loco alieno inveni, apud *Stephanum Byz.*, p. 525 ſcribentem, ΜΑ'ΓΝΑ, *νῆσος Λιβυκή. Ἀλέξανδρος ἐν τρίτῳ Λιβυκῶν, ἡ κατὰ τὴν Λιβύων φωνὴν Σαμαθὼ, ὅ ἐστι μεγάλη· τὸ ἐθνικὸν Μαγνίτης, διὰ τὸν Λιβυκὸν τύπον καὶ τὸν Αἰγύπτιον.* Fuiſſe inſulam *Lyciae*, non *Libyae*, in qua nulla iſto nomine inſula memoratur, obſervat *Bochartus* lib. II Geogr. c. 12 p. 745, cuius verba repetunt *Berkelius* et *de Pinedo*. Vox Σαμαθώ habetur Punica, ducta ex עצמה vel שמימה. Quidquid id eſt, de origine Aegyptia nihil conſtat.

SENATOR, *primus arietis decanus*, in codice *Firmici* MS., quo uſus eſt *Scaliger*. In editis legitur *Aſiccam*, attamen ſequitur *Senacher*. Vocem *Senator* explicari poſſe ⲥⲓⲟⲩ ⲛ̀ⲑⲱⲣ, levis coniectura eſt *Iablonskii* in Theſ. Epiſt. *La Croziano* t. I p. 177.

SIN, סין, Ezech. xxx. 15, 16, Ief. xlix. 12, creditur vulgo nomen *Pelufii* Aegyptium. Recte, an fecus, vix dicam. Comparentur annotationes *Doederleinii* ad Ieremiae l., *Forfteri* in Epift. p. 33, 34, *Michaëlis* in Spec. Geogr. part. II p. 32—42, et Suppl. Lex. Hebr. p. 1741, 1742.

ΣΚΙΓΚΟΣ, *Crocodilus terrefiris*, de quo *Diofcorides* lib. II de Mat. Med. c. 71, Σκίγκος ὁ μὲν τίς ἐςιν Αἰγύπτιος, ὁ δὲ Ἰνδικὸς, ἄλλος ἐν τῇ Ἐρυθρᾷ γεννώμενος· ἕτερος δὲ ἐν τῇ Λιβύᾳ (non Λυδίᾳ, ut alii legerunt) τῆς Μαυρουσιάδος εὑρίσκεται. Nomen fine dubio Aegyptium dicit *Wahl* in notis ad *Abdollatiphum* p. 143, incertior tamen de ipfa origine. En verba: „Ich dürfte ihn vielleicht Koptisch *ισκεν-γηρ* (ϭCKEN—XHP) den Uferfpion, oder *ισκεν-χαρουκι* (ϭCKEN—XAPOYKI) den Uferkrokodil, oder *ισκεν-ουόρ* (ϭCKEN—OYZOP) den Uferhund fchreiben". Si *litoris* five *ripae* ratio posfet haberi, rectius huc referretur Aegyptium CKEN, et *κος* diceretur terminatio Graeca.

ΣΤΙΛΒΩΝ, nomen Planetae apud Aegyptios. *Ioannes Laurentius Philadelphienfis Lydus*, in opufculo de Menfibus p. 21, fcribit, Τὴν δὲ τετάρτην ἡμέραν Στίλβοντι, ἑνὶ τῶν πλανήτων κατ' Αἰγυπτίους οὕτω καλουμένῳ, ἀνέθεντο· — Ἑρμοῦ δὲ τοῦτον Ἕλληνες εἶναι βούλονται. In codice libelli Barberiniano nihil hic de Aegyptiis. Certe ad ipforum linguam Στίλβων non pertinet. Nomen Graecum eft ftellae Mercurii, non Veneris, quod alii volunt. Vid. *Cicero* II de N. D. c. 20, *Suidas* v. Ἐποχή, c. n. *Kufteri*, et *Hefychius* v. Στίλβων, ibi *Alberti*.

ΣΩΓΧΙΣ, nomen proprium Archiprophetae Aegy-

gyptii, cuius discipulus fuisse Pythagoras dicitur, apud *Clementem Alex.* lib. I Strom. p. 356, ubi pro Σώγχηδι, quod retinuit *Potterus*, rectius legi Σώγχιδι *Sylburgius* notarat. Testatur *Iamblichus* de V. P. c. 2 et 3, testantur et alii, Pythagoram, auctore et suasore Thalete, in Aegyptum esse profectum, et se tradidisse in disciplinam prophetarum. Sonchidis vero non meminerunt. Negligenda non est annotatio, quam debeo humanitati *Wyttenbachii* nostri. „*Clemens Alex.* aut ex turbidis haurit fontibus, aut limpidos turbat: certe hausisse videtur ex *Plutarcho* de Isid. & Os. p. 354. D. Idem in Solone p. 92. E. Solonis doctores *Psenophin* et *Sonchin* memorat."

TACONA urbs eadem fuit, quae *Heracleopolis*, Aegyptiace appellata ⲐⲀⲬⲰⲚ, ἡ Ἡρακλέους, vel Ἡρακλεόπολις. Ita *Iablonskius* in notis MSS. ad Diss. de Gosen p. 84.

TOPAZIVS. De ipso lapide, non est, ut hic quidpiam dicatur, sed duntaxat de origine nominis. Quam qui quaererent in Graeco verbo τοπάζειν, *quaerere*, *investigare*, lepide fallebantur. Si fides aliis apud *Plinium* XXXVII. 32, *Topazin* lingua Troglodytarum habet significationem *quaerendi*, atque inde dicuntur *Topazos* insula et lapis *Topazius* sive *Topazium*. De verbis *Plinii* dictum est p. 437. Nasci lapidem istum in sinu Arabico, vel in Ophiode insula, veteres una fere voce testantur. Vide *Diodorum Sic.* III. 39 c. n. Wesselingii. Iungatur *Psellus* de Lapidibus p. 36, scribens, Τοπάζιον λίθος ἐστὶ διαφανὴς, ὑέλῳ παρεμφερής· φύεται δὲ εἰς τὸν Ἀρραβικὸν [Ἀραβικὸν] λεγόμενον κόλπον ἔν τινι πελαγίᾳ νήσῳ, ubi *Bernard* citat Glossas Iatricas MSS., in quibus, Ἀράβιος λίθος, ὁ Τοπάζιος. In verbis *Epiphanii* de XII Gemmis p. 7, *inventus est autem*, lapis Topazius, *in Topaze civitate Indiae*, utrum significetur Aethiopia, an Arabia, incertum videtur. Legantur *Fogginii* annotationes. Addit

 Epi-

Epiphanius, Topazium *Alabaſtris quibusdam negotiatoribus parvo pretio venditum* eſſe, *Alabaſtros quoque Thebaeis pretio diſtraxiſſe maiori*, *Thebaeos nihilominus obtuliſſe reginae*, *quae tunc temporis imperabat*. Alabaſtri ſive Alabaſtritae et Thebani erant Aegyptii. Parum abeſt, quin exiſtimem, *Indiam* ex mente *Epiphanii* eſſe *Aegyptum*, quae eodem nomine appellatur ab *Hygino* Tab. CCLXXV, *Iovis in India Thebas*, rel. Intelligi Thebas Aegyptias, docent verba ſequentia. Conf. ad iſtum locum *Munckerus* et *van Staveren* p. 392. Diſputata a me pertinent inprimis ad originem nominis, quae aut Arabica iudicatur, aut Aegyptia. *Forſterus* in Mantiſſis Aegypt. p. 121 ſqq. Topazium dictum cenſet de promontorio, quod a Ptolemaeo appellatur Βάζιον, ſitum in vicinia Topazi inſulae, ab Aegyptiis forte vocatum ⲧⲁⲡ—ⲁⲃⲁϫⲏⲥⲛⲥ, vel ⲧⲁⲡ — ⲃⲁϫⲏⲥⲛⲥ, *Tap - badſelni*. Coniecturam magno eruditionis apparatu exornavit *Forſter*, non tamen, ut puto, omnibus perſuaſit. Scire admodum deſiderabam, an a *Teifaſchio*, in libro MS. de Gemmis et Lapidibus pretioſis, Topazius quoque commemoratus eſſet. Dubius haerebam, quia de eo plane nihil in argumento capitum, quod extat in Specimine Arabico Cl. *Ravii* p. 43, 44. Ea de re a me conſultus, item, an e *Teifaſchio* vel aliunde fortaſſe vocis *Topazium* origo, ſeu Aegyptiaca, ſive Arabica, poſſet conſtabiliri, comiter reſpondit Vir Cl. his ipſis verbis:
„ *Topazii* nomen neque apud *Teifaſchium* neque apud
„ alium ullum ſcriptorem Arabicum inveni. Eſt in
„ Bibliotheca Reipublicae Gallicae codex manu exara-
„ tus verſionis Arabicae libri *Ariſtotelis* περὶ λίθων.
„ Agitur in eo de LXXV lapidum generibus; in quo-
„ rum tamen catalogo, quem debeo humanitati illu-
„ ſtris *de Sacy*, *Topazius* non invenitur. Neque Per-
„ ſis hoc nomen uſitatum eſſe credo. Certe in tractatu
„ Perſico *Thuſii* de gemmis, cuius apographum poſſi-
„ det

„ det Bibliotheca Leydenſis, non occurrit. Puto „ gemmam, quae nobis *Topazius* appellatur, apud „ Arabes ſub nomine *Hyacinthi flavi* الياقوت الاصفر „ contineri, quod jam obſervavi, ſpeciminis *Teifa-* „ *ſchaei* p. 91. Apud veteres nomen hoc longius „ patebat, atque de pluribus diverſis gemmarum ſpe- „ ciebus adhibebatur; non tamen prorſus eadem ſigni- „ ficatione Graecis accipiebatur ac Latinis. Ad illu- „ ſtrandam obſcuri vocabuli originem nihil novi affer- „ re poſſim. Nam quae alii ſcripſerunt, imprimis de „ inſula quadam maris rubri *Topazion* dicta, ea tibi „ notiſſima eſſe ſcio".

THAMMVZ, תמוז, nomen idoli, Ezech. VIII. 14, incertum, cuius. Alii aliud intelligunt, ex. gr. Venerem, Bacchum, Orum, Apin, Serapin, Iſidem, Oſiridem, Adonidem. Legendus prae ceteris *Seldenus* de Diis Syris p. 330—340, et *Beyerus* in Additam. p. 312—317. Iungantur tamen *Lowth* et *Venema* ad Ezechielis locum. Si *Thammuz* fuerit *Adonis*, et numen origine Aegyptiacum, quae multorum eſt ſententia, negligi haud debet, quod auctor Chronici Paſchalis ſive Alexandrini habet p. 130, Θαμὺζ, ὅπερ ἑρμηνεύεται Ἀδονίς (Ἄδωνις). De notatione nominis magnopere non ſolum indocti, ſed etiam docti diſſentiunt. Praeeunte *Kirchero*, vocem eſſe *Aegyptiacam*, alii autumant. Vide *Blumbergi* praefat. ad Fund. L. Copt. p. 24. Rectius forte alii cenſent Hebraicam, de ipſa tamen etymologia multum diverſi. Conſulatur unus *Venema* p. 171—173, cuius coniectura, pro את התמוז legendum אתה תמוז *veni Thammuz*, ſi tam foret probabilis, quam eſt ingenioſa, aliunde poſſet illuſtrari et exornari. Sed id nunc non ago.

TROË. „ Mons ſitus ex oppoſito Mempheos, et vicus appoſitus ei, vocabatur *Troë*, teſte *Strabone*; et nunc mons idem obtinet nomen *Iebel Tourah*, id

vero quoque Aegyptium est ⲦⲰⲞⲨ—ⲢⲎ *Touré, mons Solis*". Verba sunt *Forsteri* in Epistol. p. 31, cui ante oculos obversabatur locus *Strabonis* lib. XVII p. 1162, ὃν πέραν (in scriptis codd. ὅπερ, monente *Casaubono*, in Mediceo tantum πέραν, omisso ὃν, ut *Gronovius* meo in exemplo notavit) ἐν τῇ Ἀραβίᾳ, Τρωϊκόν τι καλεῖται πετρῶδες ἱκανῶς ὄρος, — καὶ κώμη πλησίον — Τροία καλουμένη, κατοικία παλαιὰ τῶν — Τρώων. Adde *Diodorum Sic.* I. 56. cum not. *Wesselingii* p. 66.

ΤΥΗΛΙ'Σ, vicus Aegypti, teste *Stephano Byz.*, deinde urbs, eaque princeps et sedes Episcopi. Vide *Cellarium* Geogr. Ant. lib. IV p. 47, ex quo intelliges, dici ab aliis Τψηλή, haberique nomen Graecum, loco inditum a situ altiori. In Numo Hadriani Imp. est ΤΥΗΛΙτων, appicto ariete, quod symbolum forte petitum ab urbis etymo, observante *Zoëga* in Num. Aeg. Imp. p. 124. Nam ⲞⲨⲞⲂϢ Coptis *albus*, ⲰⲒⲖⲒ *aries*; inde Οὐβσοιλὶς et Τψηλὶς, pari fere pronunciatione. In *Hieroclis* Synecdemo p. 731 est Τψηλή, ubi *Wesselingius* alia.

ΦΑ'ΡΒΑΙΘΟΣ nomen Aegyptium est urbis inter Bubasticum & Busiriticum amnes sitae. Nomen ⲪⲀⲢⲂⲀⲒⲦ Lexico suo inseruit *La Crozius* p. 109. A Graecis varie scribitur. Rectum est Φάρβαιθος, redditumque *Hierocli* a *Wesselingio* p. 728, auctoritate *Ptolemaei* et *Stephani Byz.*, quibus adjungatur *Herodotus* II. 166, ubi Νομὸς Φαρβαιθίτης, et inprimis numus Hadriani Imp., in quo ΦΑΡΒΑΙ. Primum e Museo Regio editus est a *Belley* tom. XXVIII Comm. Acad. Inscr. p. 543, 544, deinde a *Zoëga* in Num. Aeg. Imp. p. 118, insuper monente, *Pharbaithum* nomen accepisse a palmarum proventu, Ⲫ—ⲈⲢ—ⲂⲎⲦ ὁ φέρων φοίνικας. Quae observatio si vera est, non male ab aliis nomen pingitur Φάρβητος.

ΦΙ-

ΦΙΛΑΙ', urbs et insula in Aegypto, cuius mentio perfrequens fit. Sita erat supra Syenen. Nomen varie scribitur. *Herodoto* IV. 178 dicitur insula Φλά, conspirantibus codicibus scriptis omnibus, quamvis ex eo dederit *Stephanus Byz.* Φίλα. Conf. *Wesselingius*, et ad *Diodorum Sic.* t. I p. 25, qui vocat Φίλας. Apud *Steph. Byz.* v. Ταχομψός pro Φιλία reponendum esse Φίλα, dudum animadvertit *Salmasius*. *Strabo* mox praebet Φυλάς l. XVII. p. 1155, mox Φιλάς p. 1173. Prius servavit *Tzetzes* ad *Lycophronem* v. 212. In *Antonini* Itiner. p. 164 *Philas*, ubi quondam ex barbari temporis usu *Filas*, dedit *Wesselingius*, quem vide et *Suritam* in notis. A *Lucano* etiam appellantur *Philae* l. X v. 313, dicunturque *Aegyptia rura*, *regni claustra*, ubi alia eruditi interpretes. Nomen *Philarum* sine dubio restituendum in *Olympiodoro* apud *Photium* in Bibliotheca. cod. LXXX p. 193, ubi διέχοντος ἀπὸ τῶν Φίλων διάςημα ἡμερῶν πέντε, lepido errore, vertitur, *a meis* contribulibus *quinque dierum intervallo distantem*, cum paucis ante locutus esset de Thebis et Syene, urbibus Aegyptiis. Idem nomen *Plutarcho* ut redderetur, voluit *Wesselingius* ad *Diodor. Sic.* l. c., cum antehac ederetur πύλαις, de Is. et Osir. p. 359. Eodem circiter tempore *Squirius* Φίλαις probavit, recepitque nuper *Wyttenbachius*, Vir Cl., p. 326. Quid plura? Ne lectori gravis sim ac molestus istiusmodi observationibus Geographicis, aut longius ab instituto aberrem, adiiciam pauca de origine nominis. Estne Graeca? Ita vulgo statuitur. Favent *Diodorus Sic.* l. c., *Seneca* apud *Servium* ad *Virgilii* Aen. VI. 154, *Procopius* l. I de bello Pers. c. 19, Scholiastes ad *Lucani* l. c., alii. Saepe ac diu multumque equidem dubitavi, suspicatus, nomen esse Aegyptium, lumen praeferente *Reinesio* l. II Var. Lect. c. 5. Suspicioni non paulum firmamenti ac roboris accessit ex consensu Amplissimi *Akerblad*, mihi per literas anno superiori significantis, nomen non sibi

videri Graecum, inveniſſe autem ſe iſtius germanam etymologiam, quam, ut et reliquas obſervationes, ad hoc Gloſſarium pertinentes, utinam Viro eximio per negotia publica, quibus nunc praepeditus eſt, quam primum cum eruditis liceret communicare. Quas dum avidiſſime exſpectamus, contenti ſimus, animadverſione *Forſteri* in Epiſt. p. 36, urbem *Philarum* Aegyptiace dictam ſuſpicantis ⲫⲟⲩⲏϫⲁⲗⲏⲥ vel ⲫⲟⲩⲟϫⲁⲗⲏⲥ, *altam habitationem.* Adiungit, forte *Philas* intelligendas Ieſ. LXVI. 19, ubi פּוּל, ita tamen, ut eodem nomine omnis Nubia, quae certe eſt *ſuperior habitatia*, quam reliqua Aegyptus, exprimi videatur. Alia dedit *Michaëlis* Suppl. L. Hebr. p. 2005.

ΦΥΣΑ piſcibus Niloticis annumeratur a *Strabone* lib. XVII p. 1179, et *Athenaeo* lib. VII c. 88 p. 142. Dicitur *Aeliano* in H. Anim. XII. 13 ἰχθὺς Αἰγύπτιος, *θαυμάσαι ἄξιος*, certe admirabilis, ſi vera ſunt, quae, fide aliorum, de Phyſa ibidem narrantur. Sitne nomen Graecum, an Aegyptium, dubito. Certe in *Forskali* Deſcript. Animal. neque piſcem inveni, neque nomen huic ſimile. Pleraque nomina piſcium Niloticorum, de quibus *Athenaeus* l. c., videntur Graeca, pauca tamen Aegyptiaca. De Ἄβραμις dixit *Iablonskius* p. 4. Ad vocem *Λάτος*, qua etiam piſcis genus, quod in Nilo flumine inprimis gignitur, eodem teſte appellatur, adſcripſit *Caſaubonus*: „opinor, verae Graeciae fuit incognitus, et id nomen, niſi fallor, vel Italicum vel Aegyptiacum". Ex *Kirchero* tamen dedit *La Croze* Lex. p. 33, ⲕⲟⲩⲗϫⲟⲧ, *lucius latus, piſcis.*

PHVT, פּוּט, Gen. x. 6, Ierem. XLVI. 9, Ezech. XXVII. 10, Nahum. III. 9. Qui ſunt *Phutaei*, et ubi quaerendi, et unde dicti? Ex omnibus, quae, poſt *Bochartum*, copioſe diſputarunt *Michaëlis* in Spic. Geogr.

Geogr. I p. 160—166, Suppl. Lex. Hebr. p. 1995, et *Forſter* in Epiſt. p. 12, 13, unum huc praecipue pertinet, coniectura nempe de origine nominis Aegyptia, ex qua *Phutaei* nomen habuerint a voce ⲠϨⲰⲦⲠ, *Occidens*, neglecta a Graecis aliisque litera poſtrema Ⲡ. Additur, *Phutaeos* habitaſſe extremam Africam verſus Occidentem. Facilius mihi eſt, etymologiam hanc iudicare incertam, quam meliorem in medium afferre.

ΧΟΝΔΡΙΤΩ͂Ν mentio fit in verſione Alexandrina Gen. XL. 16, pro Hebraico חֹרִי, in quo interpretando admodum variant et veteres et recentiores. Vide *Fagium*, *Druſium*, *Cartwrigtum* et *Roſenmullerum* ad iſtum locum, inprimis tamen *Michaëlis* Suppl. L. Hebr. p. 696 ſqq. Non meminiſſem huius vocis, niſi *Lud. Picques*, in Commercio Literario p. 321, eam exiſtimaſſe videatur Aegyptiam, ut quoque חֹרִי, de qua dixi ſupra p. 14. Qui ſecum recolat interpretis Coptici ſtudium imitandi Alexandrinos, mirari deſinet, eum quoque dediſſe ⲔⲰⲚⲦⲢⲒⲦⲎⲤ. Vox Graeca eſt. Χονδρίτην ex *Tryphone* habet *Athenaeus* l. III c. 74 p. 423, Χόνδρινον ἄρτον ex *Archeſtrato*, l. III c. 77 p. 434, ubi perperam ante editum Χόνδριβον. Apud *Suidam*, Χονδρῖτις, σεμίδαλις. *Heſychius* dedit, Χονδρίτης, σεμίδαλις, et Χονδρίτις, παχεῖα σεμίδαλις. De vario uſu vocabuli Χόνδρος nota ſunt omnia. Plura hic, opinor, nemo deſiderabit.

ΨΧΕΝΤ, inſigne quoddam regium. Vix potero huic qualicumque auctario rectius finem et modum facere, quam commemoranda voce, ſine dubio Aegyptiaca, in monumento antiquo noſtra aetate primum inventa, nusquam alibi reperiunda, nec ſatis adhuc illuſtrata. Legitur in Graeca Inſcriptione Roſetana, l. 44 Tab. aer., ſive pag. 21 ed. Cl. *Ameilhon*. In medio

dio aurearum coronarum ἀσπιδοειδῶν dicitur fuisse Η ΚΑΛΟΥΜΕΝΗ ΒΑΣΙΛΕΙΑ ΨΧΕΝΤ ΗΝ ΠΕΡΙΘΕΜΕΝΟΣ ΕΙΣΗΛΘΕΝ ΕΙΣ ΤΟ ΕΝ ΜΕΜΦ......, *regium insigne dictum* ΨΧΕΝΤ, *quo redimitus* (Ptolemaeus Epiphanes) *introivit in templum Mempheos.* Quo modo nomen scriptum sit in ejusdem monumenti parte Aegyptia, adhuc ignoro, sed valde aveo scire, multo tamen magis, quid de eiusdem notatione videatur probabile Amplissimo *Akerblad*, harum rerum hodie prae ceteris existimatori docto et intelligenti. Dubium ab initio visum est Eruditissimo *Ameilhon*, Éclaircissemens sur l'Inscription Grecque du Monument trouvé à Rosette p. 90, 91, debeatne Βασίλεια accipi de tunica regia, an intelligi diadema, sive corona regia, a reliquis decem coronis ante memoratis diversa. Tandem tamen posterius ei praeplacuit. Adiungam vero haec eius verba: ΨΧΕΝΤ *est un mot de l'ancienne langue égyptienne, dont je dois abandonner l'éxplication à ceux de nos savans, qui se sont livrés à l'étude des langues orientales.* Quorum in ordinem cum nec cooptatus sim, nec per aetatem cooptari queam, diem ex die exspectabo, ut statuant ii, quid de hac voce ac nonnullis aliis, quas equidem leviter tetigi, sit iudicandum. In ipsa senectute quotidie discere, magna mihi et mirifica voluptas.

OMISSA ET CORRIGENDA.

Pag. 1 Partem aliquam observationis *Iablonskianae* repetiit, sed nulla de caussa vocem 'Αβλαβύνιον bis praebuit *Scholzius* in Repertorio Literat. Bibl. et Orient. tom. XIII p. 1, 4, 5.

— 4 (*s*) lin penult. عمسبيبس leg. عمبيبس.

— 5 (*h*) lin. 2 legas: primum descripta a *D'Ansse de Villoison*, V. Cl., atque edita a *C. F. Ammon* a. 1790.

Pag.

Pag. 5 (*k*). Poſtquam *Iablonſkii* ſententiam de vocabulo אַבְרֵךְ verbis perpaucis memoraſſet, addidit *Scholzius* l. c. p. 3, 4, Thebaeos diphthongum ⲟⲩ ſaepiſſime vertere in ⲁⲩ, ſed et ex ⲁⲩ per ſyncopen τὸ ⲩ omittere, remanente tantum litera ⲁ; hinc vero ex ⲟⲩⲃⲉ–ⲣⲉⲕ oriri Sahidicum ⲁⲃⲉ–ⲣⲉⲕ, quod Moſes expreſſit אַבְרֵךְ.

— 11 Ἀερία. *Forſter* in Epiſt. ad *I. D. Michaëlis* p. 8 Aegyptum appellatam *Aëriam* cenſet quaſi ⲏⲓ–ⲣⲏ, *Aëre*, *domum Solis.*

— 14 (*z*). Contendi poſſunt, quae *Georgius Zoëga*, ad Numos Aegyptios Imperatorios proſtantes in Muſeo Borgiano Velitris p. 173, diſſeruit.

— 15 lin. 25 *Rauffwolffs.* Legatur *Rauwolffs.*

— 16 l. 14 *à de cannes.* Leg. *à des c.*

— 17 (*b*). Conf. *Belley* in Comment. Acad. Inſcript. t. XXVIII p. 529. *Zoëga* l. c. p. 116 *Athribis* interpretatur *civitatem numinis tenebrarum*, nomenque ſcribit ⲁϫⲣⲓⲃⲏϫ, tamquam compoſitum ex ϩϫⲣ, ⲁϫⲱⲣϩ (apud *La Crozium* ⲉϫⲱⲣϩ) *nox*, et ⲃⲏϫ, ⲃⲁⲕⲓ, *urbs.* Exiſtimat Athribin facili etymo ab *Athur* ſive *Athor* duci, dea, quam Venerem interpretati ſunt Graeci. Idem iſtud verbo monuerat p. 73.

— 22 l. 13. *Pro* beleuchtet *ſcribendum* beleuchteten. Ita et infra pag. 52.

— 23 l. 21. Legatur ܒܨܘܠ.

— 25 Verba *Iablonſkii* de ⲉⲙⲉⲛⲧ, indeque ducta voce

voce Ἀμένθης, repetita sunt a *Scholzio* l. c. pag. 2.

Pag. 30 ἈΜΟΤΘΑΝΤΑΙΟΣ. Ita *Iablonskius* l. c. An potius ἈΜΟΥΝΘΑΝΘΑΙΟΣ?

— 32 *Centaurium*. Leg. *Centaureum*.

— 33 Pro Ἀνουφί forte legendum esse Ἀναχί, etiam *Scholzius* observavit p. 2.

— 33 *Antaeopolis*, urbs Aegyptia, creditur vulgo nomen sortita ab Antaeo, de quo in fabulis Herculis multa poëtae. Nec ita tantum homines proletarii, sed et viri eximii, *Iablonskius*, *Cellarius* lib. IV Geogr. A. p. 52, *Wesselingius* ad *Antonini* Itin. p. 166, ubi appellatur *Anteu*, in codice Neapolitano *Antheu*, in *Hieroclis* Synecd. p. 731 Ἀντέου, ubi iterum comparetur *Wesselingius*, monens, sic scribi pro Ἀνταίου. Si recte iudicat *Zoëga* l. c. p. 124, sperans de Graeco sive Libyco Antaeo hodie cogitare neminem, nomen est Aegyptium, ductum de voce ⲁⲛⲑⲟⲩⲥ, significante *reptile*.

— 35 (*h*). *Zoëga* l. c. p. 81 autumat, nomen *Apidis* patrio sermone fuisse ⲁⲡⲁⲥ, ⲍⲡⲥ, quo significaretur *senex*, *venerandus pater*, *dominus*.

— 37 (*n*). Pro Ἀρούηριν apud *Plutarchum* Ἀούηριν legendum opinatur *Iac. Bryant* in Observations upon the ancient History of Egypt p. 151. Quae coniectura si placeat praeclaro *Plutarchi* editori, *Wyttenbachio* meo, nec mihi levis videbitur, ceteroquin non probanda.

— 43 De verbis *Hesychii* v. Ἄτωρ eadem apud *Scholzium* l. c. p. 3.

— 44 Αὐάσεις. Comparetur *Michaëlis* not. ad *Abulfedae* Descript. Aegypti p. 3, 21—23. *Iablonskium* sequitur *Scholzius* p. 3 et 4 in explicatione huius ac vocis proximae *Achi*.

Pag.

Pag. 46 (*e*). Verbis *a*. 1741 *editis* adiungatur. p. 9—22.
— 51, 52. Eamdem notationem vocis ברמות *Scholzius* commendavit p. 5. Nomen Aegyptium fuisse *πι-εέ-μωϐυτ* (ⲠⲒ—ⲈⲌⲈ—ⲘⲰⲞⲨⲦ) existimat *Gunther Wahl* in notis ad versionem Germanicam *Abdollatiphi* Memorabilium Aegypti p. 146. — *Crocodilum* esse animal Aegypti proprium, *Iablonskius* hic monet, iterumque p. 287. Quod si velit ita intelligi, ut tantum in Aegypto, non alibi, inveniantur Crocodili, vereor ut verum scribat. Inspice *Strabonem* lib. XII p. 843, XV p. 1020, *Pausaniam* lib. II c. 28, *Aelianum* lib. XII de N. Anim. c. 41. Erat tamen animal in Aegypto et in Nilo flumine maxime frequens. Hinc in centenis numis, ad Aegyptum pertinentibus, vulgatisque a *Vaillantio*, *Pellerinio*, *Zoëga*, aliis, expressa imago Crocodili. Sed comparetur unus *E. Spanhemius* de V. et P. N. p. 148. sqq.
— 52 *Besa*. — Ex eo intelligitur, cur *Abydus*, Arabibus dicta *Ensine*, vulgari sermone vocetur *urbs magorum*, quos inde evocaverit Pharao, teste Nubiensi apud *Abulfedam* in Descr. Aeg. p. 25. Conf. *Michaëlis* in notis p. 106. Vide tamen *Ibn el-Vardi* in Aegypto p. 39, et *Faehn* in not. p. 96.
— 53 (*p*) Scribit *Stephanus Byz.* Βούβαςος nomen esse urbis Aegyptiae et templi Dianae, additque, *οἱ δ' Αἰγύπτιοι Βούβαςον τὸν αἴλουρόν φασι.* Quid vero *felis* ad *Dianam?* Docebit *Antoninus Lib.* fab. XXVIII c. n. *Munckeri* et *Verheykii*. Dubia magis est notio vocis Βούβαςος Aegyptiaca. *Felis* hoc similive nomine in Lexico non appellatur, sed ϢⲀⲨ. Missis aliis, adscribam verba *Georgii Zoëga* l. c. p. 122: „Aliud etymon a voce ⲂⲞⲨⲦⲤ, quae

quae Coptis *bellum* sonat, suadet situs excelso aggere supra reliquas Aegypti urbes eminens, ut videatur aliquando fuisse propugnaculum. Si ita, deae nomen gentilitium est, ut Dindymenae vel Cupridos: ϯⲛⲟⲩϯ ⲛⲧⲉ ⲡⲓⲃⲁⲥⲧ, dea Bubastitis, quod praecipuo ritu ibi colebatur." A vero alienum non mihi videtur, *Stephanum* existimasse, Βούβαςον Aegyptiis esse *felem*, quia in *Herodoti* II. 67. legerat, Ἀπάγονται δὲ οἱ αἰέλουροι ἀποθανόντες ἐς ἱρὰς ςέγας, ἔνθα ταριχευθέντες ἐν Βουβάςι πόλι. De urbe Βούβαςις sive Βούβαςος quaedam alia monuit *Belley* t. XXVIII Comment. Acad. Inscr. p. 534.

Pag. 54 Βούσιρις. Quatuor eodem isto nomine in Aegypto erant urbes vel oppida, testante *Abulfeda* Descr. Aeg. p. 11, 12, ad quem notavit *Michaëlis* p. 60—62. In numo Antonini, ad *Busiritas* pertinente, adstat Serapidi Bos. Observat *Zoëga* l. c p. 187, Bovem respicere videri ad urbis nomen, quod scribit ille a Bove et Iside a *Plutarcho* ductum, potius repetendum a nomine Osiridis, praemisso ⲃⲓ vel ⲃ' pro ⲡⲓ, consueto Aegyptiorum articulo, quem illi hodie quoque per ⲃⲓ efferunt. In numis Hadriani Busiriticis comparet Bos et Osiris. V. *Zoëga* p. 117.

— 56 l. 15. MS. Vossianus.

— 57 (z). Doctorum hominum sententias varias de situ regionis *Gosen* diligenter exquisivit *Iac. Bryant* in Observations upon the ancient history of Egypt p. 75—94.

— 60 (f). Similia habet *Scholzius* l. c. p. 6.

— 66 l. 21. post, *leg.* potest.

— 69 (n). Ἑρμονθίς. De scribendi nominis ratione, *Erment*, *Arment*, *Armant*, monuit *Micha-*

cha-

chaëlis ad *Abulfedam* p. 88. In tribus Hadriani numis apud *Zoëga* p. 126 legitur ΕΡΜωΝ et ΕΡΜωΝΘ. De uno dixerat *Belley* in Comm. Acad. Infcr. t. XXVIII p. 536, 537.

— 69 (*o*) لرمنت Leg. ارمنت.

— 88 Θέρμουθις. Conf. *Scholzius* l. c. p. 7.

— 92, 93 (*h*). Vide eumdem p. 30.

— 94 (*l*). Teftatur *Scholzius* l. c. p. 7, *La Crozium* in margine verfionis Copticae Pentateuchi, ubi ϨϨⲎⲂⲈⲚ, notaffe, ⲎⲈⲚ deëffe in Codice fuo MS. Reftat ergo ϨⲎⲂ, *Hib*, cui accedit Graeca terminatio ις. Dialectus Sahidica, ab adfpiratione abhorrens, praebere dicitur ⲒⲂ, *Ib*, unde Ἶβις apud Alexandrinos.

— 95, 96 *Ir Cheres*. Iunge *Forfterum* in Epiftolis ad *Michaëlis* p. 29, et quae ex iis infra p. 355 afferuntur.

— 106 (*y*). *Iablonskium* ducem habuit *Scholzius* pag. 7.

— 111 (*d*). Confulantur eruditi explanatores Antiqq. Herculanenfium tom. VIII p. 10.

— 113—115. Κόμμι. Quae de origine vocis hic leguntur, in compendium redegit *Scholzius* l. c. p. 10. Errore calami vel operarum dicitur illic ϪⲰⲘ fignificare *confolationem*. *Iablonskius* habet *confolidationem*.

— 128 (*w*). Monere neglexi, *Mignotum* in Comm. Acad. Infcript. vol. XXXVI p. 95—100 de Μανέρως prolixius difputaffe, ut oftenderet, voces Μανέρως et Λῖνος eamdem habere fignificationem. Cantilena nempe appellabatur Λῖνος, non de aliquo, cui nomen *Linus*, fed de voce Phoenicia לִנָּה *lamentatio*, orta e

ver-

verbo לון לין five לִין, quod in Hiphil habet notionem *murmurandi*, *conquerendi*, *eiulandi*. De voce altera fcribit: „ L'ancien mot égyptien *manar* ou *maner*, que les Grecs ont rendu *μανέρως*, ne fignifioit qu'*un avertiffement* ou *un fignal*. Dans les langues orientales נִיר, נוּר, ou נָהוֹר fignifie auffi *confeil*, *fouvenir*, *avertiffement*, *fignal*; de-là le nom encore en ufage dans tout l'Orient מְנָאר ou מְנָארָה, pour defigner le lieu d'où l'on donne le fignal & l'avertiffement pour la prière. Le Cantique, qui n'avoit été compofé, fuivant plufieurs Egyptiens, que pour faire *fouvenir* l'homme de fa mortalité, pour l'*avertir* de ce qu'il feroit un jour, pour l'*inftruire* & lui *confeiller* d'ufer fobrement & avec modération des biens & des plaifirs de la vie, a pu à jufte titre être appelé *manar* ou *maner*." In Lexico *La Croziano* has fimilesve voces non inveni. Forte alibi proftant. Quod fi verum, digna eft haec interpretatio, quae accuratius indagetur.

Pag. 132 (*b*). *Iablonskiana* fibi affumfit *Scholzius* l. c. p. 8.

— 137 (*f*). In numo Antonini apud *Zoëga* p. 188 Graece fcribitur ΜΕΝΦΕΙΤΗϹ, fed ΜΕΜΦΕΙΤΗϹ in aliis numis, p. 205, 392, ΜΕΜΦΙΤΗϹ p. 93, ΜΕΜΦ. p. 122.

— 139, 140 Μενεφώθ. Conf. iterum *Scholzius* p. 9.

— 141 (*l*). Ex Codice MS. Mofquenfi edidit *Matthaei* vol. 1 Anecdot. Graecorum p. 86 Ὀνόματα Μηνῶν. Illic autem Μεσωρί invenitur. Literis Arabicis nomen fcribitur مسسري in notis *Carlyle* ad *Iemaleddi-*

Abul-

Abul-Mehassen Maured-Allatafet sive rerum Aegyptiacarum annales, e cod. MS. Cantabrig. a. 1792 editos, pag. 47, pro quo امشبر apud *Abdollatiphum* p. 39 edit. Arab. Tubingensis. Loci verum sensum non assecutus erat in versione Germanica p. 135 *Wahl*, nominum Aegyptiorum, mensibus impositorum, eo tempore immemor, deinde tamen meliora doctus, p. IX praefationis.

Pag. 143 (*n*) Μεχείρ est in cod. MS. Mosq. apud *Matthaei* l. c. p. 86.

— 147, 148. Annotationem *Iablonskii* ad epistolam *Bourgueti* dedit *Scholzius* l. c. p. 9, 10.

— 147 l. penult. *Psalm.* leg. *Pseaume.*

— 153 l. 11. ius *leg.* cuius.

— 157 (*a*) Ad sententiam *Iablonskii* accedit *Scholzius* p. 10.

— 163 sqq. Paria praebet *Scholzius* p. 10. Pro Σχοίνος legas ubique Σχοῖνος.

— 169 Νομός. Perraro ea vox prostat in numis Aegyptiis. Invenit tamen *Belley* in duobus aereis Traiani et Antonini Pii. V. Comment. Acad. Inscr. Paris. t. XXVIII p. 529. Numi isti sunt maximi moduli, sed spuriae antiquitatis. Servabantur quondam in Museo Numario *Pellerinii*, qui vero ipse de legitima antiquitate dubitasse videtur. Melioris notae est numus Hadriani, in quo CAITHC NOMOC, primum vulgatus a *Zoëga* l. l. p. 105. In lapidibus literatis non memini me vocabulum Νομός uspiam legere. — In annotatione p. 169 l. 16 pro كورة ponatur دورة, nisi tamen legendum sit دارة, quod *vicum*, *tribum*, aut simile significat, et in plurali facit دُوَر. Non mihi hanc observa-

tionem debes, sed *Ravio* nostro. Quae habet *Iablonskius* p. 175, 176, de Νομός ducendo ex ⲚⲞⲘ *possessio* et ⲘⲞⲘ *plenus*, placuere itidem *Scholzio* p. 19.

Pag. 178, 179. Νοῦν. Comparetur *Scholzius* p. 10, 11.

— 181 (*u*). Pariter de origine vocis Ὄφις Aegyptia dubitat *Didymus Taurinensis* (*Valperga*) in Rudim. Ling. Copt. p. 68.

— 181 (*v*). Sententiam *Iablonskii* de אוב *Scholzius* probavit p. 19.

— 185 (*b*). Non dissentit *Scholzius* p. 11.

— 185 (*c*) Consulantur *Belley* l. c. p. 543. et *Zoëga* p. 117.

— 191. Οὐραῖος, *Basiliscus*. Lectionem vulgarem in *Horapolline* defendit, originem vocis ab ⲞⲨⲢⲞ *rex* veram existimat, et Tehbam Nasser, de quo *Alpinus* IV rer. Aegypt. 4, intelligi vult *Zoëga* l. c. p. 399, 400.

— 192, lin. 10, 11. Nec aliter de origine vocis Οὐραῖος iudicat *Scholzius* p. 19.

— 195 (*k*). In cod. MS. Mosq. est Φαωφί. V. *Matthaei* vol. I Anecd. Gr. p. 86.

— 198 (*p*). Non discedit *Scholzius* p. 21; sed male illic ⲠⲞ pro ⲠⲀ pingitur.

— 203, 204, *Phiala*. Paria dedit *Scholzius* p. 11, 12.

— 204, lin. 4. ϕⲀⲀⲖ. Legas ϕⲓⲀⲖ.

— 223 (*r*). Vocem جرابي, notione *templi*, ab Aegyptiis sumtam esse, opinatur quoque *Wahl* ad *Abdollatiphum* p. 187.

— 223 (*s*). Pro برلم leg. برام.

— 224 lin. 10 leg. اهرام.

— 225 in not. leg. الهرام.

— 233 (*c*). Addatur annotatio *Michaëlis* ad *Abulfedae* Aegyptum p. 10.

Pag.

Pag. 246 (*q*). Conf. viri eruditi ad Antiquitates Herculanenſes tom. VIII p. 110.

— 254 *Saleb.* Non diſſimilia legas apud *Scholzium* p. 23.

— 256 l. 15. Gallici *leg.* Gallica.

— 260 (*g*). *Caryophilus* eadem de re plenius dixit in Diſſert. Miſcell. p. 241 — 244.

— 263 (*h*). Conf. *Wahl* ad *Abdollatiphum* p. 94 — 99. Partem magnam obſervationis *Iablonskianae* repetiit *Scholzius* p. 12, 13.

— 285 (*g*). In amuleto plumbeo eſt quoque EIC ZEYC CEPAΠIC, apud *Zoëga* l. c. p. 174.

— 286 (*h*). Adiungam verba *Zoëgae* ad Num. Aegypt. Imp. p. 80, 81: „ Si poſt tot, quae parvo ſane cum fructu ex vocabulorum etymis diſputavit *Iablonskius*, novam vocis *Serapidis* originem proponere licet ex vernaculo Aegyptiorum ſermone petitam, coniicio deum mortuorum veteribus dictum fuiſſe ⲁϫⲱⲣⲁⲡⲓⲥ i. e. Patrem ſive dominum tenebrarum: unde factum aliis Sarapin, aliis Theraphin nemo mirabitur, qui ad peregrinarum vocum conſuetam corruptionem animum advertere ſolitus fuerit. Si vero ita, Sarapis vel Serapis nomen eſt Oſiridis, qui a Babye caeſus deſcendit ad inferos. "

— 287 l. 10 legatur צפרדע.

— 288 (*i*). Pro مرداع leg. مرداع.

— 288 (*l*). Neglexi citare Pantheon Aegypt. Part. I p. 101, 102.

— 289, 290. Originem vocis ΣH′Θ non aſſecutos eſſe *La Crozium* et *Iablonskium*, exiſtimat *F. S. de Schmidt* de Sacerd. et Sacrif. Aegypt. p. 214, cenſetque cum Σήθ „ comparandum *Set-Sot* et *Sot-Set*, frequentativum Coptorum vocabulum, qualia in horum lin-

gua plurima occurrunt, *percussionem*, *cladem*, *destructionem*que significans, Deut. IX. 21, Gen. XIV. 5, 7, Num. XIV. 45." Notum est verbum ϭⲉⲧϭⲟⲧ, vel ϭⲉⲧϭⲱⲧ, ut alibi scribitur. An exinde Typhon dictus dictus sit Σήθ, non ausim affirmare.

Pag. 290, 291. שֵׁשׁ, *Byssus*. Comparandus *Rosenmuller* in Scholiis ad Gen. XLI. 42, et Exod. XXV. 4.

— 294 l. penult. secutos *leg*. secutus.

— 300 med. *mangoient* leg. *mangeoient*
forcoient — *forçoient*
sessuyoient — *s'essuyoient*
des serviettes — *de serviettes*.

— 310 l. ult. e *leg*. et.

— 313 l. 9 et 14. *Pro* Ag. *et* Aegyt. *leg*. Aeg. *et* Aegypt.

— 314, 315 (*p*). Dum haec analecta typorum machinis imprimuntur, ad me perfertur liber, inscriptus, *Aegyptus* auctore *Ibn al-Vardi*, et hoc anno ex apographo Escorialensi primum Halae Arabice editus a *C. M. Fraehn*, in quo scriptor p. 4 testatur, in infima montis Alaki, in Nili plaga australi eminentis, parte inveniri Smaragdi fodinam, qualis non est alia in tota ista regione. Iunge notas ad istum locum p. 97, 98. Non una de caussa operae pretium facturus mihi videor, si addidero, quae his diebus *Ravius* noster, Vir omni liberali doctrina et humanitate politus, ut annotatio p. 315 emendaretur atque illustraretur, ad me scripsit. En eius verba: „ الزمرد. Vitiose expressum ex parum accurata scriptione speciminis mei: legendum الزمرد, vel sine articulo زمرد. Me-

Memini Typothetas, cum articulum ejusque puncta delere debuissent, sola puncta delevisse, unde natum est vocabuli hoc monstrum. Caeterum testibus, qui docent Smaragdos in Aegypto inveniri, addere liceat duos auctores perquam idoneos, *Macrizium* in tractatu MSS. de mineralibus et fodinis (vid. catal. Bibl. L.B. p. 487. n° 1923) qui diserte ait: الزمرد مصري ويوجد ببلاد الهند بمعادن ذهب *Smaragdus Aegyptius est, inveniturque etiam in India in fodinis auri*, et *Ebn Haukal* celebrem Geographum, qui tradit Smaragdos utriusque nominis, et زمرد et زبرجد inveniri in Aegypto in medio deserto ad austrum Nili, edit. *Ouseley* p. 33."

Pag. 322 l. 23. *Abfinthium* leg. *Absinthium*.

— 323 Σουρότ. Monuit aliquid *Almelovenius* in Addendis ad notas in *Strabonem* p. 1329.

— 334 Relegenda observatione *Iablonskii* de *Sphinge* et origine nominis Aegyptia, sed ei et amico prorsus ignota, redeo in memoriam eorum, quae scripsit *Zoëga* l. c. p. 140—144, ubi multa docte disputantur, lectu perdigna, sed hic non repetenda. Hoc tantum unum attingam. Scribit vir eruditus: „ Vera et prima vocis (*Sphinx*) significatio nos latet, neque constat a quo hominum genere primum usurpata sit. Frustra quaesivi in Copticis lexicis *Sphingis* vocabulum. Graeci in sua lingua invenisse credunt, non plane improbabili etymo." At vero in Addendis p. 401 haec adiungit: „ Subvenit posthac coniectura, *φίξ* vel *βίξ*, quod antiquissimum est Sphingis vocabulum, ob euphoniam postea in σφὶγξ mutatum, esse Copticum

ϕϛ—ϛζ, ὁ δαίμων, quod apprime consentit cum reliquis, quae de Aegyptia Sphinge disputavi." Habes coniecturam, si non probabilem, at certe vero non magis dissimilem, quam est *La Crozii* suspicio, in Thes. Epist. tomo III p. 169, ubi vox Σφίγξ ducitur ex ⲤⲪⲢⲀⲚϢ, *interpres* sive *propheta*.

Pag. 339 l. 12. Lib. I cap. 166. *lege* Lib. II cap. 166.

— 339 (z). *Zoëga* scribit, *Tanin* dictam esse de situs amoenitate Ⲧ—ⲈⲚⲈⲤⲈ ἡ χαρίεσσα. Videtur ergo cum aliis permutare *Tanis* ac *Tennis* sive *Tennesis*. — *Iablonskii* scrinia compilavit *Scholzius* p. 15.

— 351 l. 32. couvre. *leg.* rouvre.

— 352 In Menologio, quod *Matthaei* vol. I Anecd. Graec. p. 86 edidit, mensis Τιβί, sic enim illic scribitur nomen, videtur assimilari Ianuario.

— 353 l. ult. *Fabricus* leg. *Fabricius*.

— 365 (v). In explicanda voce Ὕχσως, sive Ὑκούσσως, ut est apud *Eusebium*, in longe alia discedit *Bryant* in Obs. upon the ancient History of Egypt p. 160 sqq., de quo forte alias pluribus.

— 367 sqq. Partem huius animadversionis de voce Φαλλός iteravit *Scholzius*, sed aperte significans, se sua *Iablonskio* debere, p. 22, 23.

— 371 (d). Est item Φαμενώθ in Menologio apud *Matthaei* vol. I An. Gr. p. 86.

— 377 (k). Multis de *Pharo* Alexandriae egit *Ibn el-Vardi* in Aegypto p. 41, 42, observavitque, vix quidpiam huic operi simile et tam admirabile in toto terrarum orbe inveniri; Phari altitudinem esse trecentorum cubitorum Raschaschicorum; in summa ejus parte dici fuisse speculum, in quo naves pro-

cul

cul et adhuc iter menfis abfentes poffent confpici; Pharum et Pyramides ab iisdem exftructas effe, *rel.* Nemini arridebit, ut opinor, fententia *Hafaei*, in Bibl. Brem. Cl. v p. 588, nomen *Pharus* ducentis ex articulo Aegyptio ϕⲁ et voce Hebraea ראש *caput*, notione promontorii et rupis.

Pag. 385 Φώσων. In definienda etymologia *Scholzius* p. 24 eiusdem fententiae eft.

— 387, 388. De nomine *Crocodilorum* Aegyptio Χάμψαι pauca dederunt *Zoëga* l. c. p. 11 et *Michaëlis* Suppl. Lex. Hebr. p. 1429 in notis.

— 388 (*r*). Apud *Stephanum* Ταχομψώ legi vult *Holftenius*, cum ipfe Ethnicographus deinde fcripferit, Χομψώ, de eadem infula locutus, male primam fyllabam Τα pro articulo accipiens. Idem hoc placuiffe *Salmafio*, quod tamen carpitur a *Gronovio*, monet *Rycquius* in notis MSS., quas caftigationibus *Holftenii* p. 358 adlevit.

— 389 l. 27. cavaderis. *leg.* cadaveris.

— 391 — 395. Quae hic leguntur de vocibus *Chanothus* five *Chanutus*, Χάρων et Χέμμις, quantum ad fummas rerum, repetita funt a *Scholzio* p. 5, 25, 26.

— 396 l. 21. oftenderunt *leg.* attenderunt.

— 401 (*e*). Veram lectionem effe Χανόσιρις, fignificare videtur *Bryant*, Obf. upon the ancient Hiftory of Egypt p. 166.

— 404 خردمنس leg. خردمنس.

— 421 (*x*). In numo Commodi Aegyptio ΩΚΕΑΝΟϹ eft Nilus, ex coniectura *Pellerinii*, vel magnum mare, ut vult *Zoëga* p. 245 Num. Aeg. Imp.

Pag. 426 l. 26. Ἀθῆναι. Consentit *Barthélemy* t. XXXII Comm. Acad. Inscript. p. 232.

— 429 l. penult. orignem *leg.* originem.

— 430 l. 5. Invenisse se nominis Aegyptiaci *Damanhur* etymologiam fere certam exploratamque, *Woideanam* vero, a *Michaëlis* memoratam, nullo pretio aestimandam esse, per literas mecum communicavit illustris *Akerblad*, cuius annotationem exoptamus omnes.

— 431 Ἑρμοχοίνιος. Comparentur dicta p. 406.

— 432 l. 11. Alexandriam affluere *uvis*, testatur quoque *Ibn al-Vardi* in Aegypto p. 40. In numo Hadriani Heracleopolitano figura stolata insidet monti, e quo *vitis* provenit. Vid. *Zoëga* l. c. p. 130.

— 434 ΚΙΚΕΡΟΣ, ὁ χερσαῖος Κροκόδειλος, *Hesychio* interprete. Vtrum nomen ductum esset a Coptico ϫⲁⲣⲡⲟⲩⲕⲓ, an aliunde, dubitavit *Bochartus* Hieroz. t. 1 p. 1063. *Alberti* in subsidium advocat Aegyptium Κικι, de quo vide supra p. 110 sq.

— 440 מצרים. *Wahl* ad *Abdollatiphum* p. 20, 21, ortum censet ex ⲙⲉⲧⲟⲩⲣⲟ, *regnum.*

— 441 MVMIA. Significatio usus que vocis notior est, quam origo. Ducitur e lingua Arabica, Persica, Armenica. Huius rei non meminissem, nisi *Wahl* in not. ad *Abdollatiphum* p. 225 in auxilium advocasset Copticum ⲙⲟⲩⲛ, *perseverare, durare, perpetuo manere.* Si verbum Aegyptium esset ⲙⲟⲩⲙ, me perlubente coniectura comprobaretur. Notatu dignum hoc *Ciceronis* 1 Tusc. Q. 108: Condiunt *Aegyptii* mortuos, et eos domi servant; *Persae* etiam *cera* (موم) *circumli-*

litos condunt, ut quam maxime permaneant diuturna corpora.

Pag. 443 Νεῖλος. Arabicum nomen esse contendit *Abdollatiphus* in Memorab. Aeg. p. 107, 108, ed. Tubing. Aliorum testimonia, ad Graecam nominis originem attinentia, consulto praeteribam. Nollem tamen, verba *Heliodori* essent omissa, lib. IX Aethiop. p. 444 testantis, Nilum celebrari Aegypti superioris servatorem, inferioris patrem et opificem, νέαν ἰλὺν δι' ἔτους ἐπάγοντα, καὶ Νεῖλον ἐντεῦθεν ὀνομαζόμενον.

— 444 Ξόϊς. In numo Hadriani fit mentio nomi ΞΟΙΤης. Edidit primus *Belley* t. XXVIII Comm. Acad. Inscr. p. 542, repetiit *Zoëga* in Num. Aeg. Imp. p. 116, addidit tamen numum similiter inscriptum, ante anecdotum.

— 447 l. 27. p. 595, leg. p. 588.

Reliqua operarum menda; quae et oculis meis caligantibus et aliorum acutioribus se subduxere, quando aut literae *n* et *u* aliaeve similes permutantur, aut pro *i* ponitur *a*, ut in voce Calasaribus p. 10. l. 4, aut litera desit, tamquam p. 112 l. 4 in not. *esset* pro *essent*, aut litera abundat, uti p. 138 l. 8 in *sermonem* pro *sermone*, et quae sunt istius generis plura alia, ea velim pro humanitate sua Lector benevolus emendet.

INDICES.

Index locorum Sacri Codicis, quibus lux affertur.

Deu-

Scriptores veteres Graeci ac Latini, qui emendantur, vindicantur, illustrantur.

* * *

Voces Hebraicae, quae explicantur.

צָפְנַת

Voces origine Graecae, aut peregrinae apud Graecos ſcriptores inventae.

ἀσχάθ

Voces alias, quibus Aegyptiorum *numina*, *urbes*, *menſes*, rel., in libris Graecorum ſignificantur, quaeras in Indice rerum praecipuarum.

* * *

Vocabula peregrina, in libris ſcriptorum Latinorum occurrentia.

aron

Cetera vocabula, huc pertinentia, monftrabit Index rerum praecipuarum, proxime fequens.

Pa-









